14 Quæ ratio si à Doctoribus consideratur ex inæqualitate personarum, quando is, cui iniungitur petere consilium, inferior est, & superior ille, à quo petendum, nunquam potest vrgentius procedere, quàm in hoc casu, propter dignitatem regiam Ioannis III. à quo ex Bulla erectionis tenetur Episcopus petere consilium, nam etsi regulariter sequi non deberet, tamen Reges, ex illorum excellentia, censentur excepti *cap. fin. in principio de officio delegati lib. 6. capit. ne aliquis de priuilegiis, eodem libro, capit. solita, de maioritat. & obedientia, cap. Princeps, capit. Regum, 24. quæst. 5. cap. per venerabilem, §. rationibus, qui filij sint legitimi. Extraneagant. Execrabilis, §. nos itaque, de prebendis. Paris. lib. 4. consil. 112. ad finem. Curtius iunior cons. 332. numer. 4. Crauetta consil. 274. num. 12. Boërius decis. 213. num. 2. Surdus cons. 47. num. 22. & seq. Tuschus littera G, conclus. 33. Barbosa axiom. 106. num. 10. ex Mandosio, Staphilæo, Ioanne Selua, & aliis Gonzalez *regul. 8. gloss. 9. §. 2. num. 37. & 38. & gloss. 24. num. 156. & 157.**

15 Quid enim magis indignum foret, quàm præsumere, velle Pontificem à Rege Portugaliæ consilium petere Episcopum Leiriensem, ut istud consilium eluderetur, & sperneret Episcopus, in ludibrium (si ita fari licet) regni dignitatis, cum in iure magis attendi soleat persona propter quam aliquid cõceditur, quàm ea cui conceditur. *capit. & dixit, de consecrat. distinctione 1.* post Archidiaconum, Ioann. de Lignano in *tract. de censura Ecclesiastica, §. 16. num. 5.* & in hoc casu Rex Ioannes de suis bonis dotauit Ecclesiam, Episcopatum, & præbendas, & ad eius petitionem Pontifex omnia concessit. Quis igitur persuaderi valebit, si Doctores conueniunt, consilium, quod iniungitur inferiori, ut petat à superiore, esse admittendum, id non procedere quando à Rege petendum est?

16 Secundò quia Rex Ioannes III. ut ex omnibus huius rei instrumentis constat, & ipsa Bulla erectionis Ecclesiæ, & Episcopatus, ex bonis sui regij patronatus, Priuilegijs sanctæ Crucis de Coimbra, & aliis, Ecclesiam, Episcopatum, & præbendas dotauit, quo casu dici posset manere portionem dicti patronatus, & ejus retinere naturam, iuxta quod notarunt glossa

in *cap. unico, de iure patronatus, lib. 6.* Rota *decisione 16. in antiquis, de iure patronatus.* Decius *consilio 121.* Valascus *consultatione 163. num. 16.* Lambertinus *de iure patronatus 1. part. lib. 2. quæst. 2. princip. articul. 15. num. 4.* Fatim. in *nouissim. decis. 600. numer. 4.* vbi adducit Butrium, Imolam, & alios, & *decis. 587. & decis. 615. numer. 4. & decis. 658. numero 4.* D. Valenzuela *cons. 57. num. 3. & cons. 63. num. 85. 87. 90.* Gratianus *disceptionum forens. 1. tom. cap. 198. num. 12. & 3. tom. cap. 583. num. 13.* & semper eandem naturam retinere Ecclesiam, quæ ex fructibus & portionibus patronatus regij erecta fuit. Pereira *de manu regia cap. 29. num. 2.* Quemadmodum in beneficiis creatis ex fructibus Matricis censentur manere de patronatu Rectoris, Valascus *consultat. 45. num. 12. & consultatione 75. num. 10.* D. Valenzuela *dict. cons. 63. num. 90.*

Et quamuis in hoc casu Rex Ioannes Portugaliæ 17 posset habere ius patronatus in Ecclesia Leiriensi, ratione dotationis, & creationis, *cap. 2. cap. illud, de iure patronatus.* Couar. *practicarum cap. 36. num. 3.* Gigas *de pensionibus quæst. 24. num. 2.* tamen etsi hoc ius patronatus consideretur generaliter in Ecclesia, quia omnium Cathedralium Hispaniæ Reges Patroni sunt. *l. 18. tit. 5. partit. 1. l. 1. titul. 6. lib. 1. Recopil.* Gregorius in *dict. l. 18. gloss. magna.* Couarruu. in *reg. possessor. 2. part. §. 10. num. 5.* Bobadilla *lib. 2. Politica, cap. 18. numero 223.* Ceuallos *lib. 5. communium, quæst. 897. numero 471.* vbi plura tradit Castaldus *de Imperatore quæst. 100. num. 16.* Gonzalez *regula 8. gloss. 51.* Pereira *de manu regia cap. 22. num. 14.* id tamen procedit ad præsentationem Episcopi Leiriensis; ius tamen patronatus ad præsentationem præbendarum Regi in ea Ecclesia non competit, quia expressè reliquit Episcopo, ut autoritate ordinaria conferret præbendas: de consilio tamen & consensu Regis Ioannis, & ius patronatus, quando non reseruatur ab eo, qui dotauit, non competit, quia Ecclesia præsumitur libera, nisi probetur subiecta, ut ex Mascardo, Menochio & Rocho de Curte probauit Barbosa in *collect. capit. significauit 42. de testibus, numero 3.*

Verumtamen id quod de donatione à Rege facta, 18 & bonis ex eius patronatu desumptis, ideo expendimus, ut maior ratio considerari valeat, consilium Regis sequi debet Episcopus, quemadmodum traditur quoties exigitur consilium illius, qui habet aliquod ius in re, aut societatem, tunc inducere consilium, idem quod consensum, & voluntatem, non verò simplicem consilij requisitionem. *argum. l. Titium, de administratione tutorum, l. consilio, Dig. de curatore furios.* Bartolus in *dict. l. 1. §. si plures, numer. 7.* Abbas in *cap. cum olim, de arbitrariis, num. 5.* vbi Antonius de Butrio *num. 15.* Socinus *cons. 40.* Vanitius *de nullitate ex defectu iurisdictionis, num. 152.* Hieronymus Gonzalez *dicta gloss. 46. num. 78.* & credendum non est Regem Ioannem ex eius bonis & patronatu dotare Ecclesiam, & eius consensum nolle requiri in præbendarum collatione, ut posset postea Episcopus contra eius voluntatem & consensum collationem facere.

Tertiò, quia quod de consilio, ut sequi non debeat, 19 Doctores notarunt, procedit, quando in dicta Bulla erectionis Ecclesiæ Episcopatus Leiriensis Pontifex solum uteretur verbo *consilio*, sed sine dubio ius regium apparet, quia, ut in principio animaduertimus, utitur etiam verbo *consensu*, quasi interpretari debeat, quod de consilio tradiderat accipiendum pro consilio, & voluntate Regis, ut iuxta illam Episcopus debeat facere collationem præbendarum,

vt apparet ex verbis quæ in principio retulimus, vbi Bulla agens quemadmodum dignitates præbendæ, & beneficia debeant prouideri, postquam expressit id faciendum de consilio Regis, statim subdit, *Præbendas & alia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, quæ dictæ Ecclesie pro eius seruitio & Dei cultu videantur conuenire, prouideat de simili ipsius Ioannis consensu.* quo apparet promiscuè vti his dictionibus *consilio, & consensu.* ex quo interpretandum est consilium pro consensu accipiendum, arg. *l. cum pater, §. cum imperfecta, de legat. 2.* ibi, *verbum fideicommissi, quod præcedit & sequitur, ad communionem assumitur, si dictum scripto congruat.* Et ex clausulis sequentibus interpretari oportet quòd in præcedentibus dubium sit. *l. vtrum, ff. de petitione hereditatis.* ibi, *sequentem clausulam Senatusconsulti, licet hæc sit ambigua. l. si seruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. vers. & eorum quæ præcedunt, & quæ sequuntur, vbi Dionys. Gofred. l. nummis, vers. contextu testamenti, ff. de legat. 1. l. fin. ff. de rebus dubiis. Mantica lib. 2. coniecturar. tit. 14. n. 12. Menoch. præsumpt. 54. num. 24. lib. 4. Azeuedo l. 1. tit. 11. lib. 4. Recopil. num. 5.*

20 Facit *l. quamuis, C. de fideicommissis,* & quæ notauit Abbas in cap. admonet. numer. 5. de renuntiatione, *l. talis scriptura, §. fin. de legat. 2.* Surdus decis. 88. numer. 13. Casanate conf. 47. num. 93. nam clausula dubia interpretari debet per claram, & prima per sequentem & posteriorem. Vnde etiam si verb. *consilium,* quo in principio vitur Pontifex, potuisset interpretari, vt non iniungat necessitatem, tamen intelligi debeat, & declarari ex verb. *consensu,* quod statim sequitur, vt quod de consilio dictum est, debeat de consensu interpretari: vt quemadmodum, vbi requiritur alicuius consensus, sequi debet. *cap. 1. §. consensus 29. quest. 1.* ex pluribus Gonzalez glossa 47. ita similiter consilium ad consensum referendum, vt necessitatem petendi & sequendi inducat.

21 Quod etiam confirmatur, nam vitur Pontifex eis verbis, *si nili consensu,* quæ iuxta relationem consilium simile faciunt consensui, argumento *l. quod autem 6. §. simili modo, Dig. qua in fraud. credit. Et cum de consensu relatio fiat ad consilium in vicem.* hæc verba temperamentum sibi & intellectum præstant, vt consilium referatur ad consensum, argumento *l. asse toto, de hered. bus instit. Valascus quest. 7. numer. 15. & quest. 11. num. 5.* & ex causæ qualitate consilium pro consensu accipiendam, denotat textus in cap. venerabili 37. de officio delegati, capit. 1. ibi, *vel consilio eiusdem, de foro competenti, cap. quanto 5. ibi, & cum eorum consilio, vel sanioris partis, eadem peragas, & pertractes, & de his quæ fiunt à Prælati sine consensu capituli,* notauit Cumanus conf. 55. incipit, *Quo habentes,* num. 3.

22 Hæc fundamenta, quæ manifestè ex Bullæ rescripto pro Rege nostro suadent, eius consilium Episcopum Leiriensem in collatione præbendarum petere, & sequi teneri, nihil retardare videtur quòd Procurator Coronæ Lusitanæ, hæc fundamenta existimat infirmari ex rescripto executionis dictæ Bullæ, quam fecit Rex Ioannes III. & supra eius verba retulimus, quatenus intelligit Procurator consilium & consensum requiri ad creationem, & institutionem præbendarum: at verò ad eorum collationem solum consilium; sed nihil obstat, quippe verba dictæ executionis nihil videntur contra facere, nam ex verbis quæ supra retulimus, apparet semper, quidquid in executione decreuit Rex Ioannes, voluit effectum habere, iuxta formam & executionem Bullæ, & non aliter, eis verbis, *et non de otra manera segundo forma da Bulla.* quod iterum statim repetit ibi, *de meu conselho è dos Reis meus suos.* Ioan. Bapt. Latrea Allegat. Fiscal. Pars 11.

cessores comoia dicta Bulla se conthem. quæ relatio omnino debet coarctare executionem Bullæ institutionis, nec plus aut minus ex referente, quàm ex relato tribui oportet. *l. si prior, ff. solut. matrim.* ex Angelo & Baldo Iason in *l. qui sic stipulatur, num. 2. de verb. obligation.* Corsetus singul. 198. Socin. iunior. lib. 1. conf. 128. numer. 253.

Vnde necessariò, si iuxta verba dispositionis Bullæ à Pontifice expeditæ consilium ibi pro consensu accipiendum, quia etiam si solum de consilio ageretur voluntas Pontificis, dispositionis verba & qualitas rei id suadere videntur, tum quia de consensu apertè expressum fuit, vt animaduertimus, & Procurator Coronæ, qui admittit ex Bulla competere ius Regibus Lusitanæ, vt consilium quod ab eis exigendum, pro consensu accipiatur, vt necessitatem iniungat, non poterit istud destruere ex rescripto executionis, cum apertè se referat ad primam Bullam erectionis Episcopatus, & Ecclesiæ, & eadem qualitas necessitatis sequendi consilium, quæ inest in relato, id est, in prima Bulla, intelligitur inesse in referente, id est, in rescripto executionis, arg. *l. si defensor 10. §. qui interrogatus, vers. nisi forte, de interrogat. actionibus.* Crauetta conf. 987. Casanate conf. 47. pluribus Dominus Castillo 4. controuers. cap. 43. per totum, vbi latè de hac re agit Turretus conf. 17. num. 12. & conf. 30. num. 27. Amatis decis. 49. num. 107.

Quod etiam suadet ex vi geminationis, qua ad Bullam retulit executionem Rex Ioannes, quo enixam voluntatem ostendit, vt nollet recedere à iure dictæ Bullæ, argum. *l. Balista ff. ad S. C. Trebell.* plura latè tradit D. Castillo 4. tom. controuers. cap. 52. per totum.

Nec vnquam præsumi potest, Regem Ioannem velle sibi tam graue præiudicium inferre, & remittere ius quod illi competeat in non leue dispendium regie dignitatis, vt Episcopus eius consilium & voluntatem eluderet, si eam sequi non deberet, & in quocunque priuato non præsumitur velle sibi præiudicium inferre, & iuri suo renuntiare, nisi de hoc constiterit expressè, argumento *l. postquam liti, & ibi Decius n. 16. C. de pactis.* Crauetta conf. 257. num. 5. & conf. 290. Parisius lib. 3. conf. 49. num. 3. Natta conf. 78. ad fin. Cephal. conf. 25. num. 47. Menoch. conf. 1. num. 212. cum sequent.

Hæc sunt quæ ad ius Regis nostri pertinere videntur ex ipsa Bulla erectionis Ecclesiæ, & institutionis Episcopatus de Leiria, & semper in omnibus Regnorum Lusitanæ, in quibus ex Bullis Episcopatum datur Ordinatis collatio præbendarum, & beneficiorum, cum Regis consilio. Idem dicendum est, quia supradictæ rationes æquè procedunt respectu regie dignitatis, & ne aliquo modo ea lædatur, aut eludatur Regis consilium.

At verò intendere in hoc Decanatu, quia vacauit, eo quòd Decanus ad Episcopatum Brasiliensem electus fuit, Rex noster Decanum iure suo & propria auctoritate nominet, & iubeat Episcopo, vt collationem faciat, non videtur iure id procedere, quia omnes præbendæ ex ipsius Regis consensu & Bullarum institutione Episcopo Leiriensi concessæ, vt conferat auctoritate ordinaria, & ea ratione consuetudo in præiudicium Episcoporum inducta, vt quando præbenda vacauerit per illius qui eam obtinet promotionem, Rex præsentet, quasi tunc affecta sit Apostolica Sedi. Extrauag. ad Regimen, de præbend. inter communes, reg. 1. & 2. Cancellaria. Rebuffus in praxi beneficiis, titul. de reseruat. num. 6. & 7. Mandol. reg. 1. Cancellaria quest. 3. Gonzalez reg. 8. gloss. 51. num. 35. Trident. sess. 7. cap. 9. & sess. 23. de reformat. cap. 1. Garcia de benefic. 11. part. cap. 6.

capit. 6. à numer. 1. Viuianus in praxi 1. part. lib. 5. capit. 5. numer. 56. & 57. Gonzalez gloss. 15. numer. 53. vt vacet ipso iure prabenda, quam Episcopus habebat post Episcopatum obtentum, & adducit Gigantem, Caputaquensem, Achillem, Couar. & alios. Gratian. tom. 2. disceptat. cap. 269. n. 1. Marefc. lib. 2. var. cap. 94. numer. 7. & 36. cum sequent. & Pontifex videatur concedere Regi ex presentatione Episcopatum, & ita consuetudo inualuit in Hispania.

28 Quia id non potest in hoc casu procedere, ex pluribus causis, tum iuxta opinionem illorum, qui tenuerunt in reservatione affectionis ad Sedem Apostolicam nullo modo comprehendere prabendas, quæ graduatis debent prouideri, vt in Castella Magistrales & Doctorales, vt constat ex traditis à Flaminio de resign. beneficiorum lib. 2. quæst. 4. numer. 43. & lib. 7. quæst. 1. numer. 76. Gigas de pensionibus q. 56. Nicolaus Garcia de beneficijs part. 1. cap. 6. numer. 25. ex indultis Innocentij VIII. Leonis X. Ludouico Gomezio, Couarr. & alijs probauit Gonzalez dict. reg. 8. Cancellaria. gloss. 9. §. 2. numer. 17. & huius qualitatis est Decanatus, qui debet prouideri in graduatis, iuxta Bullæ dispositionem & rescripti executionis.

29 Tum etiam, si de hoc aliqui dubitarent quod stylus Hispaniæ, & præsertim Regnorum Castellæ consuetudo indubitatum reddit, tunc reservatione comprehenduntur prabendæ, quando sunt liberæ collationis, & Pontifex non dedit formam conferendi, quippe tunc videntur manere libera quoad dispositionem iuris, vt reservatione comprehendere possent. At verò quando de consilio, vel consensu alterius prouisio facienda est, vt in nostro casu, in quo non potest aliter fieri prouisio, ex capit. cum veteri §. 2. de electione. capit. cum olim, de arbitris, capit. nouit. capit. quanto, de his que fiunt à Pralato sine consensu Capituli, ex Capuaq. Curtio inquit, Tiraquello, Bartolo, Abbate, Ioanne Andrea, Imola, Butrio, Hostiensis, Baldo, Alberico, Gomezio, Cardin. Gonzalez super reg. 8. Cancellaria, gloss. 46. & 47. in principio, non potest considerari ius reservationis ad Sedem Apostolicam, vbi illa forma non est obseruanda.

30 Sed etiam ex ipsa Bulla erectionis aperte summus Pontifex expressit, non posse aliter fieri collationem prabendarum, nisi forma & modo à Bulla statuto, & à se abdicauit sedes Apostolica ius quodcumque in collatione posset habere, vt constat ex verbis quæ supra retulimus. ibi, Et non per alios quoscumque, quamuis etiam prædicta Apostolica auctoritate conferendas. Ex quo sine dubio manet exclusum ius reservationis, vt ex eo quasi Decanatus affectus esset Sedi Apostolicæ, ex promotione Decani ad Episcopatum posset à Rege prouideri, iuxta consuetudinem totius Hispaniæ.

31 Denique non obstant quæ contra expendebantur de obseruantia subsequuta, qua dicebatur Episcopum semper dignitates & prabendas contulisse, & obseruantiam subsequutam declarare omnes dispositiones. Molina de Hispan. primog. lib. 2. capit. 6. numer. 57. Surdus conf. 140. numer. 4. Gutierrez conf. 2. numer. 10. & lib. 3. practicar. q. 16. numer. 76. D. Valenzuela consil. 52. numer. 49. Gratianus tom. 2. cap. 377. numer. 18. & tom. 3. capit. 522. numer. 30. & cap. 560. numer. 6. tum quia id non negamus, iuxta resolutionem, quam tradidimus, Episcopum prouidere prabendas, quia potius ius Regium desumimus, vt Episcopus prouideat cum consilio Regis, & consensu, illumque sequi debeat, non verò vt per se Rex possit prouidere, vt nuper notauimus.

32 Nec in actibus huius causæ dictum fuit, vel apparuit, Episcopum collationem fecisse sine consilio Regis, aut absque eo quòd illud sequi obligaretur; &

quamuis circa id aliquid probati posset, quòd dubitamus, quia valde difficile est probare, Episcopum fecisse collationem prabendarum sine consilio Regis, & illud non fuisse sequutum, cum istæ consultationes ad Regem secretò fiant, & quamuis apparet alijs personis, quam eis de quibus Rex consultus collationem factam, potuit ex replicationibus Episcopi Rex consentire.

Sed etiam si de hoc aliquid probaretur, cum non appareat ex parte Regis aliquid oppositum, & eo non obstante Episcopum contra fecisse & contrauentioni Regem acquiescisse, censetur factum esse meræ facultatis, in quo nec per mille annos præscriptio procedere potest. l. Proculus 26. Dig. de dam. infect. l. 1. §. denique Marcellus, l. si in meo fundo 21. Dig. de aqua pluuiæ arcenda, l. viam publicam 2. Dig. de via publica, l. qui iure familiaritatis 41. vbi Accurs. Bart. & reliqui, ff. de adquir. possess. gloss. fin. verb. qualitatem, in l. solet 6. Digest. de officio procons. & legati, & non potest induci consuetudo, vel obseruantia ex actibus facultatijs. Decius conf. 8. numer. 4. & consil. 175. numer. 6. Abbas in cap. ex parte H. stenon. numer. 6. de concessione prabendæ, & in cap. Abbate, numer. 9. & 10. de verb. signific. Surdus consil. 128. numer. 23. & 81. Dominus Ludouic. decis. 162. numer. 10. vbi Beltraminus numer. 15. vers. ex actibus facultatijs.


Tum etiam, quia non potest considerari obseruantia contra tenorem Bullæ, quia semper Bulla resistit, & cum sit interpretatio, non potest impugnare, vel destruere titulum, vt ex Aretino conf. 115. numer. 2. sapissimè tenuit, & notauit Rota Romana, vt constat decis. 47. numer. 26. diuersorum sacri Palatii, & ex Farin. decis. 136. numer. 10. illis verbis, Obseruantia namque interpretatiua esset, per quam contenta in indulto effectuantur; non verò illa, per quam aliud diuersum ad contrarium induceretur, hoc enim non esset interpretari indultum, sed contra illius dispositionem inducere, & tunc non diceretur usus, sed contrarius usus, qui non potest seruire pro interpretatione. Et rursus iterum tradit ibi. Vnde Rota coram eodem Cantucio in prædicta causa Perusina dixit, non posse fieri vim in obseruantia interpretatiua cuiusdam instrumenti, quia illi erat contraria. Et, vt tradit idem Farinae. decis. 196. in nouissimis 1. part. talem potius contrauentionem, quam obseruantiam dicendam; cui addendum quod notauit Dominus Ludouicus decis. 187. numer. 6. ibi, Et sub prætextu obseruantia non potest aliquid pretendi contra formam & dispositionem statuti Bertrandi.

Iuuat quod notauit Aymon. lib. 3. consil. 379. numero 8. & lib. 4. conf. 674. numer. 11. & sequentibus. ibi, Secundo vitia omnia, quacumque in scriptura obijciuntur, obseruatio insecuta per tempus vetustissimum diluit, quandoquidem secundum formam ipsius primogenitura, usus ipse subsequens perpetuoque est tam ex parte Domin. Racheonissi, quam subditorum, eius rogatu, quorum constitutum ius primogenitura & obseruatio planè ad formam scriptura minus solemnem fidem eius confirmat.

Et iterum Aymon. numer. 12. tradit ibi, Tertiò respondetur non modo obseruationem ad formam instrumenti, seu scriptura primogenitura interuenisse. notat Coccinus decis. 128. numer. 8. eis verbis, Et ea quidem obseruantia satis docetur, quia semper in Ecclesia fuerunt Canonici regulares, iuxta tenorem instrumenti. Gratianus disceptat. forens. tom. 3. c. 577. numer. 34. ibi, Stante præsertim obseruantia prædicta donationis, per quam tollitur omnis defectus, cum etiam instrumentum minus solenne fidem faciat, quando iuxta illius tenorem fuit obseruatum. Idemque sentit & admittit Oliuerius in annotat. ad Alexandrum Ludouic. decis. 469. list. B.

lit. B. Vnde cum extenore Bullæ erectionis dicti Episcopatus aperte constet concedi collationem Episcopo, cum ea qualitate, ut consilium Regis peteret, & consensum sequeretur, nulla potuit contra id observantia induci contra tenorem Bullæ, etiam si de illa constaret, de qua nullo modo apparet.

37 Denique, quia licet aliqua observantia inducta fuisset, & præscriptio ea in præiudicium Iurium regalium nocere potuit solum Regi, qui illam permisit, non verò successoribus in Regno, arg. l. cum filius 8. ff. de militari testamento. ibi, verumtamen alienum Ius minuire non potest. iunctis quæ notarunt Anton. Faber in Iurisprudencia, titul. 11. principio 1. illatione 2. & titul. 12. principio 1. illatione 28. Molina de iustitia & iure, disputatione 184. numer. 7. Petrus Gregor. de Republica lib. 3. capit. 8. num. 2. & 6. ubi refert ex Plutarcho, ideo Themistoclem Athenis, & Catonem Censorinum Romæ nulla admittæ exceptione temporis, bona Reipublicæ, per patientiam, vel factum, aut negligentiam Magistratum prædecessorum à personis privatis occupata in publicum reuocasse, quemadmodum possessor maioratus sibi solum præiudicat in eius rebus, non successoribus. Molina plures referens lib. 4. de primogen. capit. 8. numer. 7. ubi eius additio, & notatur ex l. ex contractu 44. ff. de re iud. l. si seruus plurium 58. §. 1. de legat. 1. Mieres de maior. 4. p. quest. 14. num. 24. & ideo quidquid in præiudicium Coronæ factum fuerit à Regibus prædecessoribus, poterit à successore reuocari, ut ex Antonio Petra, Carolo de Tapia, Menochio, Peregrino, Paschali, Cabedo, Sesse, Mastrillo, Cache-rano, Capito, Cassio, Rolando, Socino iuniori, Sixtino, & aliis pluribus probauit D. Castillo tom. 7. cap. 18. num. 166. & 179. Conducunt tradita à D. Salgado de regia protectione, 3. p. c. 10. n. 152.



ALLEGATIO LXVIII.

De præscriptione quadragenaria cum titulo.

- 1 Præscriptio quadragenaria cum titulo equiparatur immemoriali.
c. 1. de præscript. lib. 6. & n. 2. 3. & 26.
c. cum persona, §. quod si tales, de priuilegijs, lib. 6. & n. 34. & n. 15.
l. fin. §. ult. Cod. de fundis patrimon. lib. 11. & num. 4. & 5.
l. 2. tit. 9. lib. 5. ordinam.
l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil.
- 2 Præscriptio probanda ab eo, qui eam allegat.
c. veniens, c. auditis, de præscriptio.
- 3 Titulus ad præscriptionem debet esse coloratus, & qui procedit ab habente potestatem concedendi.
- 4 Titulus legitimus est in quo extrinsecè adest concessio eius de quo agitur, quamuis intrinsecè non valeat.
l. fin. C. ne rei dominica, vel templorum.
l. fin. C. de fundis rei priuata, lib. 11.
l. quicumque 3. C. de fundis patrimon. lib. 11.
Concessio eius quod legibus prohibitum, requirit earum legum derogationem.
- 6 Confirmatio in forma communi, quamuis non valeret, præstat titulum præscribendi.
- 7 Titulus ex iuris errore non prodest ad præscriptionem.
- 8 Titulum ad præscriptionem præstat concessio qua


aliquid concedit expressè, vel ex eo sine violentia verborum colligi potest.

l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil.

- 9 Titulus non prodest ad præscribendum ultra in eo contenta, & potius nocet etiam in præscriptione immemoriali.
- 10 Titulus non potest auferri præscriptione.
l. si is cui 11. ff. quemadm. seruit. amittantur.
Titulus vitiosus constituit in mala fide, nec ex eo præscriptio procedit.
l. quemadmodum, C. de agricol. & censitis, lib. 11. & num. 12.
l. fin. §. fin. autem, C. communia de legatis.
c. qui contra, de regulis iuris lib. 6. & n. 12.
- 11 Immemorialem allegans non exhibeat titulum.
- 12 Mala fides præsumitur in eo, qui occupat regalia.
- 13 Mala fides coniecturis probatur.
- 14 Mala fides colligitur si aliquis dubitat de iure suo.
Mala fides colligitur ex insolitis cautelis.
- 15 Possessio iusta requiritur ad præscriptionem.
Clandestina possessio non prodest ad præscriptionem, & num. 23.
l. 1. §. per seruum qui in fuga, ff. de acquirend. possess.
l. serui & filij, §. fin. ff. de furtis.
c. sine possessione, de reg. iuris lib. 6.
l. 1. in principio, & §. quod ait Prætor. ff. uti possidetis.
l. si quis diuturno. ff. si seruitus vindicetur.
- 16 Precarium inducitur cum aliquid conceditur dum Princeps voluerit.
c. fin. de precario.
l. 1. ff. de precario.
l. locatio 4. ff. locati.
c. si gratiosè, de rescriptis lib. 6.
- 17 Titulus posterior ex priori informatur.
l. 1. C. de imponenda lucrat. descript.
Titulus posterior qui influit in præcedentem, interrumpit antiquam possessionem, & mutationis causam.
l. non solum, §. quod vulgò, ff. de usucapionibus.
l. cum nemo, C. de acquir. possess.
- 18 Titulus superueniens mutat causam possidendi.
l. si aliquam rem 28. ff. de acquir. possess.
l. quadam mulier 76. ff. de rei vindic.
l. fin. ff. de precario.
- 19 Princeps non videtur habere scientiam, ut aduersus illum præscribatur, eius quod contra concessionem ab eo factam inductum.
Precarium tacitum, quando dicatur.
l. iam hoc iure, ff. de vulgari.
l. quamuis 6. C. de impuber.
l. cum qui ades 23. ff. de usucap.
l. que situm 8. §. quod à Titio, ff. de precario.
l. in rebus 4. §. item qui precarium, ff. eodem.
- 20 Precario aliquid potius datum videtur, quam donatum, vel perpetuò translatum.
l. si precario 17. ff. comm. pradio.
l. cum de indebito 25. ff. de probat.
- 21 Principum gratia in dubio præsumuntur precarie concessionem.
- 22 Principum gratia & officia Regis ex sua natura sunt manualia & renocabilia.
- 23 l. clam possidere, in principio, & §. qui ad nundinas, ff. de acquir. possess.
l. 3. §. ult. ff. quod vi aut clam.
l. Seruius 4. ff. eodem.
l. aut qui aliter 5. ff. eodem.

- 24 Bona fides semper requiritur ad præscriptionem, etiam immemorialem.
c. fin. de præscript. lib. 6.
c. possessor. de reg. iuris lib. 6.
l. cum hæres, ff. de diuersis & tempor. præscript.
l. si aliena res, ff. de usucap.
l. 2. ff. pro emptore.
l. 40. tit. 18. p. 3.
l. 12. tit. 29. p. 3.
- 25 Bonam fidem in immemoriali non requiri, non accipiendam ut necessaria non sit, sed ut præsumatur.
- 26 Lege resistente non est bona fides, nec præscriptio.
l. ubi lex 24. ff. de usucapion.
- 27 Iuris error non prodest ad præscriptionem.
l. nunquam 31. ff. de usucapion.
l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. & num. 30.
 Titulus quem supponit immemorialis, non prodest ad uectigalia acquirenda, quia ad ea requiritur titulus expressus cum qualitatibus à iure requisitis.
- 28 Interruptio causatur uno actu quo abdicetur possessio, vel iudicium instituitur lite contestata.
 Iudicium quo actor uictus non interruptit.
l. si bona, C. de præscript. longi tempor.
l. euidenter, ff. de except. rei indic.
l. 29. tit. 29. p. 3.
- 29 Præscriptio non currit contra impeditum agere.
l. sicut, l. cum notissimi, §. illud, C. de præscript. 30.
 vel 40. annor.
l. 1. §. fin. C. de amal. except.
l. 1. ff. de diuersis & tempor. præscript.
- 30 Belli tempore quando cesset præscriptio.
l. 17. tit. 10. lib. 5. Recopil.

Præscriptio quadragenaria cum titulo, ex quibus destruatur, vel non procedat?

- 1  VAMVIS admitteremus quod aliqui uoluerunt, hanc præscriptionem æqualem esse immemoriali, & ut illa, vim habere ad præscribenda regalia quæ possunt præscribi, ut per textum in *ca. de præscript. lib. 6.* & *cap. cum persona. §. quid si tales, de priuilegijs, eod. lib. l. fin. §. ultimo, C. de fundis patrimon. lib. 11. l. 2. tit. 9. lib. 5. ordinamenti, quæ est lex 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. communi suffragio admittunt Scribentes, quibus accedunt D. Didacus Couarr. in *reg. possessor. 2. part. §. 2. num. 12. & §. 3. & 4.* Ludouicus Molina de *primogenijs lib. 2. cap. 6. num. 52.* Petrus Barbosa in *leg. comperit. num. 59. & sequentibus, Cod. de præscript. 30. vel 40. annor.* Ioannes Matienzo in *l. 1. gloss. 19. num. 4. tit. 10. lib. 5. Recopilat.* Balbus de *præscript. 2. p. 4. part. 9. 1. num. 3.* Auendaño de *exequen. mandat. c. 4. num. 20.* Mascardus de *probat. concl. 214. num. 6. & 7.* Decianus *lib. 1. conf. 24. num. 119.* Burgos de Paz *conf. 33. num. 26.* & alij plures; sed tamen ut id procedat & admitti possit, nonnulla animaduertenda sunt, quæ si deficient, omnino prædicta conclusio non procedet.*
- 2 Primo debet allegari & probari prædicta præscriptio ab eo, qui illius fundamento utitur, & simul titulus, bona fides, possessio continua, & tempus, cum omnibus qualitatibus à iure requisitis, *cap. ueniens, c. auditis, de præscriptionibus, cap. 1. eodem titulo, lib. 6.* Balbus de *præscript. 2. part. 3. part. princip. quaest. 3. ex num. 7.* Aymon. Crauerta *conf. 201. ex num. 28.* idque ab omnibus inconculsè receptum est, ut probarunt, pluri-

bus relatis, Mascardus *conclus. 1218. n. 1. cum sequentibus, & num. 6.* Menoch *lib. 6. præsumpt. 33. maxime num. 9.* Fatnac. *1. p. nouissimarum, decis. 610. num. 1. & 2.* Seraphin. *1. p. decis. 422. n. 6.* de quibus omnibus sigillatim suo ordine agendum.

Secundo quod pertinet ad titulum, debet esse idoneus & legitimus, & ut vulgò dicitur, coloratus, & talis de quo intelligatur iustam præbuisse causam præscribendi, *dict. cap. 1. de præscript. lib. 6. ibi, sed est necessarius titulus qui possessori causam tribuat præscribendi, dict. cap. cum persona, §. quid si talis, ibi, Quod saltem causam præbeat præscribendi, & rursus ibi, vel saltem tale, quod præscriptioni canonica causam præbet, & præter ordinarios in dictis locis latè probant cum multis quos referunt, Peregrinus de *fideicommissis art. 52. num. 141. & 142.* Couarr. in *prædictis, cap. 17. n. 6. vers. Primum.* Gregor. Cabedo *decis. 15. n. 6. 2. part.* Petrus Barbosa in *d. l. comperit. num. 149. & sequentibus.* Cardinalis Tusch. in *prædictis lit. T. conclus. 311. num. 1.* & ille titulus existimatus idoneus ut sufficiat ad præscriptionem, qui processit ab habente potestatem, & in figura extrinseca sit validus, etiam si intrinsecè non valeat, ut tradunt Abbas & reliqui Canonistæ in *c. in literis, de restitutione spoliatorum.* Palchæ Guid. Papæ *q. 85. n. 3.* Olascus *decis. 116. n. 7.* Menoch. de *recuperand. possess. 15. num. 403.* Peregrinus *d. art. 52. n. 143. & art. 48. n. 31.**

Et rursus ille dicitur validus in sua figura & forma extrinseca, in quo adest expressa concessio Principis, quamuis ex aliqua causa valida non sit, ut in exemplo *l. fin. §. fin. C. de fund. patrimon. lib. 11.* ubi non sufficit Principis concessio ad præstandam liberationem à solutione publicæ functionis ratione fundi patrimonialis, sed etiam est necessaria possessio quadraginta annorum, vnumque & alterum requiritur, ut adnotauit illic Accursius *verb. adempto canone.* Bartolus *num. 5.* Platea *num. 2.* & Rebuff. *n. 6.* Iason in *l. imperium, num. 20. vers. limit. ff. de iurisdictione omnium iudicium.* Bellamerra in *cap. si diligenti, n. 35. de præscript.* Bossius in *prædictis tit. de fisco, & priuilegijs eius, n. 54.*

Nam concessio, de qua in eo textu, prohibita erat aliis iuribus, ex *l. fin. C. ne rei dominica, vel templorum, l. fin. Cod. de fundis rei priuata, lib. 11. leg. 3. Cod. de fundis patrimonialibus, eodem libro.* Et ut valeret absque præscriptione, necessarium erat in ipsa concessione istorum iurium mentionem facere, & in ea inseri clausulam derogatoriam, secundum Bartolum communiter receptum in *l. fin. num. 4. C. si contra ius, vel utilitatem publicam; & quia id factum non fuit, in d. l. fin. §. fin. Cod. de fundis patrimonialibus; concessio non ualuit mero iure, & ideo necessum fuit suppleri defectum, & confirmari concessionem ex possessione & usu subsequenti per quadraginta annos, ut verè illum textum interpretantur Salicetus in *d. l. comperit. num. 2.* Alex. *lib. 5. conf. 30. num. 11. & 13.* Hippolyt. Riminadus *lib. 1. conf. 34. n. 13.* latè Barbosa ad *dictam leg. comperit. num. 46. & sequentibus, qui etiam num. 52. rectè adiungit defectum, qui consideratur, ut non valeret concessio Principis, in d. l. fin. §. fin. respicere defectum voluntatis concedentis. Et nihilominus tempus quadraginta annorum obliterat eum defectum, & ita similiter omne aliud quod tantum respicit defectum alicuius solemnitatis, ut fuit etiam de mente Bartoli *conf. 196. num. 7.* & expressè censuit Roman. *conf. 252. num. 4.* Bellonus *conf. 39. num. 7.* & ultra eos idem uoluit Alex. *dict. conf. 30. n. 13.***

Rursus eo exemplo confirmabitur quoties titulum præstat confirmatio, quæ dicitur facta in forma communi, in qua adest concessio Principis, & in sua forma extrinseca non apparet defectus, & tamen intrinsecè fuerit,

fuerit, nec valeret confirmatio ex defectu scientiæ, & plenæ notitiæ, quam solum præsumitur habere Princeps in confirmatione in forma speciali, & quamvis ea confirmatio non habeat vim vt adiungat valorem actui qui de se est nullus, & inualidus, & eget confirmatione. Molina lib. 2. de primogeniis, cap. 7. num. 7. nihilominus iustam præstant causam præscribendi, vt ex Abbate antiquo, Hostiensi, Innocentio, Bertachino, Deciano & Parisio probauit Molin. dict. lib. 2. cap. 7. num. 54.

7 Ex quibus prouenit, vt similiter etiam pro valido & legitimo titulo ad præscriptionem consideretur illud, quod iusto errore causari potuit, vt probauit Farinac. 1. p. nouissimarum, decis. 324. n. 8. tamen causatus ex iuris errore, in quo non cadit probabilis ignorantia, ad præscriptionem non proderit. l. nunquam, ff. de usucapionib. & cum Felino, Alexandro, & aliis, doctè perpendit Oliuerius Beltraminus in addu. ad Dominum Alexandrum Ludouicum, decis. 289. n. 16.

8 Sed etiam, vt validus & legitimus titulus ad præscriptionem ille considerabitur, in quo etiam si non sit clara & expressa concessio eius quod intenditur, adquisitum & possessum, per eum tamen fuerint verba quæ denotent voluisse Principem illud concedere iuxta eorum promptum & verum sensum, sine cauillatione, aut violentia, vt in verbis priuilegij, de quo in l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. quæ generalia sunt, & comprehensiuæ cuiuscumque Iuris quod habeat Rex in villa, aut oppido, de quo alicui concessionem fecit, quod propriè & naturaliter, & nullo alio sensu admisso virtutem habet, vt iurisdictionem ciuilem & criminalem possit comprehendere, de quo Auendan. de exequendis mandatis, lib. 1. cap. 1. num. 11. vers. imò ultra dico. Molina dict. cap. 6. num. 52. Barbosa in d.l. competit. num. 63. Ioannes Matienzo in d.l. 1. gloss. 15. cum aliis sequentibus, & maximè gloss. 17. n. 1. in illis verbis, Nota iurisdictionem oppidi a Rege donati, censi fieri concessam donatario, quoties dixit verba quæ hoc animo fuisse ostenderint. Ioannes Gutier. lib. 2. practicarum, c. 131. per totam, post Gregor. in l. 12. verb. segun los priuilegios, tit. 1. partit. 2.

9 Quia solum titulus prodest vt præscribatur quod in eo continetur, aut id quod ex eo colligi potest, nec prodest ad præscribendum ultra contenta in titulo, quasi additum illi; tunc autem potiùs impedimentum præstat ne præscriptio procedat, etiam si sit immemorialis, quia priuilegium, & concessio Principis non potest augeti præscriptione. l. si is cui 11. in fin. princ. ibi, non autem conceditur plusquam pactum est inseruitute habere, ff. quemadmodum seruit. amittantur. tradit Ioannes Andreas num. fin. ad fin. Petrus de Anchar. num. 4. vers. sed iuxta prædica, in d. cap. cum persona. Philippus Francus num. 3. in dict. §. quod si tales. Dominicus Geminiannus consil. 96. num. 4. vers. quoad secundum. Aymon. Crauetta consil. 680. num. 5. Couar. in dicta regula possessor. 2. part. §. 3. numer. 8. vers. quo fit. Peregrinus de iure fisci lib. 6. tit. 8. num. 25. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 131. numer. 49. Ludouicus Molina d. lib. 2. de primogeniis, c. 6. num. 66. & sequent. Tufchus lit. P. concl. 521. num. 35. & concl. 522. num. 28. & lit. T. concl. 311. num. 3. Farinacius decis. 136. n. 12. in nouiss. 1. p. Petrus Barbosa in d.l. comperit. n. 143. & sequent.

10 Tertiò, quoties constiterit præscribentem fuisse in mala fide ex defectu & vitio titulorum, quos in iudicio exhibuerit, non procedet præscriptio. l. quemadmodum 7. Cod. de agricolis & censuris, lib. 11. leg. fin. §. si autem, C. communia de legatis, cap. qui contra, de regulis iuris lib. 6. vbi in terminis casus valde similis, doctè & elegant er ratiocinatus fuit Dominicus dicto consil. 96. num. 4. ibi, & quoties legebant priuilegium, constitueban-

tur in mala fide, ac per consequens additiuè ad ipsum præscribere nequaquam poterant. idem Dominicus in d. §. quod si tales, prope finem. vbi Ioannes Andreas, Anchar. & Franchus in locis proximè citatis, optimè Molina d. c. 6. n. 66. cuius verba sunt, Si vero titulus vitiosus atque illegitimus sit, eiusque qualitatis, vt causam præscribendi præstare non possit, dicendum erit quod si constat apertissimè titulum hunc dedisse causam & initium præscriptioni, ex eo vis immemorialis præscriptionis omnino corruet, quod ostenditur solidissima ratione, nam titulus vitiosus, seu illegitimus, præscribentes in mala fide constituit, &c. Couar. in dicta reg. possessor. 2. p. §. 3. n. 8. prope finem. Olascus decis. 101. n. 31. Farinac. dicta decis. 136. n. 12. in fine. Petrus Surdus consil. 28. num. 76. Stephanus Gratianus disceptat. forensium tom. 3. c. 441. n. 27. Barbosa in d.l. comperit. n. 144. ibi, Quia quando ex titulo constat quale & quantum ius competat, ultra id præscribi non potest, quia constat de mala fide præscribentis, ac ita locum habet regula c. fin. de præscriptionibus. & Mascot. 1. variarum, c. 13. n. 6.

Et inde inducta est cautela, vt qui se fundat in possessione immemoriali, nec allegat, nec exhibet titulum, nam si ex eo constiterit esse inualidum, & eius qualitatis, quæ non potuit iustam causam præstare præscriptioni, virtus immemorialis eliditur, vt ex Ioanne Milis, Butrio, Parisio, Ludouico, Mexia, notauit Molina lib. 2. de primogeniis, cap. 6. num. 75. & antea similiter tradiderat num. 64. Auendaño de exequendis mandatis, 1. part. cap. 12. num. fin. Hondedeus vol. 1. consil. 82. numero 43. Raudensis decis. Pisana 13. num. 120. Mieres, Ioannes Garcia, Menochius, Parisius, Barbosa pluribus, & Dominus Castillo, quos refert additio ad Molinam d. n. 75. Gratianus 3. tomo disceptationum, c. 441. num. 18.

11 Sed etiam probatur & præsumitur mala fides in eis, qui occupauerint Regalia, nisi exhibuerint titulum validum, qui ea concedit, nam cum ius resistat occupationi, vt rectè notant Petrus & Cynus in l. solemnibus 7. Cod. de fide instrumentorum. Capicius decis. 77. num. 2. Couar. in reg. possessor. 2. part. §. 2. num. 11. Gratianus d. c. 441. num. 8. & qui obtinet, vel habet possessionem, cui non assistit ius, imò potiùs resistit expressè, (vt in Regalibus) creditur esse in mala fide. d.l. quemadmodum. ibi, Mala fidei namque possessorem esse nullus ambigit qui aliquid contra legum interdicta mercat. vbi Bart. num. 3. C. de agricolis & censuris, lib. 11. c. qui contra, vbi etiam Doctores, de regulis iuris in 6. Abbas in c. si diligenti, num. 14. ff. de præscriptionibus, Felin. in c. de quarta, n. 3. ad finem, eodem tit. Riminaldus consil. 31. n. 15. lib. 1. Olascus decis. 160. n. 1. & decis. 177. num. 7. Iacobus Menochius de arbitrariis lib. 2. centuria 3. casu 225. num. 6. & 7. lib. 3. de præsumptionibus, præsumptione 130. n. 13. & n. 33. cum sequentibus. Petr. Surdus dicto consil. 28. num. 71. & sequent. & consil. 115. num. 11. & decis. 179. n. 1. Tufchus lit. P. conclusio. 522. n. 11. & hoc præsumptione iuris, & de iure, quæ non admittit in contrarium probationem, gloss. recepta verb. mercator, in d.l. quemadmodum, cui, multis, relatis, subscribunt Menochius, & Petrus Surdus in locis præcitatis. Mascardus de probationibus, concl. 1003. n. 22.

Et deinde mala fides probatur si coniecturis apparet. l. penult. vbi Bald. C. de euictionibus. Bart. in l. Celsus, num. 18. ff. de usucapion. & plures quos refert, & sequitur Menoch. d. casu 225. num. 2. addens rectè n. 3. hoc ex Iudicis arbitrio pendere. Mascard. d. concl. 1003. n. 65. & etiam aliquo actu extrinseco, cuius exempla post Bartolum plures referunt, quibus calculum addunt idem Menoch: vbi proximè, n. 6. vsque ad finem, & dicta præsumptione 130. n. 47. & sequent. Mascard. d. conclus. 1003. ex n. 24. cum multis seqq.

- 14 Tum & mala fides detegitur quoties aliquo modo colligitur aliquem dubitare de iure suo, & fecisse nimis exactas & extraordinarias diligentias, ne super eo iure in iudicium vocaretur, vt rectè in simili animaduertit Socinus iunior lib. 1. conf. 69. num. 53. Menochius d. casu 225. num. 17. Mascardus dicta conclus. 1003. num. 48 qui & num. 64. latè comprobatur ex insolitis cautelis argui malam fidem, iuxta doctrinam glossæ in l. si quis sub conditione, ff. de condit. institutionum, & exornat Menochius vbi proxime, num. fin.
- 15 Quintò vterius debet constare de iusta possessione legitima, & ciuili, quæ requiritur ad effectum præscribendi, l. 1. §. per seruum, qui in fuga, ff. de acquir. possessione, l. serui & filij, §. ultimo ff. de furtis, notarunt Dinus num. 29. in reg. sine possessione, de regulis iuris in 6. Bartol. in l. 1. num. 8. ff. de acquir. possessione. Doctores communiter in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. eodem. & Couar. in dicta reg. possessor, in initio 2. p. n. 4. & 7. ideo precaria & clandestina possessio ad præscriptionem non prodest. l. 1. in principio, & in §. quod ait Prator, vbi Bart. & scribentes. ff. vii possidetis, l. si quis diurno, vbi gloss. & DD. ff. si seruitus vindicetur, dict. c. cum persona, §. quod si tales, de privilegijs lib. 6. vbi in quadragenaria præscriptione cum titulo, de quo agimus, expressim statuitur in illis verbis, libertatis, vel exemptionis possessione non violenta, non clandestina, nec concessa precario. vbi etiam glossa, Ioannes Andreas, Francus & reliqui ordinarij communiter, Marc. Anton. Natta conf. 511. n. 19. & conf. 512. n. 2. Tufchus lit. P. concl. 472. num. 1.
- 16 Et precariam esse possessionem, inducitur quando conceditur ex licentia Principis, & permissione, dum ille voluerit, quia precarium inducit quod tandiu ad vtendum conceditur, quandiu patitur is, qui concessit. cap. fin. iuncta glossa verb. precarium, de precario. leg. 1. cum alijs, vbi Bartolus, & communiter Doctores, & maximè Alex. in addit. ad eundem Bart. ff. eodem, l. 4. ff. locati, c. si gratiosè §. de rescriptis lib. 6. Hostiensis & Azo in suis summis, ad eundem titulum de precario. Nicolaus Mozius de contractibus, sub titulo de commodato, §. de accidentalibus, seu essentialibus, ex n. 8. vsque 40. Antonius Gomez 2. variarum cap. 7. num. 1. vers. & ex prædictis. Aluarus Valascus de iure emphyteut. quest. 34. num. 4. Pater Molina de Iustitia & iure, disput. 294. numero 5. & disputat. 298. num. 9. & per totum Cardofo de iudicijs, verb. precarium. Tufchus dicta conclus. 472. num. 1.
- 17 Et licet qui possedit officium, vel priuilegium, extenderit possessionem, & postea titulum, vel confirmationem habuerit, cum ex primo titulo posterioris causa formetur l. 1. C. de imponenda lucratia descriptione, eum alijs, quæ alibi notauimus. Posterior titulus habet virtutem influendi in præcedentem possessionem, quæ fuit vitiosa, & titulo nuda, vt notabiliter tradit Baldus lib. 1. conf. 89. num. 4. Tufchus lit. P. conclus. 416. num. 7. & quando titulus posterior non influeret in possessionem, quæ ante eum adepta fuit sufficienter tamen ad eam interrumpendam, & mutare causam possessionis. l. non solum, §. quod vulgo, ff. de vsucap. l. cum nemo §. cum ibi notatis, C. de acquir. possess. Bald. in l. pignoris 10. n. 1. & sequentibus, C. de pignorat. actione. Mascardus de probat. conclus. 1002. n. 32. Coccinus decis. 67. n. 5. & decis. 72. n. 4. & decis. 130. num. 6. Dominus Ludouicus decis. 546. n. 1. vbi Oliuarius Beltraminus num. 15.
- 18 Sed prodesset tamen, vt si quis antea extenderet possessionem, & iniuste possederit, in eo quod vltra permissum obtinuit, ex titulo nouo superuenienti, tunc possideat mutata causa possessionis. l. si aliquam rem 28. Dig. de acquir. possessione, l. quadam mulier 76 ff. de rei vindicat. optimus textus & expressus in terminis in l. fin. ff. de precario. ibi, nam si quod possideas alium precario rogaueris, videri te desinire ex prima causa possidere, & incipere precario habere. iunctis traditis per Gomezium in l. 45. Tauri, n. 66. Rebuff. tom. 3. ad constitutiones Francia, tit. de mutatio, possess. in præfatione n. 97. & sequent. Barbofam in l. si alienam num. 100 & latè ex num. 114 ff. soluto matrimonio. & semper ex superuenientia & acquisitione noui tituli censetur quis mutasse primum titulum, & primam causam possidendi, vt indubitatum tradit, & rectè declarat Oliuarius Beltraminus vbi proxime.
- Sed etiam cum ad præscribendum contra Principem, & vt ex obseruantia & vsu concessio ab eo facta extendatur, necessaria omnino sit ipsius Principis scientia, vt alibi notauimus allegat. 16. num. 24. dicendum est hanc possessionem non posse prodesse ad præscribendum, quippe aut Princeps notitiam habuit vel non: si habuit notitiam eius possessionis, & permisit, cum à principio possessio precario concederetur in eo quod titulus non comprehendit, videtur permittere eodem modo, quo prima possessio concessa fuit, argumento textus in l. iam hoc iure 4. ff. de vulgari, l. quamuis 6. C. de impuberum, l. eum qui ades 23. ff. de vsucapionibus. id est, precario permittere videatur. nam etiam datur precarium tacitum. l. quæstum 8. §. quod à Vitio, l. in rebus 4. §. item qui precarium, Dig. de precario. docet Ioannes Andreas in dict. cap. ultimo, num. 4. ff. de precario. ibi, si non reuocat, videtur tacite approbasse. Azo in summa num. 5. & 6. Alexander ad Bartolum in l. item queritur, §. quod impleto, additione 1. ff. locati. Aymon Crauetta de antiquit. temporum, 4. p. sectione incipienti, Materia ista, num. 107. Mascardus de probationibus, conclus. 188. à n. 22. Petrus Rebuffus consil. 191. vers. non refragatur. Petrus Gregorius lib. 23. syntagm. c. 2. num. 3.
- Et præsumitur potius aliquid in precarium concessum, quàm donatum, & in perpetuum translatum. l. si precario 17. vbi Doctores. ff. de communia prædiorum, l. cum de indebito 25. ff. de probat. Bald. in cap. unico, §. idem iuris, num. 2. de natura feudi, & melius in l. 2. num. 33. 9. C. de seruit. & aqua. Cardinalis Mantica de tacitis & ambiguis conuent. lib. 2. tit. 2. num. 11. & lib. 13. tit. 5. n. 9. Mascard. concl. 1203. n. 5. Peregrinus consil. 94. n. 12. vol. 1.
- Quod maximè locum habet in Principum gratijs, & concessionibus, vt sentit Bartolus in l. hostes 24. numer. 4. ff. de captiuis, & latè Comprobat Natta conf. 511. num. 4. & sequentibus, & conf. 512. num. 1. & consil. 636. num. 52. vol. 3. & consil. 657. num. 13. vol. 4. Menoch. consil. 307. num. 61. & lib. 1. de arbitrarijs quest. 55. num. 4. & 5.
- Rursus optima ratione procedit in officiorum concessionibus, quæ sui natura sunt manualia & reuocabilia quoad Principem. Baldus in l. rescripta, n. 13. C. de precib. Imperatori offerendis, & in l. quisquis, n. 2. C. si certum petatur. Ioannes Faber in §. cum autem num. 4. Instit. quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. Palacius Rubios in repet. rubricæ de donatio. inter vir. & uxorem n. 7. & 8. Egidius Bossius in tract. de Regalijs num. 34. Franc. Marcus dec. 19. & dec. 79. f. n. 2. & dec. 79. p. 1. Rodericus Suarez alleg. 12. n. 52. Mastrillus de magistratibus lib. 1. c. 27. n. 8. vbi rectè addit n. 9. habere naturam precarij, in illis verbis: nec per talem reuocationem conueniunt valeant, natura contractus precarij ita suadente, & vtendum concedatur tandiu, quandiu concedens patitur. Rebuff. in tract. de pacificis possessionibus n. 330. & sequentibus, in d. tit. de materijs possessorijs art. 4. glossa unica, n. 3. Hieronymus Gonzalez ad reg. 8. Cancellaria glossa 5. §. 6. à n. 3.

23 Sin verò hæc possessio inducta est absque eo quòd Princeps eius scientiam habuerit, tum iam apparet possessionem esse clandestinam, quæ nullo modo prodest ad præscriptionem, vt supra notauimus, ad idque sufficet si teneretur possessor à Principe obtinere extensionem priuilegij, nec ab eo illud in quo extenderit, impetrauerit. *leg. clam possidere, in principio, & in §. qui ad nudinas*, vbi Doctores, de *acquir. possess. l. prohibere. 3. vltim. ff. quod vi, aut clam. ibi, Clam facere videri Cassius scribit, eum qui celauit aduersarium, neque ei denuntiavit, si modo timuit eius controuersiam, aut debuit timere. Idem Aristot. putat, eum quoque clam facere, qui celandi animum habet eum, quem prohiberetur se intellexerit, & id existimat, aut existimare debet se prohibiturum iri. l. Seruius 4. aut qui aliter §. cum alijs ff. quod vi, aut clam.* iunctis quòd de clandestina & violenta possessione prohibere præscriptionem notarunt Bartolus, Angelus, Aluarus, Menochius, Castrensis, Crauetta, & alij, quos refert Barbosa in *l. si de vi, n. 219 cum sequent. ff. de iudicijs.*

24 De bona fide certum est, sine ea nullam præscriptionem procedere. *c. fin. de præscript. cap. possessor. de reg. iuris lib. 6. l. cum heres. ff. de diuers. & tempor. præscript. l. si aliena res, ff. de usucapion. l. 2. ff. pro emptore, l. 40. tit. 28. l. 12. tit. 29. p. 3.* quod non solum procedit in præscriptione longi, vel longissimi temporis, sed etiam in immemoriali, nam quamuis aliquorum sententia fuerit ad immemoriam bonam fidem non exigi, quasi ex ea titulus præsumatur, & per tempus immemoriam tollatur omnis mala fides, ita notarunt Baldus, Salicetus, Iason, Cardinalis, Alexander, Iacobinus, Decius, Surdus, Burlatus, & alij plures, quos refert D. Castillo de *tertijs, c. 24. n. 23.* Sed tamen idem n. 24. contrariam opinionem veriore, communio-rem & omnino tenendam statuit, post glossam *verb. nisi in cap. 1. de præscript. lib. 6.* & plusquam sexaginta Doctores pro hac opinione cumulauit, & ultra eum ex Pinello, Benedicto, Ægidio, Valasco, Molina, Coarruua, & alijs, idem tenuit Augustinus Barbosa in *collect. cap. quoniam 20. de præscript. n. 6.*

25 Sed opinio contraria Doctorum ita accipienda, non vt bona fides non requiratur, in immemoriali, sed ex tanto temporis cursu præsumatur, vt in terminis conciliando eas opiniones tradit D. Castillo d. c. 26. n. 35. vt qui immemoriam habet, non adstringatur docere de bona fide: sed is tamen vbi illa constaret, non poterit cum mala fide immemorialis procedere, vt ex Felino, & Antonio Gabriele refert num. 27. ibi, *Declara supra dicta, quia bene verum est quòd cursus longi temporis excludit præsumptionem mala fidei, sed hoc intelligitur in mala fide præsumpta; secus vero quando mala fides vera probaretur, vel per instrumentum, vel per testes, vel per alias legitimas probationes, quia tunc illa vera mala fides nunquam tollitur, vel purgatur per aliquem temporis cursum, quam declarationem amplia idem esse, etiam si fortior præsumptio mala fidei apparet, qua præualeret præsumptioni bona fidei resultanti ex temporis antiquitate.*

26 Hæc igitur mala fides omnino procedit in præscriptione quadraginta annorum, cum titulo, si ius resisteret præscriptioni, vel incapacem eius, vel rei præscribentem redderet, quia nunquam cum Iuris errore potest causari bona fides, vel prodesse. *l. vbi lex 24. ff. de usucapion. cap. 1. de præscript. lib. 6.* Balbus de *præscript. part. 5. princip. 1. p. q. 7. num. 17.* Puteus *decis. 138. lib. 1.* Rebuff. de *decimis q. 13.* ex Innocentio, Ioanne Andr. & pluribus, Menoch. *lib. 3. præsumpt. 130. num. 7.* vbi tradit etiam per mille annos bonam fidem non præsumi, quando ius resistit, & ideo qui pro se habet præsumptionem iuris, debet præferri præscriptioni, vt

per textum in *cap. auditis, de præscript.* tradit Innocentius *ibi num. 4.* sequuntur Abbas *ibi num. 15.* Felinus *num. 22.* Rota apud Farinacium *decis. 480. num. 13.* & *decis. 511. n. 7. ad fin. tom. 1. recentiorum.*

Et ideo ex iuris errore non procedit præscriptio. 27. *l. nunquam 31. ff. de usucap. Bartolus in l. quod meo, in principio ff. de acquir. possess. cum Azone, Felino, Bellamera tradit D. Couarr. in reg. possessor. 2. p. §. 7. num. 10.* Gilkenius de *usucapion. 1. p. membro 1. cap. 18. num. 10.* ex Alexandro, Parisio, Curtio iuniori, Crauetta & Roldando, Zeuallos *communium q. 8.* Antonius Faber *lib. 7. coniect. cap. 13.* Donellus *lib. 5. comment. c. 15.* vbi ex Cuiacio, Hottomano & Pacio confirmat Osvaldus, & inde prouenit quòd supra late notauimus *1. part. allegat. 5. 8. & 9.* pro explicatione *l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopilat.* Vt cum statuatur vectigalia Regis nisi titulo expresso cum solemnitatibus requisitis acquiri non posse, inde, quia ex iuris resistentia nunquam sine titulo expresso bona fides esse possit, non procedat præscriptio immemorialis in acquisitione vectigalium, & merito eam improbatam à Principe, vt probaui *allegat. 15.* quia licet immemorialis supponat titulum, ille non sufficit ad vectigalia, nisi fuerit expressus, & cum qualitatibus quæ à iure requisitæ.

28 Vt iterum possessio debet esse continua, non interrupta, quia interruptio etiam ex vno actu destruit præscriptionem ex *l. usurpatio 2. l. naturaliter 5. ff. de usucap. & traditis à Baldo in l. vnica, C. de usucap. transf. & in l. fin. C. de seruitur.* Burlatus *col. 2. cons. 217. num. 5.* Cassaneus *cons. 64. num. 26.* Gutier. de *iurament. confirmat. 3. p. c. 1. num. 34.* Otalora de *nobilitate 2. p. 3. princ. c. 9.* Ioannes Garcia *eodem tractatu gloss. 6. num. 25. & gloss. 12. num. 50. ad fin. Sesse decis. 3. num. 24. & decis. 6. n. 25. & 26.* Donellus *lib. 5. comment. c. 21.* innumeros, vt solet, congescit D. Castillo de *tertijs, c. 35. per totum*, & interruptio causatur ex prohibitione possessionis. *d. l. 5.* vel ex iudicio contra præscribentem, lite contestata. *l. nec bona 10. C. de præscript. longi temporis, l. 29. tit. 29. p. 3.* nisi qui iudicium intenderet, victus esset, quia tunc euanescit interruptio, arg. *l. euidenter, ff. de exceptio rei indicata,* notarunt Felin. in *c. illud, de præscriptionibus, num. 17. vers. Decima quarta conclusio.* Socinus *vol. 3. cons. 47. ad finem.* Menoch. *cons. 307. num. 35.* Sforcia *cons. 20. num. 11.* Burgos de Paz *cons. 33. n. 19.* D. Couar. in *reg. possessor. 2. p. §. 12. n. 4. vers. secunda conclusio.* Balbus de *præscript. 3. p. 6. p. princip. q. 4. n. 37.*

Denique vt præscriptio procedat, debet non esse 29. impeditus qui agere poterat. *l. sicut, l. cum notissimi, §. quamobrem, & §. illud, C. de præscript. 30. vel 40. annor. l. 1. §. fin. C. de annali exceptione, l. 1. ff. de perpetuis & temporal. præscriptio.* iunctis quæ notarunt Menochius *cons. 38. num. 35.* Surdus *decis. 151. n. 4.* Gutier. *præscript. lib. 3. q. 34. à num. 21.* ex Crauetta, Riccio, Tuscho & alijs, Augustinus Barbosa *axiomate 116.* quia imputari non potest negligentia illius qui impeditur agere, vt confiderat Antonius Faber in *C. titul. quibus non obicitur longi temporis præscriptio, definitione 1.* nisi potuisset impedimentum remouere, quia tunc impedito potest imputare, vt aliàs tradidimus *allegat. 18. num. 25. & 26.* & addenda quæ notauimus *1. p. decis. Granatenf. 49. num. 14.* & inde ibi ex Fontanella, Gregorio Lopezio, & alijs expendimus, *num. 5.* aduersus mulierem vxoritam non posse currere præscriptionem in rebus dotalibus, cum ipsa agere non possit, sed ad maritum spectet actionem intendere.

Et quoad iura regalia, quando Regnum ita turba- 30. tum fuerit, vt potius eius paci & quieti intendatur, quam administrationi regalis Patrimonij, ex belli causa, præscriptionem non currere, notarunt

Bar. in leg. naturaliter, numer. 22. ff. de acquir. possess. Imol. in penultim. §. ad crimen. numero 12. ff. de publicis iudicijs. Abbas in cap. ex transmissa num. 7. de prescription. & ibidem Ancharanus num. 3. & Felin. numer. 2. Aretin. conf. 6. num. 3. Calcaneus conf. 3. num. 30. Afflictis decis. 50. num. 2. adde quæ ex Signorolo, Castrensi & alijs tradit Tuschus practicarum lit. P. conclus. §. 49. num. 21. Balbus de prescription. 2. p. 6. principal. versic. Primus casus. Baldus, & alij, quos refert Menoch. consil. 112. num. 7. & inde Antonius Faber in C. tit. quibus non obicitur longi temporis prescriptio, definit. 1. ad fin. tradit contra Ducem Sabaudia à prescriptione subducendum totum tempus, quod Sabaudia fuerit à Gallis occupata, quod toto eo temporis spatio Dux Sabaudia iura sua persequi non potuisset, & ideo quæ tempore belli, aut oppressionis facta, aut permilla, reuocanda, vt constat l. 17. tit. 10. lib. 5. & l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopilat. iunctis quæ supra notauimus 1. part. allegat. 8. & 9.



ALLEGATIO LXIX.

De Iurisdictione & prohibitione ædificandi furnos & molendina.

- 1 Iurisdictione probatur in loco qui fuerit intra iurisdictionis territorium.
- 2 Pascua censentur esse eius territorij, in cuius limitibus fuerint.
- 3 Terminorum designatio procedit ex priuilegio presumptione & prescriptione.
l. hoc iure, §. ductus aqua, ff. de aqua quotid. & aestiua.
Immemorialis probat iurisdictionem.
l. ades sacra, §. intra maceriem. ff. de contrah. empt.
Iurisdictione probatur per eius exercitium in loco de quo de iurisdictione dubitatur.
l. 1. §. cum urbem, ff. de offic. Praefecti urbi.
l. rescripto, §. fin. ff. de muner. & honor.
l. pupillus, §. territorium, ff. de verb. signific.
Territorium probatur ex iurisdictionis exercitio.
- 4 Iurisdictione prescribitur per quadraginta annos cum titulo.
l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil.
Prescriptio quadragenaria cum titulo, aequipollet immemoriali.
c. 1. de prescript. lib. 6.
l. fin. §. fin. C. de fundis patrim. lib. 11.
c. cum persona, §. quod si tales, de priuileg. lib. 6.
l. 8. tit. 14. p. 1.
Lex que solent admittit immemoriam ad prescribendam iurisdictionem, non excludit quadragenariam cum titulo.
l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil. & n. 6.
- 5 Immemorialis quomodo probetur.
l. 1. tit. 7. lib. 5. Recopil.
l. 41. Tauri.
- 6 l. 3. tit. 10. lib. 5. Recopil. explicatur.
Prescriptione prohibita non censetur exclusiua immemorialis nisi exprimat.
- 7 Iurisdictione probatur per famam & alijs adminiculis, quamuis expressè actus iurisdictionis non probentur.
Iurisdictione probatur vectigalium exactione.
l. forma censuali, §. his verò, ff. de censibus.
- 8 Iurisdictione probatur in civilibus iudicia pronuntiando,

- & in criminalibus furca erectione.
- 9 Iurisdictione probatur ex officialium nominatione.
 - 10 Actibus specificis iurisdictionis ea probatur.
 - 11 Testes singulares probant iurisdictionem.
 - 12 Testes non dicuntur singulares respectu actus, sed respectu finis.
 - 13 l. fin. tit. 9. lib. 7. Recop. explicatur.
Immemorialis ubi excludenda, exprimitur in legibus.
l. 3. tit. 1. lib. 2. Recopil.
l. 2. tit. 15. l. 2. l. 1. tit. 25. lib. 4. Recop.
 - 14 l. 2. tit. 18. lib. 9. Recopil. non procedit contra Concilia populorum, quia contra illa locum habet immemorialis, ex Auendani sententia.
 - 15 Prescriptio qua contra Regem non potest procedere in exemptione vectigalium, admittitur ordinaria prescriptio contra priuatos.
 - 16 Vectigalia cum Regi soluuntur, exigunt ab uno, vel alio populo, Regem non laedit.
 - 17 Prescriptionis prohibitio regulariter respicit futuram non completam, & prateritam.
Immemorialis supponit tempus infinitum.
l. si arbiter, ff. de probationibus.
Decimarum immemoriali probata, videtur probari possessio ante Concilium Lateranense.
 - 18 Lex qua à populo non recepta non obligat.
l. de quibus, ff. de legibus.
c. leges, 4. distinct.
c. 1. de tregua & pace.
 - 19 Regalium est, & Principi reseruat, prohibere ne quis utatur facultate vt quis ædificet in suo furnos, vel molendina, vel accedat ad qua voluerit.
l. quaro 18. ff. de iure patron.
l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & aestiua.
l. 12. 13. & 15. tit. 11. lib. 6. Recop.
l. 9. tit. 6. lib. 3. Recopil.
l. 2. tit. 7. p. 5.
 - 20 Princeps potest concedere domino territorij vt prohibeat furnos, vel molendina fieri.
 - 21 l. fluuim, §. fin. ff. de damno infecto.
l. si in meo, ff. de aqua pluuia arcenda.
l. si quando, ff. de legat. 1.
l. ait Praetor 3. §. 1. ff. de iureiurando.
Priuilegiorum verba inpropriantur vt comprehendant Regalia, & qua alias non venirent ne concessio priuilegij superflua sit.
 - 22 l. si quisquam, ff. de dinerf. & temporal. prescript. expenditur.
 - 23 Probatio ædificandi furnos, vel molendina non inducenda, nisi exprimat, quamuis alicui concedatur territorium cum furnis & molendinis.
 - 24 Ædificare in suo loco cuiuscumque licet, quamuis prauidicium alteri fiat.
l. altius, C. de seruitut.
l. Proculus, ff. de damna infecto.
Prohibitio est necessaria vt in facultatiuis possit causari prescriptio.
l. 1. C. de seruit. & aqua.
 - 25 Seruitutes negativæ non prescribuntur, nisi à tempore prohibitionis.
 - 26 Prohibitiones eius quod libera facultatis, semper odiosa & vitanda.
Antony de Leina prohibitio furnorum in Mediolani statu, calumniis causam dedit.
 - 27 Territorij dominus nec per indirectum potest furnis & molendinis vassallorum prauidicium facere.
 - 28 Statuta fieri non potest, vt vicini cogantur ire ad molen

- molendina uniuersitatis, nec possint ire ad molendina priuatorum.*
Argumentum de pacto ad statutum valet.
- 29 *Ratio eadem in idem admittit.*
l. illud. ff. ad leg. Aquil.
Conuentio qua aliquis prohibetur, uti libera facultate à iure concessa, iniqua & iniusta dicenda.
- 30 *Odiosa & restringenda est prohibitio, ne quis re sua utatur.*
- 31 *Prohibitio induci non potest ex actu permissiuo.*
l. non tantum 3. §. si emancipatus filius, ff. de bon. poss. contra tab.
l. legata inutiliter. ff. de admin. legat.
l. in ratione, §. tamen si, ad fin. ff. ad legem falcid.
l. cum tale, §. fin. ff. de condit. & demonstrat.
l. quod fauore. C. de legibus.
l. Carbonianum 3. §. dua autem cause, ff. de Carboniano edicto.
- 32 *Concessio qualibet ut valeat, requirit voluntatem & potestatem.*
c. cum super, de officio delegati.
Omissum in contractibus pro omisso habendum.
Accessorium non venit cum principali in translatione iuris de uno ad alium, quando accessorium diuidi potest à principali.
l. quoties. ff. de contrah. emptione.
- 33 *Dominus territorij qui illum cum molendino concessit, potest adhuc molendinum edificare.*
Concessionem qui fecit, non potest contra illam facere.
l. venditor, in principio, ff. communia pradiorum.
- 34 *Molendini dominus ad quod homines longo tempore accesserunt, non acquirit ius, ut ad alia molendina ire prohibeat, nisi seruitus, vel obligatio esset imposta.*
Inuestitura feudi facta censetur sine praiudicio tertij.
c. i. in princip. tit. per quos fiat inuestitura.
- 35 *Superfluum non dicitur quod etsi nihil operetur, dubitationem tollit.*
Argumentum à superfluitate futile est.
- 36 *l. si quisquam. ff. de diuers. & tempor. prescript. conciliatur cum*
l. vlt. ff. de usucap.
l. in tantum 6. ff. de rer. diuis.
l. quod in lutore 14. ff. de acquir. rer. dom.

Iurisdictio qualiter probetur, vel adquiratur, & concessa à Principe iurisdictione territorij cum furnis & molendinis, an ius prohibendi hæc à vassallis fieri in territorio concedatur.



T dicendum est eo maxime iurisdictionem probari, si locus in quo de ea controuertitur, sit intra limites alterius vbi de iurisdictione non dubitatur, nam quod meis finibus continetur, censetur & presumitur esse meum. Aluarus Valascus de iure emphyteutico, q. 8. n. 38. Mascardus de probationibus, concl. 393. num. 15. Socinus in l. 1. notabili 3. de acquir. possessione, & ibi Castrensis. idem Socin. vol. 2. conf. 181. incipit, In causa. Parisius vol. 1. conf. 27. n. 18. & vol. 4. Ioan. Bapt. Layrea Alleg. Fiscal. Pars I l.

conf. 4. num. 1. Afflictis decis. 89. num. 2. tenent Bart. & Alex. in l. rem que nobis. ff. de acquirenda possessione. Ex quo inferunt ad pascua, ut eorum esse iudicentur, intra quorum terminum fuerint.

Et satis esse aliquem intentionem habere fundatam pro eo quod limitibus includitur, tenuerunt Decius conf. 271. num. 1. & 2. Socinus vol. 1. conf. 127. num. 2. ex Barbatia, Aymont, Isernia, Curtio iuniori, Hieronymo de Monte, & alii, probauit Caldas Pereira de empt. & vendit. cap. 21. num. 3. & in terminis villæ, in huius territorio sunt nemora, & pascua, ut censeatur eius iurisdictionis, in cuius limitibus fuerint docuerunt Castrensis in lectura antiqua legis 1. ff. de acquir. possess. Iason in l. rem que nobis, num. 31. ff. eodem. Antonius Gomez in l. 45. n. 2. Auendaño de exequend. mandatis, lib. 1. c. 4. n. 5. & 39. Cassaneus in consuetud. Burgundia, rubrica 9. §. 4. n. 4.

Et designatio & demeratio terminorum ex priuilegio & presumptione pariter admittitur, præsertim si præscriptio immemorialis sit. l. hoc iure. §. ductus aqua, de aqua quotid. & aestina. Et quemadmodum si priuilegio termini alicuius loci in alterius territorio includerentur, de iurisdictione dubitari non posset, ita similiter, quando immemoriali probatur iurisdictione, nam ea limites constituit, & terminos territorij, ut de illo esse censeatur, quod in eo continetur. l. ades sacra §. intra maceriem. de contrahenda emptione. Antonius Gabriel. tit. de prescriptionibus. Crauetta in responsio pro genere, n. 430. Menochius lib. 3. presumpt. 100. Gregor. Lopez in l. 9. tit. 28. partit. 3. gloss. que son esta blegidos. Auendaño de exequend. mandat. 1. p. cap. 4. num. 4. Azuevedo in l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil. Et per exercitium iurisdictionis probatur oppida esse illius loci & territorij, in quo exercetur iurisdictione. l. 1. §. cum urbem, ff. de officio præf. urbis, l. rescripto, §. fin. ff. de muner. & honoribus, l. pupillus, §. territorium, ff. de verbor. significat. Baldus in l. data opera, num. 28. C. de his qui accusare non poss. Alex. lib. 5. conf. 23. Viso processu, numero. 3. Iason lib. 4. conf. 166. num. 1. Abbas lib. 2. conf. 62. num. 18. Monte de finibus regund. c. 52. num. 3. Mascardus de probationibus, conclus. 395 n. 33. Caualecan. decis. 23. n. 89. & 2. p. decis. 36. num. 53. Albertus Brunus consil. feudali 127. consider. 7. Et territorium probari ex iurisdictionis exercitio, ut extendi videatur quousque iurisdictione. Bald. in c. cum causam, num. 6. de probationibus. Crauetta conf. 592. num. 83. & conf. 881. num. 2. Menochius conf. 21. num. 9. & conf. 147. n. 13. 14. & 16. & conf. 264. n. 8. & 9. conf. 1101. num. 4. Surdus consil. 151. num. 28. Burlatus 159. num. 28. Euerardus iunior lib. 1. conf. 41. n. 68. Monte de finibus, cap. 11. n. 15. Francisc. Marcus 2. p. decis. 112. n. 10. Marta voto 162. num. 5. Puteus in allegatione pro communitate Valentia, quæ est post tractatum de finibus, n. 15. & 16. Carpan. ad statuta Mediolan. lib. 1. c. 130. num. 7.

Deinde, licet quoties allegaretur titulus quo alicuius loci donatio à Principe fieret, etsi non exprimeretur iurisdictionem dari qui illa vsus fuit per quadraginta annorum spatium, potest iurisdictionem præscribere. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. quia præscriptio quadragenaria cum titulo æquipollet immemoriali. cap. 1. de prescript. lib. 6. l. fir. C. de fundis patrim. lib. 11. capit. cum persona, §. quod si tales, de privilegiis, libro 6. & ibidem gloss. & Doctores. Felinus conf. 2. numero 2. & 5. Couar. in reg. possessor. 2. p. §. 5. num. 2. & l. 1. variatum c. 17. num. 1. Decianus lib. 2. responsio 41. num. 113. Olfacius decis. 116. num. 111. & iure nostro l. 8. tit. 14. p. 1. d. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. Videndus Molina lib. 2. de primogenijs c. 6. n. 52. Marienzo in d. l. 1. gl. 19. n. 4. Auendaño de exequend. mandat. 1. p. c. 1. num. 21. Burgos de Paz conf. 33. num. 23. D. Valenzuela conf. 79. num. 123.

B

Gurier



Gutier. *practio*, lib. 3. q. 62. vbi num. 19. addit, etiam si lex taxatiue dicat immemoriam ad probandam iurisdictionem, requirit adhuc quadragenariam cum titulo putatiuo admittendam, & hoc verum esse pluribus probauit D. Castillo *lib. 5. controuersiar. cap. 93. §. 8. n. 11.* Albenfis *lib. 1. conf. 64. num. 57.* & confirmatur, nam quamuis *in d. l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil.* disponeretur iurisdictionem contra Regem, nisi immemoriam, præscribi non posse, adhuc traditur *in l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop.* sufficere ad illam acquirendam quadragenariam cum titulo, de quo etiam alibi egimus.

5 Sed immemoralis præscriptio probata fuit in hoc casu, vt dubium non superesset cum omnibus qualitatibus à iure requisitis, testes etiam rationem dispositionum etiam non interrogati reddentes, & actus iurisdictionis explicantes, quo casu immemoralis probata censenda. *l. 41. Tauri, l. 1. tit. 7. lib. 5. Recopil. & ibi Matienzo gloss. 8. & Azeuedus num. 15. Couarr. in reg. possessor. 2. part. §. 3. num. 7. Molina de primogenijs l. 1. c. 6. a num. 29. Auendaño de exequend. mandat. cap. 6. num. 6. Gloss. & doctores in cap. 1. de præscript. lib. 6.* quorum plures pro constanti supponunt ad fulciendam immemoriam nequaquam desiderari, vt testes de actibus deponant, sed sufficere attestationem exclusiuam aliter gestorum cum qualitatibus à iure requisitis, de quibus, & quanta vis sit præscriptionis immemoralis, pro omnibus vide D. Castell. omnia cumulantem, *tom. 7. de tertijs. c. 22. 23. 24. 25. 26. & 27.* vbi omnia ad saturitatem inuenies.

6 Rursus, quia præscriptione immemoralis potest acquiri iurisdictione. *l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil.* quæ expressè admittit, nec contra facit *l. 3. tit. 10. lib. 5. Recop.* quæ dicitur lex Pincia, vbi prohibetur præscriptio in alienatione rerum patrimonij Regis, vt est iurisdictione, quia eodem auno dicta *l. 1. & d. l. 1.* confirmata à D. Rege Philippo secundo, vt refert Matienzo *in d. leg. 3. gloss. 7. num. 7.* quo apparet non derogari præscriptionem immemoriam, quæ admittitur *in d. l. 1. tum quia dicta l. 3.* solum prohibet alienationem rerum patrimonij regij, & virtute tituli alienationis, quem improbat, prohibet præscriptionem, quod longe differt ab immemoralis, quæ etsi supponat titulum, non requirit illum exhiberi, sed etiam præscriptio quæ excluditur *in d. l. 3.* non comprehendit immemoriam quæ semper excepta censetur, vt tradimus *infra num. 13.* & ultra eos notarunt Felinus *in rubrica de præscript. n. 18.* Balbus *de præscript. 2. p. 3. q. 6. n. 21. & 5. p. 2. q. 9. n. 21.* Cephalus *lib. 1. conf. 40. num. 3.* Hondedeus *l. 1. conf. 79. num. 16.*

7 Præsertim, quia etsi non requiratur actus iurisdictionis expressè explicari, sed per famam publicam cum aliis adminiculis probari sufficere. Socinus senior *conf. 187.* Statilius Pacificus *de Saluiano interdico, inspectione, l. c. 6. n. 32.* & post Bald. *vol. 3. conf. 468.* incipit, *Qualiter probentur.* Monte *de finibus. c. 52. num. 16.* Costa Siculus *conf. 6. num. 40.* Gratianus *3. tom. disceptionum c. 595. n. 7.* qui in terminis nostri casus etiam tenent per exactionem vectigalium & contribucionum probari, locum esse de districtu. *l. forma censuali §. his vero. ff. de censib.* Corneus *lib. 1. conf. 333. n. 10.* Crauetta *vol. 4. conf. 592. n. 83.* Byslat. *conf. 235. num. 20.* Bertazol. *conf. 1. n. 38. & 39.* Suld. *conf. 429. n. 38. & 42.* Berreta *conf. 89. n. 34.*

8 Sed adhuc populam specificè constat probasse actus iurisdictionis, & pluribus in casibus etiam in territorio exercuisse, videlicet actus iurisdictionales gerendo, & iudicia pronuntiando. Bart. *in l. 2. §. hoc interdico, de iur. actuque priuat.* Bald. *in l. data opera, ff. de his qui accusari non poss.* Socin. senior *lib. 2. conf. 187.* Romanus *conf. 70. num. 13.* Decius *conf. 194. num. 12.* Me-

nochius *de retin. rem. 3. tit. 585. & num. 586.* tradit in criminalibus probari furcæ erectione. Oldradus *conf. 161.* Mascardus, qui alios refert, *concl. 947. n. 10.*

9 Sed & officiales nominasse ad exactionem tributorum, quæ est nostra controuersia, & iurisdictione, probatur ex officialium creatione. Bald. *tit. de pac. iuram. firm. §. ad hoc, num. 4.* Mastrillus *de Magistratibus lib. 4. cap. 17. num. 4.* Natta *conf. 672. n. 1.* Corneus *vol. 4. conf. 268.* Menoch. *de retinenda, rem. 3. n. 587.* Purpuratus *conf. 493. num. 2.* Cancerius *lib. 2. variar. c. 2. n. 56.* Bobadilla *lib. 2. Politica c. 16. n. 41. & 74.*

10 Quo casu sine dubio probatur iurisdictione, Panormitanus *vol. 2. conf. 62. num. 8.* Albertus Brunus *conf. 34. num. 6.* Hieronymus de Monte *tract. de finibus regundis c. 52. num. 3.* maxime, quia hi actus non erant dubij & æquiuoci, sed manifesti, specifici, & clari, quo casu iurisdictione probata censetur, exornat Bartolomæus Socinus *vol. 2. d. conf. 187. per totum.* Hieronymus Monte *vbi proximè c. 78. n. 30.*

11 Idque magis procedit, quando pluribus testibus, vt in hoc casu, actus iurisdictionis probati fuerunt, cum possit iurisdictione per testes singulares probari, vt tradit Bald. *in l. de quibus, vbi sequitur Papiensis num. 135. ff. de legibus.* videlicet si vnus testis deponeret de iurisdictione, quia vidit scindi caput Seio; alius, quia vidit suspendi Titium ad furcas, quia testes tunc non sunt singulares, sed contestes existimandi, quia in iurisdictionis exercitio conueniunt. Idque similiter probauit Caccialupus *in repetit. l. admonenda 108. de iure iurando, rationem reddens, ibi, Singularitas est in causa scientia, non in dicto principali, nam modus sciendi est per diuersa media, sed effectus, est vnus & idem.* Idque mutuauit à Baldo, qui de probatione iurisdictionis *in d. l. de quibus,* quando testes de actibus singularibus deponunt, tradit hæc verba. *Nam licet tales testes differant in loco, vel tempore, seu in causa scientia, vel in modo sciendi, qui habetur per diuersa media, non dicitur differre in facto, & propterea singularitas hæc, quia non est proprie singularitas, non vitiat probationem, & hoc est quando agitur de aliquo facto probando in genere, & testes probant, licet singularitate impropria circa locum, vel tempus, dicto casu non considerabili, vel singularitatem penes causam scientia & modum sciendi.*

Et facit quod aliàs exprimit Azeuedo *in l. 6. tit. 9. lib. 3. Recopil. ibi, Et notandum testes non dici singulares respectu actus, sed respectu finis.* adde quæ notarunt *in cap. 1. de arbitris l. 6.* & pluribus Farinacius *de testibus, q. 64. n. 6.*

12 Nec obstat *l. 5. tit. 9. lib. 7. Recop.* vbi in casu de quo loquimur circa iurisdictionem indicendi & exigendi tributa, vt Regi soluantur, traditur non sufficere quemcumque vsum & consuetudinem. *ibi, Sin embargo de qualquier uso y costumbre y otra qualquier raçon ó causa de qualquier manera, calidad, favor y misterio que en contrario de ello sea iá nos por la presente lo à annulamos y reuocamos todo.* quippe semper excepta censetur præscriptio immemoralis ab omni prohibitione, vt ex Bart. Baldo, Alexandro, Ripa, Ruino, Bertrando, Crauetta, Couarr. Tiraquello, Afflicto, Bertrando, & aliis pluribus, probauit omnia cumulans D. Castillo *tom. 7. de tertijs. c. 24.* alios refert D. Solorz. *de Indiarum gubernatione, tom. 1. lib. 3. cap. 3. num. 77.* & distinctio quam probat Flores de Mena *lib. 2. variar. quest. 21. §. 1. num. 27.* vt conciliet opiniones contrarias, congruit huic rei, vt quoties consuetudo sine qualitate reprobat, tunc immemoralis non censetur exclusa: at verò consuetudo reprobat vt iniqua, & iniusta, videatur etiam immemoralis exclusa. Iuxta quæ notarunt Tiraquellus *de vtroque retractu, in præfatione, num. 19.*

num. 19. Couar. lib. 3. variar. cap. 13. num. 4. Gonzalez in regula 8. gloss. 33. num. 11. Azeuedo in l. 3. numero 17. tit. 1. l. 2. Recopil. Auiles in cap. 8. Pratorum. gloss. 8. per cotam, id que similiter admittit Mieres in postrema editione de maioratibus. 4. p. q. 20. num. 264. vbi tradit regulam generalem, vt ideo cautè leges Regales, vbi excludere volunt præscriptionem, vel consuetudinem immemoriam, id declarant: vt in l. 3. tit. 1. l. 2. tit. 2. lib. 2. l. 2. tit. 15. l. 2. & l. 11. tit. 25. lib. 4. l. 1. tit. 18. libro 9. Recopil. vnde cum in hoc casu non sit immemorialis expressè, & vt iniusta præscriptio improbata in dict. l. fin. tit. 9. lib. 7. Recopil. non debet in hoc casu excludi immemorialis.

14 Quod inde confirmat Auendañus responsio 16. per totum; vbi etiam si contra Regem non procedere immemoriam tradit, quia tunc excluditur, ex l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopilat. quæ in iure percipiendi collectas, vel illarum exemptione disponit, nisi priuilegium expressum, nihil prodesse, & omnem præscriptionem etiam immemoriam excludit, tamen contra Concilia populorum, vt indicant, vel non tributa regia, & possint exigere in casu de quo loquimur, rectè admittit immemoriam, vt nec videatur exclusa, nec reprobat. d. l. fin. tit. 9. lib. 7. Recopil. & quamuis illius distinctionem non admittat Flores de Mena lib. 2. variarum, q. 20. num. 103. quasi l. fin. edita fuerit in fauorem incolarum in oppido remanentium, quibus magnū damnum immineret ex recessu aliorum incolarum, si pro bonis in territorio sitis tributa non soluerent, maxime si ad loca communia exempta & libera transmigrarent, ac perinde vt nobiles haberentur exemptione fruente, & populi tributarij nimis onerati remanerent, & depopularentur, & cum ad illorum petitionem prædicta lex edita fuisset, non debet distinctio admitti, vt contra Regem immemorialis prohibeatur, & possit contra Concilia populorum procedere, quippe hæc reprobatio distinctionis Auendañi, quam tradit Flores de Mena vbi proxime, ex multiplici ratione non admittenda.

15 Prima, quia constans distinctio est, vt etiam si contra Regem non possit præscriptio procedere, quamuis immemorialis, vt à tributis aliquis eximatur, tamen aduersus priuatos potest tempore ordinario procedere præscriptio. Bart. in l. si publicanus, §. in omnibus. n. 3. ff. de publico. & veltig. Abbas in c. super quibusdam, §. præterea, num. 12. de verb. signific. Couar. in reg. possessor. 2. p. §. 3. num. 15. vers. secunda conclusio. Cabedus plures referens 2. p. decis. 17. n. 6. & decisio 41. num. 6. Rodericus Suarez in questione Maioratus, num. 24. Azeuedus in l. 1. tit. 15. lib. 4. Recop. num. 54. Lafarte de gabellis, capite 18. num. 23. D. Alfaro de officio fiscalis, gloss. 20 numero 51. Bobadill. lib. 2. Politica c. 10. n. 44 & 45. quibus adde Balbum de præscriptionibus 2. p. 5. partis princip. q. 5. à num. 1.

16 Secunda, quia sumus in casu valde dissimili ab ipsa, l. fin. tit. 9. lib. 7. Recopilat. non quidem an collectæ, vel tributa soluenda, vel non, sed solum in iurisdictione indicendi & exigendi collectas oppidorum, qui sunt in alterius finibus, & territorio, ac perinde nihil ex eo grauantur populi qui immunes manent, quia potius agitur, vt villa quæ habet vectigalium administrationem in aliquo territorio, seruitium ordinarium possit in eo indicere, & exigere capitacionem quæ ab ignobilibus peti solet, idque longè differt, vt vel principi, vel aliis populis damnum afferat, & ideo nec iuxta opinionem Auendañi, nec Flores de Mena ius istius populi eludi poterit.

17 Tertia, quia dicta lex fin. iuxta aliquorum sensum, procedit in consuetudine præscriptione futura, non verò in præterita, quemadmodum etiam in exemptio-

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fiscal. Pars 11.

ne gabellarum, vbi præscriptio immemorialis expressè probatur, idem tradiderunt Paulus de Castro, & Baldus, quos refert Ioannes Gutierrez, ex quibus notauit D. Castillo tom. 7. de tertijs, cap. 30. numero 6. & probata immemoriali censetur ante dictam legem possessionem probatam, quia immemorialis supponit tempus infinitum. l. si arbiter de probat. Oldradus conf. 154. num. 18. Molina lib. 2. de primog. cap. 8. numero 47. sicut à simili dicimus quòd probata immemoriali in perceptione decimarum, censetur probata possessio antiqua ante Concilium Lateranense, quod decimarum perceptionem reprobauit, vt notarunt Ioannes Andreas in cap. cum Apostolica, num. 9. de his que fiunt à Prælati. & ibi Antonius de Butrio n. 17. Imola numero 21. Anchar. n. 6. & communem dixit Alex. lib. 1. conf. 6. n. 5. Antonius Gabriel. communium tit. de præscript. concl. 1. num. 22.

Quarta, quia si omnia prædicta locum non haberent, illud tamen sufficeret, dictam l. fin. tit. 9. lib. 7. Recopilat. in his populis receptam non fuisse, quia apparet ex probatione immemorialis nunquam in vfu fuisse, etiam si loqueremur in terminis illius, quia Concilium populi, ad quem spectat vectigalium territorij exactio, semper seruitium ordinarium exegit in eo populo sui territorij, & lex non debet impedire quando recepta non est, argum. leg. de quibus, ff. de legibus. ibi, Nam cum ipsa leges, nulla alia causa nos teneant, quam quòd iudicio populi recepta sunt, cap. leges 4. distinctione. Abbas & alij in cap. 1. de tregua & pace, vbi tradit glossa quòd non dicitur transgressor qui non seruat legem, quæ nunquam fuit in vfu, & Bald. in cap. fin. num. 19. de consuetudine, statuit vt iura communia, quæ de consuetudine non seruantur, pro nullis habentur. Alex. conf. 6. num. 4. lib. 1. Parisius conf. 115. numero 6. lib. 4. vbi tradit constitutionem Pontificiam, quæ non fuit vfu recepta, non esse seruandam in foro fori, nec in foro Poli. Pluribus confirmat Surdus conf. 8. num. 8. cum seqq. quia lex, vel statutum censetur conditum sub conditione, si recipiatur vtentium moribus, vt tradit notabiliter Dominicus in d. cap. leges. sequitur Ruinus conf. 13. num. 28. lib. 2. Cephalius consil. 129. num. 9. & consil. 137. num. 33. lib. 3. Surdus d. consil. 59. num. 9.

De illo verò, an Ius prohibendi facere furnos & molendina, concedatur dato territorio cum furnis, & molendinis, dicendum est ad solum Principem prohibitionem pertinere, ne quis liberè re sua, vel communi vtatur, vt in molendinis, furnis & aliis similibus: nam certam formam in hac re statuere & prohibere, ne aliquis veniat ad molendinum, vel furnum, quem voluerit, aut aliter facultate naturali & libera vtatur de regalibus, est & Principi hæc potestas seruata, textus in l. quæro 18. ff. de iure patron. l. 1. §. permittitur. ibi, idque à Principe conceditur, alij nulli competit, ff. de aqua quotid. & aestua. l. 12. 13. & 15. tit. 11. lib. 6. l. 19. tit. 6. lib. 3. Recopil. Iason conf. 161. num. 2. lib. 2. Gregor. Lopez gloss. 3. verb. Argamiento, del Rey. in l. 2. per textum ibi, tit. 7. part. 5. Olascus decis. Pedemont. 17. in princ. Thesaurus decis. 16. num. 11. Petrus Surd. conf. 127. num. 1. vol. 1. Ioan. Gutier. 4. practico. q. 34. num. 1.

Et Princeps illud potest alicui priuilegio concedere. Panormitan. in cap. significante, in 1. notabili, de appellat. sequitur ibi Decius in princ. Hostiensis, Innocentius, & Ioannes Andreas in eo, & fuit doctrina glossæ in l. sanè si maris ff. de iniurijs. tenuit Guido Papæ q. 298. Brunus conf. 131. col. penult.

In eo autem singularis controuersia est, an si Princeps concesserit alicui furnum, vel molendinum habere, vel feudum cum furnis, vel molendinis, & sic de aliis

- aliis rebus similibus quæ prohiberi possunt, an ex hac concessione ius prohibendi alios furnos ædificare, vel molendina, concedatur, nam aliàs videretur concessio superflua, cum absque ea ædificare quilibet rectè potest. arg. l. *fluminum*, §. *fin. de damn. infect.* lib. si in meo, ff. de aqua pluvia arcenda. & ne reddatur concessio inutilis, induci debet prohibitio, arg. l. *si quando* 109. ff. de legat. 1. l. 1. in principio. & ibi notatis. ff. quod metus causa, l. 1. in fine, vbi etiam notatur, ff. ad municip. l. 3. §. 1. ff. de iureiurando, & ex Castrensi, Baldo, Decio, Ruino, Cròto, Beroio, Neuizano, Parisio, Crauetta, Cephalo, Rolando, Menochio & aliis pluribus in priuilegiis etiam verba improprie & contra naturam interpretanda ne sint superflua, & procedere vt in concessione veniant quæ sunt Principi reseruaata, vt aliquid concessio operetur, probauit Menochius, & latè Surdus d. consil. 127. num. 8. vsque 14.
- 22 Et facit l. *si quisquam*, ff. de diuersis & temporal. præscript. vbi cum quis aliquo tempore solus piscaretur in maris, vel fluminis diuerticulo, potest prohibere piscationem in eo loco, & hæc sententia, vt ex concessione priuilegij, furni, vel molendina in alicuius loco construatur, vel exerceantur, possit ille prohibere ne alibi quam in illis locis suis fiant, ex Panormitano quem refert, tenuit Iason. vol. 2. consil. 161. numer. 2. & idem probarunt Hostiensis, Innocentius, & Ioannes Andreas, Capolla, & Iulius Clarus, quos refert Surdus d. consil. 127. numer. 1. & 2. refert in simili ita iudicatum.
- 23 Verùm tamen contraria sententia longè verior est, vt tenuerunt Crauetta de antiquit. tempor. 4 part. §. circa præmissa, numer. 1. Iacobinus in inuestitura feudali, in §. & cum molendinis. Burlatus libr. 2. consil. 41. Roland. à Valle lib. 3. consil. 46. numer. 64. Crauet. consil. 861. & 871. numer. 5. & 9. & consil. 896 per tot. & communiorèm opinionem & veriorèm tradit Thesaurus prædictos referens decis. 16. numer. 9. vers. contrarium, & etiam ultra ab eo relatos, rectè probauit Surdus d. consil. 127. num. 18. vsque 27.
- 24 Idque primò eis iuris principiis fundatur, quia cuiuslibet ex communi regula licet in suo ædificare, etiam si vicino, aut alij noceat l. *altius*, C. de serui. l. *Proculus*. ff. de danno infecto; & ideo etiam si quis longo tempore habuisset furnum, vel molendinum, ad quod homines semper accesserunt, quia nihilominus possunt desistere, nouumque furnum ædificare, quia actus ille accedendi ad furnum, vel molendinum alicuius, consistit in mera facultate & voluntate accedentium, & in his quæ sunt facultatis, nulla cadit consuetudo, vel præscriptio, nisi procedat prohibitio, & homines acquiescant prohibitioni per tempus quod sufficiat ad præscribendum, vt notatur in l. 1. Cod. de serui. & aqua & in l. 2. Cod. quæ sit longa consuetudo. gloss. in l. qui luminibus, ff. de serui. urb. prædio.
- 25 Præsertim id regulare in seruitutibus negatiuis, quæ non acquiruntur, nisi præcedente prohibitione, ex Ioanne Fabro, Ripa, Baldo, Bertrando, Capolla, & aliis, tradit Surdus vbi proxime numer. 23. qui ex Balbo, Neuizano, Crauetta, Conar. Natta, Rolando, Menochio, Boerio, Caputio, Francisco Marco, & aliis pluribus, latè probat dominum loci habentem furnum, vel molendinum, ad quod homines semper accesserunt, non posse prohibere ne nouum ædificent furnum, vel molendinum, ex quo dicendum videtur ex concessione Principis, qua alicui concedit furnum, vel molendinum facere, non debere aliorum prohibitionem induci.
- 26 Tum etiam, quia istæ prohibitiones odiosæ sunt semper, quæ restringendæ, nec decent induci nisi clare & manifestè concedantur, cum etiam aliqui tradiderint, nec Principem posse prohibere subditos, ne eant ad propria molendina & furnos, vt latè probauit Albertus Brumus consil. 131. per totum. & maxime Principes admonendi, vt curent vitare similes prohibitiones, ne subditos grauent, & causam præstent, vt maiestas principatus aequaliter lædatur, vel illudatur, iuxta quod notarunt maligni Itatorum de Antonio de Leua, Magno Duce Hispano, & Mediolanensis status Gubernatore, qui Mediolani furnorum prohibitionem fecit, & nisi in eis qui nomine Imperatoris Caroli V. designati panis coctio non fieret, vt inde pro mercede coquendi ad stipendia militum pecunias colligeret, & bellum sustineret, & maledici dicerentur ludibant, vel illudebant Imperatorem edicendo illum magni facere oportere Ducem Antonium à Leua, qui cum titulis Cæsaris Maximi Regis Hispani, & aliis simul ei adiecit titulum furnarij.
- Et nec per indirectum potest dominus territorij furnis & molendinis priuatorum præiudicium inferre, vt si edictum faciat vt furnarij, vel molendinarij teneantur gratis panem aliquibus subditis coquere; nam tunc cum ex hoc edicto priuatis præiudicium inferatur, edictum huiusmodi vti ambitiosum annullandum est, & similiter nec vniuersitas potest hoc statuere, & ita iudicatum in Senatu Pedemontano, ex Osasco decis. 17. refert Thesaurus decis. 16. numer. 6. & adducit Nattam consil. 106. numer. 2. & facit consilium Riminaldi iunioris lib. 5. vbi probat, non posse dominum vnius molendini minuere censum in damnum alterius molendini.
- Secundo id etiam confirmatur, quia nec per statutum potest communitas habens molendina statuere ne vicini vadant ad molendinum priuati. Ancharan. consil. 155. & 198. Siluanus consil. 1. numer. 140. Osasco. d. decis. 17. Franchis decis. 380. vbi quoddam etiam nec per pactum fieri posset, etiam si in eo consentiant vicini, quia sicut statutum id fieri nequit etiã nec pacto, quia de eo valet argumentum ad statutum, l. *fin. Cod. de fideiuss.* Mascardus, Menochius, Surdus, Farinacius, Molina, Tuschus, Mantica, Gratianus, & alij, quos refert Velasco axiomat. Iuris lit. A. num. 490.
- Maximè, quia eadem ratio quæ in statuto consideratur, etiam in pacto procedit, & ex rationis identitate idem statuendum in iure. l. *illud* ff. ad legem Aquilianam. l. *quædam*, §. *numularios*, ff. de edendo, §. *parsi ratione*, Inst. quibus mod. Ius par. potest. solui. & per indirectum hoc pacto fieret in fraudem, quod per statutum non posset, & omnis conuentio, per quam impeditur libera facultas vtendi re sua, dicitur iniqua, vt in simili pacto consuluit Socinus lib. 2. consil. 272. numer. 6. quem sequitur Rebuff. de Magistr. artifice. gloss. 2. numer. 17. tom. 2. & per consequens etiam iurata dicitur inualida. Crauetta consil. 622. numer. 17. Seraphinus de priuilegijs iuramenti, priuilegio 61. numero 15. & tradit Gaspar Antonius Thesaurus in addit. ad decis. 16. Antonij Thesauri sui patris lit. C. & si ille contrarium sentiat, tamen sine dubio admittendum existimat, quod tradimus quando pactum fieret in æmulationem & damnum alicuius, quia tunc nec pacto ad probationem vicini compellendi, & ita à Senatu fuisse decisum, & facit quod notauit Bertrandus consil. 49. vol. 3. vt si vasalli promitterent domino accedere ad suum furnum, vel molendinum, talis prouisio præsumitur extorta per vim, & erit rescindenda, & vt probauit Neuizan. consil. 43. circa finem, quando subditi prohibiti in hoc casu acquieuerint prohibitioni, id ex metu fecisse præsumitur, confirmat Natta consil. 106.

30 Ex quibus apparet quàm odiosa & restringenda sit hæc prohibitio, & minus admitti, vel induci oportet, ex eo solum quòd Princeps in oppido concedat alicui facultatem faciendi furnum, vel molendinum.

31 Tertiò, quia prohibitio induci non oportet ex actu permissiuo, contra *l. legata inutiliter, ff. de adim. legat. l. 3. §. si emancipatus filius, ff. de bon. poss. contra tabulas, l. in ratione, & tamen si, ad fin. ff. ad l. falcid. l. cum tale, §. fin. ff. de condit. & demonstrat.* nec debet quod fauore illius, cui concessum inductum, in damnum retorqueri; *argumento legis quod fauore, C. de legibus, & in terminis priuilegij concessi ex l. 3. §. dua autem cause, ff. de Carboniano edicto. D. Valenzuela conf. 79. numero 38.*

32 Et in qualibet concessione ad eius effectum & validitatem copulatiuè requiritur voluntas & potestas. *c. cum super, de officio delegati, vt ex Baldo, Decio, Bocerio, Socino, Cephalo, Alciato, & aliis pluribus, probauit Surdus dict. conf. 127. num. 31.* & licet Princeps habeat potestatem prohibendi, non tamen constat in hoc casu id velle concedere, quia illud est furnos & molendina permittere, & assignare, aliud prohibere eorum constructionem, quia cum hæc sint diuersa, non potest de vno ad alium inferri, & omissum in concessionibus, & contractibus, pro omissio haberi debet, & quamuis per se esset accessorium furnis & molendinis prohibendi ab aliis, fieri tamen non veniret in concessione furni, vel molendini, quia est diuisibile, & potest ad eis separari, & vbi agitur de translatione iuris, de vno in alterum translato principali, non venit accessorium quod ab eo potest diuidi. *l. quories, ff. de contrah. empt. quæ omnia rectè probauit Surdus d. conf. 127. n. 32. vsque 40.*

33 Et confirmat nostram sententiam, vt ex concessione non nascatur aliorum prohibitio, doctrina Bald. & Iacobi, quos refert *num. 38.* dum tenuerunt dominum loci, qui molendinum alicui concessit, posse aliud molendinum post concessionem ædificare, & tunc quando concessio contineret ius prohibendi, vtique non posset dominus, alio inuito, illud fabricare, & cum liceat domino concedenti, qui nihil potest facere in præiudicium concessionis ab eo factæ. *l. venditor, in princ. ff. comm. prædior. multo magis licebit aliis, qui nõ sunt ex concessione obligati.* Et ratio est, quia concessio & permissio furni, vel molendini faciendi, nõ concludit per necessè prohibitionem, & cum hæc dubia sint, prodesse non debet. *c. quoniam contra, de probationibus, l. non hoc, C. vnde legitimi.*

34 Quarto, nam etiamsi furnum, vel molendinum, quorum facta fuisset concessio, eius esset qualitatis, vt longo tempore homines ad illud accederent, non solum inde aliis videtur, nec imposita prohibitio faciendi furnos, vel molendina, sed vicini qui ad furnum, vel molendinum concessum longo tempore accesserunt, compelli possunt, vt perseuerent, nisi seruitus, vel obligatio esset imposita, vt notauit Cæpolla *in tractat. de seruit. vrbano. cap. 50. tit. de furno, quest. 2.* & cum semper inuestitura alicui facta censetur, saluo Iure tertij, vt ex *cap. in princ. & ibi glossa, & Doctores, tit. per quos inuestitura,* etiamsi concederetur castrum cum pertinentibus, etiamsi iure veniant molendina & furni, intelligendum de eis quæ pertinebant ad concedentem, non autem de his, quæ spectabant ad personas priuatas, vt probauit Iason *in l. quominus, num. 120. de fluminibus.* Cagnolus *in l. nemo plus, de origine iuris,* & quando Princeps antea non statuerit prohibitionem furni, vel molendini, aut rerum similitum, non potest censerì concessione facta, quia Princeps concedere censetur Ius quod habet, & cum in eo loco non esset statutum ius prohibendi, concessio præ Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fiscal. Pars II.

dicta ad prohibitionem debet extendi, vt ex Natata, & aliis pluribus probauit Surd. *dict. conf. 127. numero 51. & 52.*

Nec obstare poterunt quæ in contrarium expensa fuerunt, nam quoad illud non esset superflua concessio, cum aliàs liceret furnos, vel molendina ædificare, nihil enim facit, quippe, vt tradit idem Surd. *dict. conf. 127. num. 70.* concessio quæ respicit furnos, vel molendina, operari iuxta eorum sententiam, qui conueniunt, concessio territorio non concedi furnos, vel molendina. & quamuis aliorum opinio sequeretur, qui credunt concessione territorij etiam venire, tamen operatur, vt dubitationem tollat, quod satis est vt superflua non dicatur dispositio, vel quando exprimet illud quod tacitè inest, vt pluribus probat Surdus *vbi proxime num. 71. & 72.* quibus ego adiungo argumentum à superfluitate vitanda, futile & puerile ab interpretibus existimari. Cagnolus *in proæmio Digestorum, num. 117.* Mantica *de coniecturis vltim. voluntatum lib. 3. tit. 6. num. 8. & lib. 12. tit. 17. num. 39.* Annibal. ad Mandellum *conf. 11. numero 19.* ex Alciato, Duareno, & aliis, D. Castillo *4. tom. controuers. cap. 38.* & ego notauit *in decis. Granat. disp. 21. n. 47. & disp. 31. num. 51.*

36 Quod verò pertinet ad textum *in l. si quisquam, ff. de diuersis & temp. præscript.* omissis quæ ex Bartolo, Castrensi & aliis notauit Surdus *vbi proxime, num. 78.* cum seqq. dicendum est longè diuersa ratione procedere, loquitur enim quoties aliquis pluribus annis solus piscatus fuit in loco publico, tunc propter naturalem & permissam iure gentium occupationem potest alios prohibere respectu vsus quem præscripsisse videtur; secus verò proprietatem rei sibi non potest acquirere aut aliis adimere: nam postquam qui vsus & ius piscandi adquisierit, semel amiserit, nulla actione, vel interdicto recuperare potest, quia postquam eo iure vti, vel piscari in mari, vel in flumine desuit, locus ad causam publicam rediit, & rursus occupantis fieri cœpit. *leg. quod in littore 14. ff. de acquir. rer. domin. l. in tantum 6. ff. de rer. diuisione,* quando accipiendus textus *in l. præscriptio, finali, ff. de vsucapionibus,* de quorum iurium difficultate, emendatione & concordia, vide quæ ex Balduino, Curtio, Conano, Gothofredo, Donello, Genua, Pichardo Egumario, Barone, Cuiacio, Zasio, & aliis ego notauit *in decision. Granatensibus, disputat. 44. numero 30. 31. & 32.* & pluribus relatis D. Solorzano *1. tom. de iure Indiar. libro 3. cap. 3. n. 65. vsque 70.* & quantum hic casus à nostro differat, aperte constat, nam ibi solus piscatus fuit, alios prohibuit; in nostra verò quæstione nulla prohibitio erat antea indicta, sed dominus territorij eam inducere intendit solum ex eius concessione cum furnis, vel molendinis, quod longè diuersum est.

Denique quod ex Abbate, Iafone, Host. Ioanne Andrea, Iulio Claro, & reliquis *suprà* expendimus, rectè eis respondet Surdus *d. conf. 127. à n. 28. vsque ad 51.* ad quem Lectorem relego.



ALLEGATIO LXX.

De Iurisdictione permissionis in locis dominorum vasallorum.

1 *Castella populi regulariter eligunt Alcades ordinarios. l. 2. tit. 2. l. 7. Recop.*

- Magistratus non perpetui, sed temporales eligendi.*
- 2 *Iurisdictionis generali concessione non derogatur speciali, quam populi habent acquisitam.*
l. in obligatione generali, ff. de pignor.
 - 3 *Princeps est fons & origo iurisdictionis.*
Auth. constitutio qua de dignitatibus, ff. praterea, collat. 6.
c. 1. vers. Potestas sit, qua sint regalia.
 - 4 *Reges Hispania in suis Regnis habent fundamentam iurisdictionem, & ius eligendi magistratus.*
l. 1. 2. & 3. tit. 1. lib. 4. Recopil.
 - 5 *Iurisdictio ordinaria iure communi vendi non poterat, tamen potest vendi in Castella, ex legibus & consuetudine.*
l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. & n. 6.
 - 6 *Iurisdictione non videtur data ex territorij concessione.*
l. 1. 2. tit. 1. p. 2.
 - 7 *Domini vassallorum in Castella plures condemnati ne primam instantiam adimant, iudicibus à populo electis.*
 - 8 *Princeps potest reassumere iurisdictionem ordinariam iudicium locorum.*
l. 1. §. optamus, C. de officio praefect. prat.
l. 1. cum seq. tit. 1. p. 2.
 - 9 *Princeps potest remouere Magistratus ad libitum quos elegit.*
§. sed & quod principi. Inst. de iur. natur.
 - 10 *Electio iudicum ordinariorum non debet permitti populis, sed à Rege fieri.*
 - 11 *Electio populorum pluribus dissidiis causam praebet.*
 - 12 *Principis maior virtus est nosse subditos.*
 - 13 *Iudices plures esse qui de eadem re cognoscere possint, publicè interest.*
 - 14 *Iudicium amulatio solet vilis censerì.*
 - 15 *Iurisdictione ordinaria à populo per usum acquisita, non venditur territorio vendito.*
 - 16 *Appellatio an in locis dominorum vassallorum possit ad dominos interponi*
 - 17 *Dubia tollere ad officium Gubernatoris spectat.*
 - 18 *Appellari non potest à iudice domini loci ad ipsum dominum.*
l. 1. §. ab eo, ff. quis & à quib. appelletur.
 - 19 *Lites celeriter expediendae.*
cap. finem litibus, de dolo & contumacia.
l. 1. & titulus C. ut intra certum tempus criminallis questio terminetur.
 - 20 *Princeps ex aliquorum sententia nunquam vendit iurisdictionem priuatiuè, sed accumulatiuè.*
l. quoties, §. ultim. ff. de administrat. tutor.
l. fin. C. de iurisd. omn. indic.
l. 1. C. de officio praefecti vrbi.
cap. super hoc, de haereticis, lib. 6.
cap. irrefragabili, de officio ordinarij.
cap. ceterum, de iudicijs.
 - 21 *Rex potest vendere iurisdictionem precariam ipsis locis, vel dominis locorum.*

De locis dominorum vassallorum, an eam iurisdictionem, quam populus habet per tolerantiam Principis in electione iudicum ordinariorum, qui iurisdictionem exercent, & dicimus Alcades ordinarios, possit Rex ipsi domino populi, vel alijs vendere.



ONSUETUDINE vniuersali Hispania in omnibus locis Castellae ipsa Concilia populorum eligunt Iudices ordinarios, quos *Alcades* dicimus, & fundamentum habet in *l. 2. tit. 2. lib. 7. Recop.* qui cognoscunt in prima instantia de causis civilibus & criminalibus in aliquibus locis limitata iurisdictione ad certam quantitatem, & electio fit per annum, vt non possint sibi iurisdictionem vsurpare, & ita faciendum suadet *Ilocrates in Nicocle, oratione 3.* & *Aristoteles lib. 2. Politicorum, c. 3.* & solum inter Athenienses instituit magistratus *Areopagitas* esse annales, & *Annibal* inter Carthaginenses inducere studuit, *Pratores* & *Consules* Romani ad annum eligebantur, & in pluribus prouincijs quasi valde congruum obseruatur, vt tradit *Alex. Sarduus de moribus gentium, lib. 2. c. 25.* plura cumulauit *Camillus Borrel. de magistr. lib. 1. c. 12. per tot.* & de consuetudine eligendi *Pratores* annuos in regnis Castellae & Legionis; & ideo antiquitus *Reges* non eligebant, nec mittebant *Correctores* ciuitatibus, & populis, nisi eis petentibus, memoratur, & tradit *D. Couar. pract. c. 4. n. 5.*

Haec enim iurisdictione ordinaria, quam exercent nomine Regis, annui *Pratores* à populo electi, non videtur suppressa, vel imminuta ex concessione iurisdictionis, aut venditione, quam Princeps generaliter faceret, iurisdictionis alicuius loci, nam cum populus hoc ius haberet iam acquisitum circa electionem, & exercitium iurisdictionis ordinariae, non videtur ademptum, aut ei derogatum, nisi expresse concesserit Princeps, *argum. l. in obligatione generali 6. ff. de pignoribus.* & quae notarunt *Couar. vbi proximè. Bobadilla lib. 2. Politica. c. 16. n. 170. vsque ad 177.*

Ex quo apparet resolutio propositae dubitationis, vt certissimum sit, Principem posse ipsis dominis, vel populis hanc iurisdictionem, quae ex permissione & tolerantia apud populos remansit, vendere, vel donare, fundamenta id respiciunt, Principem esse fontem & originem iurisdictionis à quo pendent, & cuius nomine Magistratus exercent. *gloss. in l. si quis Decurio 16. verb. Iudici, C. de decur. lib. 10. Auth. Constitutio qua de dignitatibus, §. praterea, collat. 6. cap. 1. vers. Potestas, tit. qua sint regalia in vrbibus feudorum, ex Luca de Peña, Cassaneo, Baldo, Andrea de Isernia, Montaluo, Matienzo, Petro Gregorio, D. Couar. Gitonda, & Auendaño, Bobadilla lib. 1. cap. 12. n. 21. ex Capicio, Afflictis, Iacobino de sancto Georgio, Menochio, Maranta, Didaco Perez, & Gregorio Lopez, Mastrillus de Magistr. lib. 1. c. 1. num. 6. referens Franciscum Marcum, Anton. Nattam, Molinam, Peregrinum, Anton. Capicium, Cassiodorum, Auendaño, Camillus Borellus de praesentia Regis Catholici, cap. 21. num. 17. & seqq. cum Matthaeo Stephano Gutierrez, Parladorio, Colerio, & alijs, Ofual. ad Donellum lib. 17. comm. c. 7. in notatis lit. O.*

Et in Hispania Reges habere fundatam intentionem iure communi, & Hispano, abhinc plusquam

octo centum annos, usque ad suum tempus, tradit D. Couarr. pract. cap. 1. num. 9. his verbis *In Castellana Republica tota civilis potestas & iurisdictio penes ipsum Regem est ab eo, quo derivatur in alios: & adeo iuri consonum tradit, ut non egeat aliis fundamentis, & solum referenda. l. 1. 2. & 3. tit. 1. lib. 4. Recop. & quod ex Auendaño, Palatio, Rubio, Baraona, & Matienzo notauit Bobadilla lib. 1. Politica, c. 2. num. 19. & lib. 2. c. 16. num. 73.*

5 Vnde quamuis ordinaria iurisdictio quæ à Principe dimanat, & eius est iure communi, vendi non poterat, quasi pertineat ad ius publicum, cuius capax non est quilibet priuatus, ut ex Afflicto, Socino, & aliis, probauit Antonius Petra *de potestate Principis, cap. 3. 2. num. 262.* tamen ex eiusdem sententia vendi poterit, quando est aliqua consuetudo, aut lex in Regno quæ id permittat, ut in Castella est *l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil.* quæ solum prohibet non concedi iurisditionem ordinariam populorum exteris, & alienigenis, & permittit concedi vassallis oriundis ex his Regnis, referuata Principi iurisditione suprema, & ultra legem Regni semper hanc referuationem censi factam, probarunt Bartolus, Iacobinus de sancto Georgio, Baldus, Natta, Grammaticus, Rolandus & alij plures, quos refert Camillus Borrellus *de Magistratibus lib. 4. cap. 8. n. 8* alios adducit Sesse *decis. 175. num. 1.* idque est quod tradiderunt Felinus, Iafon, & Castrensis, iurisditionem supremam non esse in marsupio Principis, quasi illa nunquam vendi possit, notauit Antonius Petra *d. cap. 3. 2. num. 233.*

6 Sed tamen ordinaria iurisdictio & primæ instantiæ referuata appellatione ad Principem, potest vendi, aut concedi, nam quamuis concessione generali alicuius territorij non venit iurisdictio nisi priuilegio speciali concedatur *l. 1. 2. tit. 1. p. 2. iuncta gloss. 3. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil.* id aperte denotat posse vendi, aut priuilegio concedi, iuxta quod notauit Calcan. *conf. 102. col. 2.* Ant. Petra *de potestate Principis, cap. 2. n. 41.* Et in propriis terminis, ut in locis qui possidentur à dominis vassallorum, non solum ut possit à Rege vendi iurisdictio, sed consuetudine vniuersali Hispaniæ concessio territorij competere iurisditionem ordinariam in prima instantia, voluit Auendaño, quem refert & sequitur D. Couar. *practic. cap. 4. num. 5.* ea tamen limitatione, ut domini vassallorum debeant habere expressum priuilegium dictæ iurisditionis, aliàs sine illo non poterunt exercere in præiudicium iudicum ordinariorum, qui à populis eliguntur. Nota verba quæ ius nostri Regis aperte exprimunt, *in his vere ciuitatibus & oppidis, quæ alicui Duci, Comiti, aut Marchioni, Nobilitate subdita sunt, hoc ipsum est in controuersia, an domini habentes iurisditionem possint populis inuitis, & non potentibus constituere, aut mittere Rectorem, aliumve iudicem, qui primam habeat causarum civilium, & criminalium cognitionem, simul cum ipsis magistratibus à populo electis, vel eam exercent iure præuentionis; & hoc fieri iure posse conatur probare Petrus Auendaño in dict. tract. de exequend. mandat. regis, cap. 6. num. 25.* quod ipse item admitterem. *ubi hoc ius fuerit legitimo titulo, aut iusta temporis possessione, aut præscriptone quæsitum. At in his locis in quibus nulla stat hac de re consuetudo, aut præscriptio, sed est quæstio ista ex iuris rationibus diffinienda, maxime dubitarem, nam licet Rex, aut, Princeps summus possit hoc facere, quippe qui summam, & totam habeat Reipublicæ iurisditionem, Domini tamen inferiores non sic poterunt hoc iure uti, nec populis ius, quod habent, auferre, diminuerè, aut debilius reddere; habent enim populares Magistratus ius primarium cognitionum, eaque lege oppida dominis à Rege data sunt.*

Quamobrem iniuria fieret Magistratibus popularibus, qui ius istud obtinent, si in eisdem oppidis alij iudices ordinarij à dominis darentur in hoc, ut primam haberent causarum cognitionem. Igitur qui de hac controuersia iudicaturi sunt, hæc & alia æquissimè perpenderit, ut quod Reipublica fit, vtilim decernant & exequantur.

Vnde prouenit quod refert Bobadilla *lib. 2. Politica, cap. 16. num. 74.* in Cancellariis in pluribus populis dominos condemnatos esse ne Prætores suos constituant, qui primam causarum cognitionem habeant, sed ea relinquatur iudicibus ordinariis à Populo electis, & exempla proponit in Comite Corona, Comite Aquilario, & in Marchione de Villera. Idem factum est, me Iudice, in villa de Xorquera, huiusque praxis ratio ex superioribus pender, nam nisi iuri populorum derogauerit Princeps, & priuilegium concesserit, nunquam videri à populo adimi ius eligendi Prætores, & eorum iurisdictio ordinaria; cum verò concesserit domino loci, rectè id priuilegio, aut venditione facere posse ex Panormitano, Felino, Bruno, Parisio, Armato, Pistore, Rolando à Valle, Iafone, Rosentali, & Schradero, tenuit Sixtinus *de Regalibus, libr. 1. capit. 5. numero 56. & 57.*

Princeps enim potest reassumere iurisditionem ordinariam iudicum locorum, cuiusq; domino vassallorum, impedire, aut per se facere electionem. Nam quæ adhuc populis permilla prouenit ex precaria facultate, & tolerantia Regis, qui est origo omnium Magistratuum, ad quem pertinet electio. Nec aliquis facere potest sine Principis concessione, & consensu. *l. 1. §. optamus, C. de offic. Præfect. prætor. l. 2. cum seqq. tit. 1. partit. 2. Bald. vol. 4. conf. 385. numer. 1.* idem Bald. *in l. qui se patri, numer. 34. Cod. unde liberi.* Celf. Hugo *conf. 56. num. 8. & 9.* Couarr. *practic. cap. 1. numer. 9.* Auiles *cap. 1. Prætorum, gloss. 1.* nec Concilia populi aliquid possunt iudices eligere, nisi Regis permisso, ad quem pertinet iudices dare, & ad nutum remouere, D. Couar. Auend. & alij, quos in terminis refert Bobadil. *lib. 3. Politica, capit. 8. numer. 47. & lib. 5. capit. 1. num. 3. & 4.* idque adeo compertum est, ut probatione non egeat.

Sed Innocentius, Panormitanus, Ioannes Faber, Zabarella, Lucas de Peña, Belluga, Pinellus, Cassaneus, Chaldas Pereira, & alij, quos refert, & sequitur Mastrillus *lib. 1. Magistrat. capit. 27.* late probant posse Principem ad libitum Magistratus quos elegit, vel permittit (ut in hoc casu) remouere; aliàs enim necessitati subiiceretur, quod est Principis voluntati commissum, postquam populus Romanus facultatem, quam ei dedit Romulus, eligendi Magistratus, nec tibi vsurparent Patricij, Halicarnassensis *lib. 2. Historiarum.* Pomponius Latus *lib. de legibus, in principio.* Plutarchus *in vita Valerij Publicolæ.* Borrellus *de Magistrat. lib. 1. cap. 1. num. 19.* Hanc ergo potestatem populus in Augustum Principem transtulit, *l. Regia, §. sed quod Principi, Institutio. de iure naturali,* & ab hoc facto populi Romani deriuatur ius Principum, nam imperium Romanum continebat omnes prouincias, quæ hodie subiacent Ecclesiæ Catholicæ, ut ex Alciato, Orofio, & aliis pluribus Bobadilla *lib. 1. Politica, cap. 1. num. 14.* Cui adde Camillum Borell. *lib. 4. de magistrat. cap. 8. num. 20.*

Illud magis medela, & reformatione eget, ut cum Princeps possit in quocumque loco sibi addicare iurisditionem ordinariam, quando alij non concessit, maxime ad publicam vtilitatem pertineret simul electionem Magistratuum à populis faciendam impedire, & Principem ex se illam facere, nam electiones Magistratus, quæ fiunt in populis, nihil aliud deser-

uunt, quàm vt factiones, & turbulenta diffidia inter locorum incolas oriantur, vnde ambitio & ciuium discordia nascatur, idque præcipuè locum habet vbi medietas munerum publicorum inter nobiles, & plebeios diuiduntur, nihil aliud electio est, quàm rixæ & periculosa contentiones, nam in quatuordecim annis, quibus in Cancellaria Granat. Senatorio munere functus populi eius territorij, qui magis inter omnes Hispaniæ opibus, & ciuibus pollent, semper continuis diffidiis, & factionibus inquietati fuerunt, ex discordia electioui; & cum illi, qui ambierint munera publica, tanto eis indigniores existimandi, ad munus regium pertinet ambitionis & discordiæ hæc tumultuaria feminarum euellere, vt exclamat Corsetus *de potestate regia. quest. 1. n. 4.* inter nouiores tractatus Doctorum tom. 16.

11 Et vltra plura exempla, de quibus Iosephus *lib. 14. antiquitatum*, de Aristobulo & Hircano fratribus. Plutarchus in *Numa*, vbi refert contentionem Romanorum & Sabinorum mortuo Romulo pro Rege eligendo; & quod de C. Graccho refert idem Plutarchus in *Tiberio*, Carolus Sihonius *libro 11. Regni Italici*. Bonfinius *lib. 10. decade 1.* Guicciardinus *lib. 6. historiar. & alibi passim*, illud nobis in Castella sufficiat quod exhibuit Catholicus Rex Ferdinandus V. Castellæ Rex, cum ad sua propria regna Aragonum migraret pro recuperatione comitatum Rufini & Zerdaniæ, cum perueniret ad Cæsar-Augustam, vbi quidam magistratus, qui dicuntur *Iurados*, singulis annis electionem iudicum ad regimen populorum faciebant, vt apud nos Concilia municipiorum eligere diximus, propter damna & diffidia quæ Regi ex similibus electionibus relata, prohibuit deinceps electionem fieri, & sibi aduocauit, vt refert Zurita *1. tom. expeditionum Italiae lib. 1. cap. 10. ad finem*, & vltra plura quæ Occidentalium Indiarum monumenta offerunt, vbi plures controuersæ circa electiones referuntur, Nouus Historiographus Chronicæ nostræ Regis Philippi IV. *lib. 6. capite 2.* tradit omnes tumultuarias seditiones earum Regionum, & præsertim ditissimi illius tractus Peruanæ & Prouinciæ de *Potosi* originem habuisse ab ambitione & discordia circa electiones Prætorum, id est, *Alcades ordinarios*, quæ fit quolibet anno, nam cuiusque Hispaniæ prouinciæ oriundi ex suis facere volentes, & inde in iurgia, & rixas profilibant, & inter Cantabros & Beturios grauissimæ & periculosa referuntur, & ideo maximè expediret huic rei remedium adhibere, vt electiones fierent in sæculationibus, quas dicunt, aut aliis modis, quibus vitur supremum Senatus ordinum militarium: nam in locis suæ iurisdictionis non populi, sed Senatus electionem facit.

12 Ex quo plures utilitates quæ ad commune bonum conducunt, experientia exhibebit, nam electione officiorum à Rege faciendæ habebit Princeps in quocumque oppido munera & præmia quæ merentibus largiatur, & quasi ab eo electos Prætores promptiores habebit ad sua mandata exequenda, cognosceret qui aptiores fuerint, vt regimini præponantur, & excellentiorem virtutem Principis experiretur, iuxta illud Martialis *lib. 8. Epigram. 15.*

Principis est virtus maxima nosse suos.

13 Vnde apparet non solum hanc Prætorum ordinum posse Principem vendere iurisdictionem ipsi domino loci, sed etiam cuiuscumque extraneo, & si (vt propositum fuit Regi) dominis locorum hæc iurisdictione vt primam haberent causæ cognitionem, accumulatiuè venderetur, maximè conduceret ad optimam regendi rationem, quia publicè interest plures iudices esse, qui iustitiam administrant, vt si alter negligens

fuerit, alius eius defidiam & negligentiam suppleat, vt ex Felino, Iacobo de Bellouiso, & Puteo notauit Auendaño *de exequendis mandatis cap. 6. numero 12. vers. Iudicis*. Panormitanus in *cap. statuimus, de maledicis*. Ioannes Andreas in *cap. felicitis, de penis in 6.* ex Alexandro de Næuo, Philippo Franco, Gutterio, Zerola, Nicolao Garcia, & aliis, D. Salgado *de Regia protectione 3. part. cap. 13. num. 67. & 2. part. cap. 17. per totum. maximè num. 32. & sequentibus*, & est communis opinio iuxta D. Couar. qui refert plures *lib. 2. variarum, cap. 10. n. 6.* & pluribus quàm quinquaginta Doctoribus probauit Bobadilla *lib. 2. Politica cap. 17. num. 94.*

14 Adde quod ex Baldo, Felino, Angelo, Corneo, Aretino, Afflicto, Aymone, Riminaldo, & Menochio notauit D. Ludou. *decis. 4. num. 6.* vt iurisdictione quæ semper censetur data accumulatiuè, debeat cessare quando fauore certæ personæ iurisdictione conceditur, si illi expediat plures iudices non habere, tum etiam, quia æmulatio inter iudices si duo haberent primam causarum cognitionem, induceretur vt quisque maximè curaret de causæ criminalis præuentione, vt possit inde melius supplicium delictis irrogari, & vt notarunt Politici in iustitiæ administratione, potius expedit æmulatio inter Iudices vnus loci, vt quisque alteri præponi curet, ne si valde concordēs appareant, negligentes existant, vt refert ipse Bobadilla *lib. 1. Politica cap. 12. num. 32.*

15 Deinde in hoc casu à pluribus dubitatum est, an concessa iurisdictione à Principe in aliquo territorio, prima cognitio causarum concedatur, vt ideo eam inhibere non possit dominis vassallorum, ex Baldo, Martino Laudensi, Ioanne Fabro, Curtio iuniori, Berroio, & aliis pluribus, Antonius Petra *de potest. Principis, cap. 8. num. 56.* ex Socino iuniori, Alciato, Cephalo, & Pancirolo, ipse Antonius Petra *cap. 6. n. 46.* ex Bossio & aliis, Capiblanco *de officio Baronum. pragmat. 8. part. 1. num. 59.* Osvaldus, qui agit in iurisdictione in feudum data ex Menoch. Colero, & aliis in *notat. ad Donellum lib. 17. c. 9. in notat. lit. N.* quamuis in hoc casu quoties populus adquisierat ius eligendi iudices ordinarios consuetudine, aut Regis permissione, non poterit censeri venditum, quod fuerit in præiudicium popularium.

16 Sed tamen cum iuxta legem quam dicimus de *Gualaxara*, domini vassallorum non possunt habere ius appellationis, & quamuis dubitetur de eius obseruantia, iuxta quod tradit D. Couarr. *practicar. cap. 4. num. 6.* Azeuedo in *l. 1. tit. 1. lib. 4. Recop. num. 41.* & de quo videndus Auendaño *de exeq. mand. lib. 1. c. 4. num. 2. vers. & licet.* ex Bonifacio Montaluo, Palacios Rubios, Gregor. Lopezio, & aliis, Bobadilla *d. lib. 2. Politica; cap. 16. num. 77.* & huius rei declarationem, & quid habeant domini vassallorum circa appellationes, ex prædicta lege ad supremum Consilium Castellæ remittit D. Couarr. *vbi proximè*, quod etiam sequutus Auilesius in *cap. 38. Prætorum, vers. ante nos.* In hoc igitur dubio quoties in populo, vbi iurisdictione vendita alicui ex Magistratum electione, quam Populus habet, obtinuerit primam cognitionem causarum, apparet, cum hæc domini populi non sit, & an habeat instantiam appellationis, valde controuersum videtur hæc iurisdictione, quæ domino populi donata, aut vendita imaginaria ficta, & sine effectu, vt notauit D. Couar. *d. cap. 4. n. 6. ad fin. ibi, alioquin esset profectio iurisdictione penes ipsum absque usu, præsertim libero.* In hoc igitur dubitationis conflictu, an iurisdictione vendita, aut quid concessum dicatur venditione territorij, aut eius iurisdictionis, si hæc primæ instantiæ iurisdictione vendatur ipsi dominis locorum, valde conueniens erit,

erit, & cessabit controuersia, & dubium de venditione, & an iniuste hæc iurisdictione dominis denegetur.

17 Dubia enim tollere ad Gubernantis officium spectat, iuxta quod dixit Cicero *lib. 1. de officiis*, ibi, *Quocirca bene precipiunt, qui vetant quidquam agere quod dubites equum sit, an iniquum; equitas enim lucet ipsa per se, dubitatio autem cognitionem significat iniuria.* Et promptior vassallus ad seruitium Principis addicitur certus de iure suo, & iurisdictione quam habet, quam dubius, ex eiusdem Ciceronis sententia *lib. 5. epist. 21.* ibi, *Animus dubiis rebus est infirmior.* & melius dixit Apostolus D. Iacob. *in sua Epistola Catholica, in principio*, eis verbis. *Qui enim basit, similis est fluctus maris, qui à vento mouetur, & circumfertur. & paulo infra, vir duplex animo inconstans.*

18 Deinde aliud etiam quod pertinet ad bonum publicum inde proueniet, quia lites sine longiore mora poterunt terminari, exclusa vna instantia, nam semper domini locorum, vbi non habent primam instantiam, volunt de appellatione cognoscere, vt conferuent illud ius appellationis quod intendunt sibi competere, & inde causam aduocant Iudicibus ordinariis, & cum ad Cancellariam causæ deferuntur, duæ sententiæ necessariæ, quia nulla declaratur ob defectum iurisdictionis domini locorum sententia in instantia appellationis, istaque excluderetur, si illi ordinariam iurisdictionem exercebant, quia nunquam admitti potest, vt à iudice qui nomine domini indicauerit, ad ipsum dominum appelletur, ex *reg. textus in l. 1. §. ab eo ff. quis & à quo appelletur.* quod probatur à pluribus relatis à Couar. *practic. capit. 4. numer. 8.* & expressè declarat in locis dominorum Hispaniæ Aniles *d. capit. 38 Prætor. gloss. 1. ad finem.* & in Italiæ locis, ex Natta, Curtio iuniori, Bruno, & aliis pluribus Anton. Petra *de potestate Principis capit. 8. numer. 66.* & ex Marino Freccia, Tapia, Ponte, Barbofa, & aliis, Capiblanco *d. prag. 8. p. 1. n. 180.*

19 Vnde quod omnibus Authoribus Politicis & legalibus in curia fecit lites breuiter terminari, & eorum dilationes amputari, vt deinde proueniat dispositio, *l. ultima, & titulus C. vt intra certum tempus crim. quæst. term. capit. finem litibus, de dolo & contumacia*, vbi notant omnes, Aneas Robertus *lib. 2. rerum iudicatarum. capit. 16.* D. Salgado *de Regia protectione 1. p. capit. 1.* Osvaldus ad Donellum *lib. 26. Comment. c. 1. in notatis lit. N. Calliodor. lib. 1. variarum, epistol. 5.* Matth. Tymp. *in speculo Magistrat. 2. p. signo 12.* Ioannes Chokier *in Theatro Politico lib. 2. cap. 4.* Lang. *lib. 11. semestrium, cap. 2.* Ioannes Barclaius *lib. 3. Argenis.*

20 Denique prædictum procedit quoties populi, aut eius iudices ordinarij vterentur hac iurisdictione ex permissione solum precaria, tolerantia Principis, aliàs enim si populi expressum priuilegium de ea iurisdictione à Principe haberent, donatione, vel venditione, dubitari posset, an illam dominis locorum vendere valeret, quamuis in hoc casu sunt, qui existiment adhuc accumulatiuè, & ad præuentionem posse vèdi iurisdictionem dominis locorum, quia nunquam Princeps vendit iurisdictionem priuatiuè, sed accumulatiuè, cum eo arg. *l. quoties, §. vltim ff. de adm. tutor. l. fin. C. de iurisdictione omnium iudicum. l. 1. C. de officio Præf. urbis, capit. super hoc, de hæreticis lib. 6. capit. irrefragabili, de officio ordinarij. capit. caterum, de iudiciis.* Ludouicus Romanus *cons. 393. numer. 2. cum seqq.* Ancharranus *cons. 264.* Decius *cons. 3.* quæ est communis opinio, vt probat Iason *in l. quod in rerum 24. §. fin. ff. de legat. 1.* ex Panormitano, Felino, Angelo Matthæo de Afflicis, Mynsingero, Ferreto, Rolando à Valle & aliis, Sixtinus *de Regalibus lib. 1. cap. 5. num. 55.* & ex *capit. dudum, de præbendis in 6. Grammat. & aliis,*

Anton. Petra *de potestate Principis, capit. 8. numer. 56.* ex Menochio, Bocero, Trentacinq. Colerio & aliis, Osvaldus ad Donellum *lib. 17. capit. 9. in notatis lit. N.* qui tradit id procedere, etiam si ex titulo oneroso, videlicet ex venditione aliquis haberet iurisdictionem nam tunc dicitur dari à Principe per communicationem, non per abdicationem. Et quamuis vendita sit in aliquo loco, aut ille exemptus sit à iurisdictione ciuitatis, poterit Rex, si velit, correctores prouidere, D. Couar. *d. c. 4. n. 5. vers. do tamen.*

In hoc autem casu rectè decreuit Rex noster ne iurisdictionum exercitium turbaretur, vt in locis dominis vassallorum primo loci iurisdictione ista precaria venderetur ipsis locis, qui eam exercebant, si populi eam non emerent, venditio fieret ipsis dominis locorum, qui vniuersalem iurisdictionem territorij habebant.



ALLEGATIO LXXI.

Fiscus quomodo possit infirmare rem iudicatam?

- 1 *Res iudicata finem imponit controuersie, vt de ea amplius agi non possit.*
l. 4. tit. 24. p. 3.
l. 25. tit. 23. p. 3.
l. 3. & 4. tit. 17. lib. 4. Recopil.
l. 2. tit. 19. lib. 4. Recopil.
l. 2. ff. de re iudic.
l. vlt. C. ne liceat tertio prouocare.
l. si quis aduersus, C. de precip. Imp. offer.
- 2 *Res iudicata prætextu nouorum instrumentorum, vel restium, regulariter non retrahatur.*
l. sub specie, C. de re iudicata.
Fiscus rescindit rem iudicatam ex nouis instrumentis.
l. vnica, C. de sentent. aduersus fiscum.
l. Imperatori ff. de re iudicata.
l. 9. tit. 22. p. 3.
- 3 *Reges non possunt per se defendere iura sua, sed per officiales.*
l. ex contractu ff. de re iudicata.
l. si feruus plurium, §. 1. & 2. ff. de legat. 1.
- 4 *Sententia in causa fiscali est nulla, nisi presente fiscali detur.*
l. non intelligitur 3. §. Diuus §. de iure fisci.
l. fin. C. de aduoc. diuersi iudic.
l. fin. C. si aduers. fisci.
- 5 *Sententia lata contra fiscum ex dolo fiscali, non nocet.*
l. 1. & vlt. C. si aduersus fiscum.
l. 1. C. de sent. aduers. fisci. latis.
l. venales, C. quando prouocare non est necesse.
- 6 *Sententia lata contra fiscum ex falsis instrumentis, ex restitutione in integrum rescindenda.*
l. si Prætor §. Marcellus ff. de iudiciis.
l. Diuus ff. de re iudic. & n. 7.
l. qui agnitis ff. de exception.
- 7 *Restitutio in integrum quando impediatur executionem rei iudicata.*
l. 1. C. si ex falsis instrum.
l. si fundus, §. si plures ff. de pignoris.
l. si me & Titium ff. si cert. petatur.
- 8 *Fisco competit beneficium restitutionis.*
l. res publica C. ex quibus caus. maior.
l. rempublicam, C. de iure rei publicæ, lib. 10.
l. 10. tit. 19. p. 6.

- l. 1. C. ne liceat tertio pronocare.
 9 l. 2. C. de falsis.
 10 Exceptio qua requirit altiore indaginem, non impedit executionem rei iudicate.
 11 Restitutio quando admittitur aduersus executionem rei iudicata, procedit etiam si executio iam facta.
 12 Exceptiones modificatiue admittuntur aduersus rem iudicatam.
 l. Nesennius, §. fin. ff. de re iudicata.
 l. si autem, §. fin. ff. de negot. gestis.

De re iudicata aduersus fiscum lata, quomodo possit infirmari, vel minui condemnatio?



TIAMSI ex legibus nostris de re iudicata amplius discuti & tractari non liceat. l. 4. tit. 24. l. 25. tit. 23. p. 3. l. 3. & 4. tit. 17. l. 2. tit. 19. lib. 4. Receptil. & noua pragmatica anni 1615. id magis adstringit, & de iure communi re iudicata litibus finem imponi, traditur l. 2. ff. de re iudicata, & semel tantum licitum est à sententia supplicationem proponere. l. ult. C. ne liceat tertio pronocare, l. si quis aduersus, C. de precip. Imp. offend. & ut tradit Cassiodorus lib. 1. var. epist. 5. in immensum trahi non debent finita litigia, que enim dabitur discordantibus pax, si nec legitimis sententiis acquiescant; pertinet enim hoc ad Reipublicæ statum & utilitatem. Et ideo Cicero Verrina 4. inuehitur in Verrem quod de re iudicata iudicauerit, & lib. 3. de legibus, eos ex genere dixit esse Titanum, qui, ut illi cœlestibus, ita isti, qui aduersantur rebus iudicatis, ut ego notauit in decisionibus Granatensibus disp. 39. n. 3. Tamen rectè aduersus illam in iure aliqua remedia admissa sunt, ex quibus manente autoritate rei iudicatæ, potest iuri partium succurri maximè in fisco.

- 2 Primò, nam quamuis aliàs sub prætextu nouorum instrumentorum, vel testium, res iudicata non solet retractari, ut in l. sub specie, C. de re iudicata; sed hoc limitatur fauore fisci, nam quando in eius causis reperiuntur noua instrumenta, de quibus in primo iudicio cognitum non fuit, non obstat fisco res iudicata l. unica. C. de sent. aduersus fisco. latis retractandis, l. Imperatori. ff. de re iudicat. l. 19. tit. 2. part. 3. vbi Gregor. Lopez notauit, & ex Bart. & aliis probat Peregr. de iure fisci lib. 7. tit. 4. n. 3.
- 3 Quod priuilegium fiscale maximè iuris rationi congruit, nam cum Reges suas causas non possunt litigare, nec ab eis aliquid de re cognoscitur, sed totum suis ministris & officialibus committitur, & quæcunque lites à fisci patronis eorum arbitrio prosequuntur, & ita regali patrimonio ex aliorum facto, vel minus plena diligentia præiudicium fiat; ideo ex regula ut sententia contra vnum lata possit alij præiudicare, ut in iure admittatur, debet rectè & plenè defensio fieri, aliàs alter ad iudicium admittendus, arg. l. ex contractu. ff. de re iudicata. l. si seruus plurium. §. 1. & 2. ff. de legat. 1. ibi, vel minus plenè causam defendit. quibus addenda quæ ex Oldrado, Menochio, Gutertio, Burgo de Pace, Afflicto & aliis pluribus notauit Mieres de maiorat. 4. p. 9. 10. n. 29. cum seqq. vsque ad num. 37.
- 4 Secundo huic consequens est, ut quando fisci patronus præsens non est iudicio fiscali, quando acta litis referuntur, vel sententia fertur, quasi causa non re cte defensio sit, ipso iure sententia nulla l. non intelligitur 3.

§. Diuus. l. si fisco. ff. de iure fisci l. fin. C. de aduocatis diuersi. iudicium. l. fin. C. si aduersus fisco. ex quibus probauit Peregr. de iure fisci lib. 7. tit. 2. numer. 2. & titulo 4. num. 2.

Tertio ex eo multò magis, si dolo fisci patroni & collusionem, sententia contra fisco lata sit, eam rescindendam esse constat, quia dolo Procuratoris fisco non nocet; sicut nec prodest. l. 1. & ult. C. si aduersus fisco. quin & ex eo sententia rescinditur, quando dolo Procuratoris lata sit. l. 1. C. de sententiis adu. fisco. latis retract. quamuis ex dolo Procuratoris inter priuatos lata sententia ipso iure teneat: sed in hoc speciale priuilegium fisci consideratur, ut notauit D. Alfar. de officio fiscalis gl. 34. num. 237. facit l. cum non insto. ff. de collus. detegenda. ibi, Perinde inefficax est decretum, atque si nulla res iudicata interuenisset, Ioannes Garcia de nobilitate, gloss. 40. numer. 9. Orolora eodem tract. 2. p. 3. capit. 8. à numer. 7. vsque 11. Rota in nouiss. 3. part. decis. 898. Tiber. Decian. vol. 1. responsio 111. numer. 110. & meritò, quia si causa non plenè defensio, etiam si re iudicata finita videatur, potest iterum instaurari: multò magis poterit, quando ex dolo Procuratoris non solum causa plenè non defensio, sed interuertitur, & fraudatur defensio, & similiter in iudice corrupto procedit, ut ex l. venales. C. quando pronocare non est necesse. & l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. ex Bart. & aliis probauit Peregr. de iure fisci lib. 7. c. 4. n. 5. & 6.

Quarto inde etiam prouenit, ut ex falsis instrumentis lata sententia contra fisco prætextu falsorum testium, vel instrumentorum est nulla ipso iure, vel saltem ope restitutionis in integrum retractanda, ut ex l. si Prator. §. Marcellus ff. de iudiciis. l. Diuus, vbi late Alex. ff. de re iudicat. l. qui agnitis, vbi plenissime Socinus. ff. de exceptionibus. Panormit. & Canonistæ in cap. cum venerabilem, eodem, probauit Peregrinus de iure fisci lib. 7. tit. 4. n. 10.

Hæc enim exceptio opponi potest ad impediendam executionem rei iudicatæ. d. l. Diuus ff. de re iudicata. l. 1. & roto titulo, C. si ex falsis instrumentis; & redditur ratio, ibi, quia nondum de falso quæsitum est, & ratio prouenit ex æquitate & iuris regulis, quia iniquum est, ut quod iniquè obtentum ad executionem, in eo procedatur: ut in simili casu, quando res iudicata non rectè probata fuit, tradit Iuriconsultus in l. si fundus. §. si plures. ff. de pignoribus, ibi, sed humanis est non amplius eum, quam quod reuera debebat, dando hypothecam liberare, & saltem officio iudicis res debet ad æquitatem reduci, & eo implorato impediatur executio, ut tradit Angelus in l. fin. ff. de petitione hereditatis, quod est singulare secundum Claudium de Seifel in l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de verb. obligat. & per alios quos refert & sequitur Cæsar Contardus in l. unica. C. si de momentanea possessio. limit. 9. numero 11. 12. & 13. nam in hoc casu militat æquitas. l. si me & Titium. ff. si cert. petatur, ut nemo locupletetur cum aliena iactura, ut post Baldum & alios tradit Contardus vbi proximè, num. 52.

Quinto ex beneficio restitutionis quod fisco competit. l. Respublica, vbi glossa, C. ex quibus caus. maiores. l. Rempublicam. C. de iure Reipublic. lib. 10. l. 10. tit. 19. p. 6. ex Boher. Platea, Peregrino, & aliis, D. Alfar. de officio fiscal. gloss. 16. privileg. 56. potest retardari executio rei iudicatæ, ut tenuit Salicet. in l. 1. in fine. C. ne liceat tertio pronocare, & probauit Cardinalis in Clement. 1. de re iudicata, & veriore opinionem dixit Miles in Repertorio, vers. executio trium. Menoch. de arbitrariis, lib. 2. cap. 9. n. 3. Capella Tolosana. Ripa, Octavianus, & alij quos refert Lancellotus in tract. de attentatis 2. p. c. 18. à n. 88. vbi n. 99. concludit hanc esse veriore & magis communem opinionem.

Nec

- 9 Nec contra obstabit quod virtute restitutionis non debet retardari executio sententiae, ex Bald. in l. unica. C. ne liceat tertio provocare. Couat. in practico, capit. 25. numero 7. Thesaur. decis. Pedemontana 132. numero 4. pro qua adducitur textus in l. 2. C. de falsis, in qua probatur non obstante exceptione falsi, quae opponebatur, sententiam esse exequendam. Bart. in l. 4. §. condemnatum, numero 3. ff. de re iudic. & in l. si Prator. §. Marcellus. ff. de iudiciis. Boërius decis. 65. numero 7. & alios refert Ioseph. Ludou. decis. Lucensi 24. num. 1. nam contraria sententia, vt ex restitutione impediatur executio, longè verius est, vt supra notauimus.
- 10 Nec aliquid mouebit dicta lex 2. nam opinio illorum qui contra tenuerunt, procedit, quando statim non constat de eo quod per restitutionem opponitur, & requirit altiore indaginem, vt constat ex Boërio, qui plures refert d. decis. 65. numero 7. ait verò si statim constat de eo quod restitutione petitur, etiam aduersus tres sententias conformes, opponi potest, ex doctrina Saliceti, & Lanceloti, quos supra retulimus, & de eo exactissimè disputat Ioannes Garcia de nobilitate, gloss. 6. §. 2. numero 17. cum sequent. quem refert D. Salgado de regia protectione 4. part. capit. 7. num. 38.
- 11 Et quamuis ex Baldi sententia & aliorum tenuerit Mastrillus decis. 30. numero fin. id non procedere quando res iudicata exequi coepit; tamen verius est non sufficere peritum exequi sententiam; sed necessarium esse peruentum ad actum, hoc est, ad realem executionem nam si aliud admittetur, nunquam restitutio admitti posset per viam exceptionis, quod omnino falsum est, nam petita, seu coepta executione sententiae, rectè procedit exceptio restitutionis ad impediendam eius executionem, vt post alios tradit Lancelotus de attentatis 2. part. capit. 18. numero 117. & post Beroium, Sfortiam Oddum, Lancelotum & Beuincendum probauit Hondedeus cons. 18. numero 92. quod in fisco procedit, nisi aliter lege, vel statuto caueatur.
- 12 Sexto regulariter aduersus rem iudicatam in fisco & quocumque priuato, opponi potest exceptio quae directè, vel in totum non destruit rem iudicatam, sed eam modificat, limitat & restringit, quia tunc talis exceptio debet admitti, licet fuerit iudicatum, argum. l. Nefennius. §. fin. de re iudic. l. si autem. §. fin. ff. de negot. gestis. Bart. in l. si filius. ff. quod cum eo. Iason in l. 1. ff. de iuris & facti ignorantia numero 18. & post eos Padilla ibidem numero 39. Boërius plures referens eiusdem sententiae, decis. 43. numero 1. & 5. Alex. & alij, quos refert, & sequitur Auendafius in l. 4. & 5. tit. de las exceptiones numero 28. vers. licet ista opinio. & post alios Parlador. lib. 2. rer. quotid. capit. fin. §. part. §. 11. numero 25. & latè Barbola in l. maritum numero 49. & 53. ff. solut. matrimonio. nam istae exceptiones, salua autoritate rei iudicatae solum executionem temperant, aut modificant, opponunturque ad consequendum quod nec expressè, nec tacitè in sententia denegatum fuit, & ideo rectè obici possunt quod ex Bartolo, Saliceto, Felino, Menochio, Rebuffo, Marchesano, Bobadilla, Scaccia, Roderico, Benedicto, Baldo, probauit D. Salgado dict. 4. part. capit. 7. numero 39. & 40. vnde quoties fiscus aduersus rem iudicatam similes opposuerit exceptiones, admittendas esse certum est.



ALLEGATIO LXXII.

Ad Tabelliones reddituum regalium, qui in ciuitatibus creati, non pertinet conficere acta executorum supremi Senatus regalis Patrimonij.

- 1 Connexorum eadem debet esse ratio.
l. si quis. §. rationem, C. de edendo.
l. sed si plures 10. §. 1. ff. de vulgari.
l. si cognati 21. C. de negot. gestis.
l. tutor 11. C. arbitr. tutel.
l. tutor. 37. §. 1. ff. de admin. tutor.
l. si quis separatim. §. sed cum secundo, ff. de appellat.
l. cum actum 17. §. 1. ff. de negot. gestis, & n. 9.
- 2 Tutela iudicium connexum quod dicitur?
l. ita autem, §. si tutor ff. de admin. tutor.
Connexa iudicia faciunt vt plures, licet sint diuersi fori, cogantur coram eodem iudice litigare.
l. 1. ff. de quibus rebus apud eundem iudicem.
- 3 Executiones reddituum regalium, an connexa administrationi.
- 4 Executio qua petitur pro vestigialibus ab eorum conductoribus, nomine Regis petitur.
- 5 Pertinens, vel connexum qui allegat, debet expressè probare.
cap. accessorium, de regul. iuris in 6.
- 6 Accessoria, vel connexa non dicuntur qua ex diuersis causis proueniunt.
l. Aurelius, §. idemque sit ff. de liber. legat.
- 7 Cogitatum quod non fuit, concessione non comprehenditur.
l. nec ignorans, C. de donat.
l. cum Aquiliana §. ff. de transact.
l. qui cum tutoribus 9. §. 1. ff. de transact.
- 8 Iniurias non fecit qui consuetum exequitur.
l. iubemus, C. de testament.
- 9 Connexum dicitur quod est separabile, nec potest esse de per se.
l. pradiis 89. §. balneas. ff. de leg. 3. & num. 16.
l. qua religiosis 44. ff. de rei vindicatione.
l. si tutorem 38. ff. de admin. tutor.
- 10 Connexum non dicitur quod occasione alterius rei productum.
Aliud est esse ex aliquo, aliud eius occasione.
l. unica, C. si seruis se extero.
- 11 Connexum non dicitur quod alteri coniungitur, nisi fiat per viam unionis accessoriae.
- 12 Dignus non debet cedere, & cohaeres censi minus digno.
l. iustissimè 44. in principio, ff. de adilitio edito, §. si quis in aliena tabula, Instit. de rer. diuis. cap. extirpanda. §. qui verò, de prabendis.
- 13 Dignus trahit ad se minus dignum.
capit. quod in dybiis, de consecratione Ecclesiae, vel altar.
l. qua religiosis, ff. de rei vindicatione, §. fideiussores. Instit. de fideiussor.
l. et si non sint 21. §. perueniamus, ff. de auro, & argento legato.
§. si tamen alienam, Instit. de rer. diuis.
- 14 l. rerum mixtura, §. quid ergo. ff. de usucap.
- 15 Qualitates diuersae faciunt rem non esse connexam.
- 16 Pertinere vt aliquid ad aliud dicatur, debet ad illud

illud contractu, lege, vel consuetudine desti-
nare.

l. cum fundus. ff. de leg. 2.

l. prædys, §. si quis domum, & §. Titia Seiana, ff. de leg. 3.

l. qui fundum 7. §. si fundum Cornelianum, ff. pro tempore.

17 *l. verbum pertinere 181. ff. de verb. signific.*

18 *Index delegatus potest eligere Tabellionem coram quo acta conficiat.*

Auth. de Iudicibus, §. unoquoque, collat.

19 *Notarius deputatus ut conficiat acta coram aliquo iudice, debet conficere coram delegato, si index causam deleget.*

20 *Delegantis & delegati vna & eadem iurisdictio censetur.*

21 *Delegatione facta iudici ordinario quo eius iurisdictio excitatur, possunt acta confici coram Notario iudicis ordinarij.*

cap. licet, de officio ordinarij.

c. statutum, §. Notarium, de rescriptis lib. 6.

22 *Respublica turbatur si officiorum exercitia extendantur.*

23 *Tabellionis officij qualitates, & qui de eo egerunt.*

l. non aliter 17. ff. de adoptionibus.

l. 2. C. eodem.

l. uniuersos, C. de decurion. lib. 10.

Authem. de Tabellionibus, collat. 4.

l. 2. & tit. C. de tabularijs, lib. 10.

l. 17. in fine, tit. 2. part. 3.

l. 7. in fine, tit. 11. p. 3.

Vendito officio Tabellionatus, reddituum regalium alicuius ciuitatis, quem dicimus Escriuano de rentas, an possit Tabellio petere ut executiones, quæ fierent post conductionem reddituum regalium, aut si aliqui executores à Consilio supremo regij Patrimonij mitterentur ad aliquam exactionem, necessariò coram eo acta iudicialia fiant, non coram alijs Tabellionibus eius loci.



N hac quæstione, quæ multoties his diebus occurrit ex venditione officiorum, quia noui Tabelliones in qualibet ciuitate creati reddituum regalium, & cum venditio, vel concessio huius muneris Tabellionis respiciat ut coram eo fiant acta quæ ad regions redditus pertinent, & fuerint annexa & accessoria, & ad illud munus pertinentia, vnde his qualitatibus comprehendendi illud, quod prædiximus, intenderunt, nam connexorum eadem debeat esse ratio. *l. si quis, §. rationem, C. de edendo.* & vniformis debet esse dispositio *l. sed si plures 10. §. 1. de vulgari. l. si cognati 21. C. de negot. gestis. ibi, Si vtriusque temporis administratio non connexa, sed separata sit. l. tutor 11. C. arbitrium tutela. ibi, Si in administratione connexa perseveret. l. tutor 37. §. 1. ff. de administrat. tutor. ibi, Quæ connexam rationem cum his, quæ postea gesta sunt, habuerunt, l. si quis separatim, §. sed cum secundo. ff. de appellat. l. eum actum 17. §. 1. ff. de negot. gestis. ibi, Planè si quid connexum fuit, ut separari*

ratio eius quod in seruitute gestum est, ab eo quod in libertate gessit, non possit, constat venire in iudicium.

Et connexum iudicium tutelæ dicitur in *l. ita autem 5. §. si tutor. ff. de administr. tutor.* illud quo comprehendendi possunt omnia quæ ad tutelam pertinent, quamuis post tutelæ ætatem intenderetur, & ideo in causis connexis plures, licet sint diuersi fori, coguntur apud eundem iudicem litigare, *l. 1. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur, & quæ connexa dispositione comprehendendi, notarunt Bart. & Doctores in l. si sita legatum. ff. de auro & arg. legato. Alex. lib. 6. conf. 75. num. 6. Marian. Socin. consil. 99. num. 2. vol. 3. Zephal. consil. 288. numer. 42. Surd. consil. 127. numer. 46. Tufchus practic. lit. C. conclus. 308. num. 8. cum Hippolyto, Marco Antonio, Costa, Otero, Gratiano, Nouario, D. Castillo, & alijs, Velasco axiomat. iuris lit. C. numer. 124. & late probauit D. Salgado, videndus de regia protect. 4. p. cap. 10. n. 89. cum seq. vsque num. 132.*

Ex quo cum id quod est executiones fieri circa reddituum regalium exactionem, videtur pertinere ad administrationem, cuius cura iniuncta est, & delegata huic muneri Tabellionum: ideo illi eis competere assererebant, etiam si vectigalia à publicanis conducta forent, & simul eadem ratione, si qui executores mitterentur à supremis Senatibus regalis Patrimonij, & calculationum acta similiter coram eis fiant, nam videntur hi Tabelliones, qui pro redditibus regalibus, & eorum exactione, creati sunt, ab ipsis Senatibus, quibus administratio & exactio eorum commissa, pendere.

Verumtamen etsi in Senatu pluries regale rescriptum peteretur, ut omnia prædicta coram Tabellionibus reddituum regalium expedirentur, in eoque ego consenserim ad eos pertinere executiones, quæ fierent ex conductionibus quæ coram eis factæ, vectigalium, quasi hæ connexæ sint, & dependant ad instrumentis quæ in eorum officiis confecta, & custodiuntur, siue conductionis, vel capitationis, quæ inducitur cuique, qui debet soluere vectigal, & ad meliorem expeditionem exactionis reddituum regalium id pertineat, nec in eo subditi grauentur, nam cum semper nomine Regis executiones pro reddituum regalium exactione petantur, & actor qui executionem petierit, potest eligere Notarium, vel Tabellionem, coram quo expediat, tamen in eo, quod pertinet, si aliqui executores mitterentur à supremo Senatu, debeant necessariò coram his Tabellionibus acta iudicialia expedire, nunquam probauit, sed eis denegandum intendi, quasi non sit concessum, nec conueniat optimæ administrationi regalis Patrimonij, & eius exactio congruè expediat, idque suadent sequentia fundamenta.

Primo, nam qui allegat comprehendendi aliquid sub pertinentiis ei concessis, debet expressè probare, ut tradit Innocentius *num. 1. Abbas Panormitanus n. 11. & reliqui Canonistæ communiter, in capis. cum ad sedem, de restitutione spoliar. Gratian. discept. forens. capis. 657. numer. 22. Oliuer, Beltramin. in annotat. ad domin. Alexand. Ludouif. decis. 478. numer. 6. & qui intendit aliquid esse connexum, & alicui ministerio coniunctum; debet apertè de eo docere, & expressè probare. glossa recepta verb. Ecclesia. in Clement. per litteras, de præbend. Alex. conf. 169. Viso themate, numer. 9. liber. 5. vbi subiungit requiri aliquos actus fieri, per quos appareat, ut vna pars adiciatur alteri, Petr. de Anchar. consil. 114. Pro impetrante, vers. secundo casu, col. 1. & in cap. accessorium, numer. 1. in fine, de regulis iuris, in 6. Fuluius Pacianus de probat. lib. 1. capis. 27. numer. 8. Mieres de maiorat. 1. p. q. 10. numer. 145. Rota penes Farinac. decis. 233. numer. 5. in nouiss. 1. p. & cum ex titulo muneris Tabellionis non probetur, id ad illud pertinere, nec*

nec Tabellio exhibeat concessionem, aut priuilegium huius rei, nec usum, vel consuetudinem allegare possit, quia hæc officia nouiter instituta fuerunt, merito illi denegandum.

6 Secundo, nam quoties ex diuersis causis res proneniunt, non potest dici eas connexas, & accessorias, iuxta doctrinam Bart. in l. Aurelius. §. idem quaesit, num. 3. ibi, Quia diuersa capitula sunt plura diuersis temporibus facta, ff. de liberatione legata. Felinus in cap. translata, num. 6. de constit. vbi inquit. Nota secundum Baldum hic, quod propter simultaneam originem in unam naturam species diuersae annectuntur, quando est eadem origo in causa efficiendi. Ad hoc ergo, ut aliqua sint connexa, non sufficit, quod eodem tempore sint facta, nisi simul fiant. Adde Pacianum d. lib. 1. cap. 28. num. 4. & 11. cum seq.

7 Præsertim, quia nullo modo cogitari potuit, ut iudices, vel executores, qui à Senatu supremi Patrimonij eliguntur, & mitti solent, ut antiquas summas & inueteratas, quæ debentur regali Patrimonio, exigere possent, tenerentur coram Tabellionibus reddituum acta sua iudicialia necessariò conficere, vel exactiorem debiti coram eis expedire, quippe semper vel Senatus mittit Tabellionem cum Iudice executore, vel eius arbitrio eligendum reliquit, ut facilius negotium expedire valeret, id de quo cogitatum, comprehendere non potest concessione, vel priuilegio Tabellionis. l. nec ignorans. ibi, intelligis de quo non cogitasti, neque specialiter subscripsisti, nihil te perdidisse. C. de donat. vbi tradit Bart. neminem videri donare id de quo non cogitauit. l. cum Aquiliana §. l. qui cum tutorib. 9. §. 1. ff. de transact. optimè Menoch. conf. 1. n. 212. cum seqq. Olfacus decis. Pedemont. 91. num. 1. Mantica de tacitis & ambig. conuent. lib. 13. tit. 6. n. 1. & tit. 7. num. 1. Ioann. Gutier. de iurament. confirmat. 1. p. cap. 61. num. 21.

8 Alias enim si id permetteretur Tabellionibus, simul illi possent intendere, nec Senatus supremus regalis Patrimonij mitteret Tabellionem, coram quo acta iudicialia expedirentur, si cuiusque loci Tabellionibus reddituum Regalium id concessum esset, nam vltra quam de hoc nullo modo cogitatum est, ut prædiximus, Iudices executores, qui antiquam obseruationem Senatus regij Patrimonij, sequentes, ut facilius res expediretur, cum Tabellione nominato à Senatu acta fecerint, vel ipsi elegerint, nihil lædere videntur Iuris aliorum, qui id eis competere priuilegio non ostendunt, arg. l. subemus 29. vers. quid enim. C. de testamentis. ibi, Quid enim peccauit antiquitas, qua presentis legis infamia pristinam sequuta est obseruationem. addendus Accurs. in l. fin. per textum ibi, ff. de regula Catoniana, eis verbis; sed certe nec Vlpianus, nec Cato cogitauerunt de Theodosio, vel Iustiniano. & conducent tradita à Couarr. practic. cap. 1. num. 20. ut solum ad consueta officiorum concessio extendatur, & notarunt Matth. de Afflictis lib. 3. constitut. Neapolitanarum, rub. 4. num. 10. Pelaez de Miercz de maior. 2. p. q. 10. n. 144. Cabedo 2. p. decis. 22. per tot. maximè num. 4. vbi non extendi concessionem ad illud quod expressum non est, ex Ilernia, Boerio, & aliis comprobatur.

9 Tertio, quia illud dicitur connexum, quod est inseparabile, nec potest esse de per se, nec vllam propriam rationem habet. l. prædys 89. §. balneas. ff. de legat. 3. l. qua Religiosis 44. ff. de rei vindicat. quas in proposito aduertit Bald. in dict. cap. translato, num. 3. vers. opponitur quod casus. ibi, non dicitur omnium quod est expressè inseparabile annexum. Melior textus in l. tutorem 38. ibi, Si posterior actus priori cohæreat, neque diuisus propriam rationem habeat, ff. de administratione. & latius ad hoc expendit Pacian. dict.

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fiscal. Pars 11.

cap. 28. n. 43. bonis text. in l. cum actum 18. §. plane si quid connexum. ff. de negot. gest. quem ad idem laudat Menoch. de arbitr. lib. 2. cont. 1. casu 95. n. 5.

Maximè, quia Tabellionum officia de redditibus Regalibus, in quacunque vrbe, solum ad ea quæ à Prætoribus eiusdem vrbis quasi meris executoribus vectigalium expediti debent, creata fuerunt, & cum aded separatum sit quod à Senatu supremo expediretur, non potest dici ei officio cohærens, cum etiam quod occasione alicuius rei productum & inuentum, non inde censetur eidem rei annexum, ut cum Ioann. de Imol. conf. 240. sub num. 5. tradit Pacian. d. cap. 28. numer. 35. quia aliud est esse ex aliquo, aliud verò esse eius occasione. Bald. in l. fori tui, in principio, C. de Advocatis diuers. indicum. facit textus in l. vnica. ibi, Quia non id agitur ut ex ipso mandato, sed propter mandatum ex alio contractu nascatur Actio. C. si seruus se extero cui mandauerit. iunctis quæ Salicet. notauit ad eum textum.

Sed & quamuis res alteri coniungeretur, si non fiet per viam vnionis accessoria, non potest ei cohærens, vel ab ea dependens, existimari, iuxta illud quod notatunt Bart. in l. si conuenerit 18. §. si nulla, num. 2. & 3. ff. de pignorat. act. idem Bart. in l. vnica. num. 10. C. de Metropoli Berito, lib. 11. quem passim extollunt, & commendant Scribentes variis exemplis; plura referunt Hieron. Gonzalez reg. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 7. num. 119. cum seqq. Pacianus d. lib. 1. cap. 27. num. 1. Garcia de beneficijs 1. 2. p. c. 5. de vnione, n. 12. 18. & 37. Gutier. 4. tom. practic. q. 17. n. 215. Albertus Brunus in tract. de augm. conclusio. 5. num. 9.

Quarto, quia cum dignior sit iurisdicctio quæ prouenit à Senatu, quando delegatur causa exactiōnis eius, quod Regi deberetur executori alicui, vel iudici delegato, non videtur posse admitti, ut ea exactio accedat, vel cedat officio Tabellionum reddituum cuiusque vrbis, nam magis dignum, nisi constet de connexitate, & accessione expressa, non poterit cedere minus digno. l. iustissime 44. in principio, & in versic. ridiculum namque esset tunica fundum accedere, ff. de adilit. edict. §. si quis in aliena tabula, Inst. de rer. diuis. ibi, Ridiculum est enim picturam Apellis, vel Parrhasij in accessionem vilissima tabula cedere. Ludouicus Gomezus ad regul. Cancellar. de expectatiuis, n. 36. vbi testatur de stylo Curie. Rebuff. in praxi beneficijs, tit. de vnionibus, num. 17. & seqq. vbi ex eo tradit Canoniatum Ecclesie Cathedralis non posse vniri Ecclesie Parochiali, sed contra rectè procedet vnio, quia dictus Canoniatu dicitur dignior. capite extirpanda, §. qui verò, de prebend. & dign. Gonçal. d. §. 7. num. 130. & seq.

Et alia etiam ratione speciali, videlicet quod minus dignum nunquam trahit ad se magis dignum, quinimò ex contrario quod dignius est, trahit semper ad se minus dignum. cap. quod in dubijs, de consecr. Ecclesie, vel altaris, l. qua Religiosis, ff. de rei vindicat. facit arg. text. in §. fideiussores. Inst. de fideiusso. ibi, Nam eorum obligatio, accessio est principalis obligationis, nec plus in accessione potest esse, quam in principali re. & tunc solum potest existimari magis dignum accessorie connexum censeri minus digno, quando ei adiungitur ad eius effectum, & ornatum. l. etsi non sint 21. §. perueniamus. ibi, Semper enim cum querimus quid cui accedat, illud expectamus, quod cuius rei ornanda causa adhibeatur. & rursus in finalibus verbis, ibi, Quoniam hoc expectamus quæ res cuius rei ornanda causa fuerit adhibita, non quæ sit pretiosior. ff. de aur. & arg. legat. §. si tamen alienam purpuram. vbi gloss. & DD. Inst. de rerum diuis. Petr. Surd. decis. 241. num. 9. Albert. Brun. de augm. concl. 1. princip. num. 12.

C Ec



14 Et cum nullo modo dici possit quod à Senatu expeditum est, ut iudices executores exactorem facerent aliquorum vectigalium muneris Tabellionum reddituum causa, vel defectu, decretum & factum perinde censeferi non potest ei officio accessorium, quia ea quæ à Tabellione in suo munere expedienda, & quæ à Iudice executore in delegatione Senatus quælibet suam causam separatam habet, ut vna res ex alia non pendeat, ac perinde non possint connexa, & ut alterum alij accedat, indicari, iuxta quod tradit Iurisconsultus in d. §. perueniamus. iuncto Accursio verb. species. & Bartol. ibi numero 2. & quod idem Accursius notauit in d. §. si tamen, verb. pretiosior, eis verbis, si autem neutrum causa alterius apponatur, tunc neutrum alteri cedit, & utrumque possidetur, ut l. rerum mixtura. §. quid ergo. ff. de usufructibus, idque rectè explicarunt Doctores ibi, ut testatur additio Angeli ad glossam Accursij, eis verbis, Dic secundum DD. quod neutrum possidetur communiter sed quodlibet de se se.

15 Et cum diuersa qualitas consideretur in iudicio quod expedire debet delegatus, & executor supremi Senatus, ab eo quod iniunctum, & expediri debet à Tabellione reddituum regalium cuiuscumque vrbis, nullo modo poterit existimari ei delegationis expeditionem, & executionem esse connexam, ex eis quæ notauimus, & quæ à pluribus tradiderunt Nicol. Garcia d. cap. 2. de vnione, num. 38. & seq. Steph. Gratianus disceptat. forens. tom. 1. c. 126. n. 20.

16 Quinque, quia ut aliquid pertinere ad aliquod munus, vel rem dicatur, est necessarium destinatione disponentis legis, statuti, vel consuetudinis congregatum fuisse, ita ut vna res cum principali & concessa existeret, & simul pertineret tempore factæ venditionis in nostro casu, argum. l. cum fundus, ff. de leg. 2. l. pradij, §. balneas, & §. qui domum, & §. Titius Seiana, ff. de leg. 3. Alex. lib. 2. conf. 223. numero 1. Cephalus 2. p. conf. 169. n. 17. Surd. decis. 241. num. 10. alias enim quælibet res suam retinet naturam, & partes separatatas habet. l. qui fundum 7. §. si fundum Cornelianum, ff. pro emptore, & in pluribus quæstionibus expendunt Molina de primogenijs lib. 1. cap. 26. num. 3. Mieres de maiorat. 1. p. q. 10. num. 62. & num. 132. Garcia de expensis cap. 22. n. 4. Iulius Clarus lib. 4. recept. §. feudum q. 88. num. 5. D. Alex. Ludouic. decis. 478. num. 1. Rosenthal de feudis cap. 10. conclus. 43. num. 6. & 18. Tuschus practicar. lit. A. concl. 334. numero 14. cum sequent. & inde cum prædictum exercitium non fuisset destinatum muneri prædicto Tabellionis à Principe, vel Senatu, qui illud vendidit, quia semper post venditionem delegauit executores, & cum eo Tabellionem nominauit, nec ex lege id competat, quia regulariter ad Tabelliones reddituum regalium non pertinet, nec ex consuetudine usurpatum, quia statim quo inducere intenderunt à me obiectum, id non ferendum, nec muneris venditione comprehensum.

17 Vnde excludi debet sententia textus in l. verbum pertinere 181. ff. de verb. signific. qua insinuari videtur, pertinere ad aliquem non solum quod de præsentis competit, sed etiam quod de futuro speratur, quia intelligendum est, ut tradit Accursius, non de iure communi omnino futuro, & quod postea deuenit, & nondum antea competit, sed de iam nato & existenti, & competenti non solum potentialiter, sed actualiter, & de præsentis; quamuis in futurum collatum esse possit, videlicet ea, quæ licet in præsentis non possidentur, tamen ex iure præambulo possideri sperantur, & ita eum textum interpretatus Rebuff. in eius scholijs, vers. certis dicuntur, vnde colligit tribus modis ad nos res pertinere dici, ratione dominij, vel possessionis, vel etiam iuris competentis, & notarunt

Doctores, maximè Castrensis in l. si quis intentione ambigua numero 6. de indic. & Canonistæ in capite inter dilectos, titulo de fide instrument. Alex. lib. 6. consil. 75. n. 7. Marian. Socin. vol. 3. conf. 99. ad finem, plures quos refert Tusch. lit. P. concl. 324. n. 1.

Maximè, quia cum à Senatu non designatur Tabellio iudici executori, poterit ille ex Tabellionibus creatis, quem velit deputare, ut conficiat acta: ut ex cap. quoniam contra falsam, de probationibus, Authent. de iudicibus, §. vnoquoque tamen iudici, collat. 6. ex Abbate, Felino, Decio, Parisiensi, & aliis probauit Boherius decis. 258. numero 11. ex Baldo, & Egidio Bellamena, Tuschus practicar. lit. N. conclus. 70. numero 16. & 17. & adducens Bald. conf. 137. lib. 3. idem Tuschus dict. lit. N. conclus. 101. per totam, & cum Notarius debeat se talem ostendere, nec potest extendere officium ut acta conficiat. Innocentius in cap. veniens, de verb. signific. notarunt omnes Doctores in cap. 1. de fide instrument. Fulgosius conf. 150. Alex. vol. 1. conf. 166. Rolandus à Valle lib. 2. conf. 32. numero 7. Hippolytus de Martilijs conf. 33. col. 2. ex Baldo, Socino, Riminaldo, & aliis, Boherius decis. 36. num. 7. & 8. cum nec in venditione officij Tabellionis reddituum regalium non appareat esse concessum, ut executores, qui à Senatu mittuntur, coram eo necessario acta conficiant, æquum non videtur iudici facultatem adimere, ut ad faciliorem expeditionem exactorem sibi delegatæ Tabellionem eligat.

Nec prædicta turbare poterant quod post Iacobum Butrigarium, & Bald. in l. fin. Cod. ubi & apud quem in integrum restitutio postulat. per text. ibi eos sequutus tenuit Castrensis. num. 3. quod Notarius deputatus, ut conficiat acta coram aliquo iudice, debet similiter conficere, si iudex causam delegauerit, & exemplum proponit in Notario Episcopi, ut faciat acta coram Vicario, cui causa commissa, probauit Boherius dict. decis. 258. in principio. Ex prædictis & Angelo singul. 4. sequitur Gratianus disceptationum tom. 1. capite 157. numero 56. cum seqq. & idem tenuit Marta in compilatione decis. tom. 1. verb. Notarius, cap. 25. & cum in hoc casu delegatio fiat iudici executori circa reddituum regalium exactorem, videtur acta fieri oportere à Tabellione prædictorum reddituum.

Verumtamen adeo prædictum diuersè procedit, ut potius nostram confirmet sententiam, quippe ideo Notarius hoc casu coram delegato potest acta iudicialia conficere, quia cum sit Notarius delegantis, & eadem delegati sit iurisdictio, iuxta vulgata, & satis probant omnes Doctores prædicti, qui eo fundamento ducuntur, merito ab eodem Notario acta fieri oportet, & argumentum euinceret si circa administrationem reddituum regalium, quæ semper fieri solet ab ipsis vrbium Prætoribus aliquid eorum locum tenenti committeretur, ut coram Tabellione reddituum necessario expediendum; quod verò longè diuersè procedit, si non esset eadem iurisdictio ordinaria, nec ab ea procederet delegatio, sed dissimilis, & separata, ut quæ prouenit à Senatu regalis Patrimonij executori data, quia tunc ex prædictorum sententia ad Notarium iudicis ordinarij causa non poterit pertinere.

Imò potius, etiam si ipsi Prætori vrbis aliquid delegatione commissum esset à Senatu regalis Patrimonij; si tamen id pertineret ad ipsius ordinariam iurisdictionem illam excitando, quia tunc non datur noua iurisdictio, sed fulcitur ea, quam iam circa administrationem reddituum Regalium concessa Tabellio eorum & ordinariæ iurisdictio poterit in delegatione acta facere; sin verò aliquid delegaretur à Senatu

Senatu regalis Patrimonij, quod non esset Pratoris iurisdictionis, sed Senatus, tunc ex sententia Doctorum, quos retulimus, non poterit Tabellio ordinariæ iurisdictionis ius habere, vt necessariò coram eo acta iudicialia fiant, vt in terminis prædictorum sententiam declarat, & limitat Gratianus d. cap. 157. num. 58. ibi, *Idem est in causis delegatis Episcopo per Papam, quando sunt excitatiue iurisdictionis, aliàs non, cum in illis delegatus representet Papam, iuxta caput licet. de officio ordinarij; & iterum, numero 59. statuens, vt quando committitur causa appellationis alicui dignitati, non habenti iurisdictionem, vt possit deputare Notarium, non teneatur acta facere coram eo, qui fuit primæ instantiæ, notat eis verbis, aliud si illa committeretur alicui in dignitate constituto, non habenti iurisdictionem, quia tunc posset deputare scribam, & ita procedit text. in capit. statutum, §. Notarium, de rescript. in 6.*

- 22 Ex quibus facile dissoluuntur quæ supra contra obiecta numer. 1. & 2. quia satis probauimus hoc quod intendit Tabellio reddituum Regalium, ad eius officium, velut connexum & accessorium, non posse pertinere, & ita contra eum obtinui in Senatu denegari rescriptum quo id petebat, & nihil magis Reipublice interest, quàm nullum excedere sui muneris exercitium, quia, vt inquit Oforius lib. 1. de Regiis institutionibus. *Omnis Reipublice interitus in munerum perturbatione consistit; dum enim quisque suum negotium non facit, sed alienum officium atque munus usurpat, nihil rectè, nihil ornate fieri potest, sed omnia perturbari & permisceri necesse est.*
- 23 De Tabellionum officio, cuius qualitatis censeatur, quid ad eum pertineat, & quomodo geri oporteat, & qui munere Tabellionum functi fuerunt, videnda l. non aliter 17. ff. de adoption. leg. 2. Cod. eod. vniuersos, Cod. de decurion. lib. 10. leg. 2. & titul. Cod. de tabular. & scribis, eodem lib. Auth. de Tabellionibus colum. 4. leg. 17. in fine tit. 2. leg. 7. in fine tit. 11. parte 3. Oldradus cons. 75. Guid. Papæ decis. 99. Crauetta cons. 103. numero 1. Afflictis de constitut. Neapol. rub. 80. de filijs Presbyter. numero 6. Tapia ad easdem constit. libro. 2. sub rubrica, de officio Notarij, in constitutione, incipienti, Bainulos, numer. 1. Manuel Suarez de Ribera in Thesaur. recept. sentent. lit. N. num. 37. Cenedo in collectan. ad caput. sicut te 8. ne Clerici, vel Monachi, numero 2. D. Conaruu. practicar. capit. 19. numer. 5. Guierrez practic. lib. 1. quest. 137. Fatinac. de falsitate quest. 155. 4. part. numer. 80. Decianus libro 3. criminallium capite 22. num. 24. Camillus Borellus de prasant. Regis Catholici capit. 30. numer. 44. Paschalius de viribus patrie potestatis 2. part. capit. 2. numer. 53. Peregrin. volum. 3. consil. 111. numero 2. Vel à delictis, capit. 24. numero 4. Auendaño in Dictionario, verb. Caballero. Gregor Lopez in leg. 1. tit. 19. part. 2. plura congerunt Bobadilla lib. 3. capite 14. num. 40. Narbona ad tertiam partem Recopil. ad leg. 53. tit. 25. lib. 4. glossa vnica numero 1. Tusch. pract. lit. N. concl. 69. vsque 104. & addendus Zauius, qui in tractatu legum antiquarum, leges tabellarias refert Gallianam, Porcinam, Cassiam, & Papiriam, de quibus in 1. tom. tractatum Doctorum pag. 257. & Pater Stephan. Menoch. Instit. æconomica, libro 1. capit. 14. adde D. Solorzanum tom. 2. de Indiar. gubernatio. lib. 1. capite 28. numero 37. & libro 3. capite 8. num. 64. cum seqq. & capit. 24. num. 72. & libr. 4. cap. 10. num. 22.

Bapt. Larrea Alleg. Fiscal. Pars II.



ALLEGATIO LXXIII.

Confirmatio donationis à Principe facta non extenditur, nisi ad quod verè donatum.

- 1 Confirmatio ius tribuit, & confirmans de nouo dare videtur.
cap. 1. de transaction.
Confirmans quod est imperfectum perficit.
- 2 Sciens consentire videtur.
- 3 Confirmatio ad titulum primaum referenda.
c. olim, de verb. signific.
l. asse toto, ff. de hered. instit.
l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstr.
l. ait Prator, §. si index, ff. de re iudicat.
- 4 Confirmatio nihil de nouo dat, sed datum confirmat.
l. 1. §. si quis, ff. vt legat. nomin. caueat.
l. si ita stipulatus §. verum, ff. de usuris.
l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautior
l. fin. C. de non numerat. pecun.
l. si legati, ff. de legat. 1.
Consentiens in aliquo contractu intelligitur obligari secundum eius qualitates.
Confirmatio regulatur à contractu, non è conuerso.
- 5 Rati habitio & confirmatio aptatur ad modum & substantiam eius, quod confirmatur.
Confirmatio licet ex certa scientia fiat, non extendit actum ultra suam naturam aptitudinem.
- 6 Confirmatio in forma communi quando censenda.
c. ille, ne sede vacante.
l. 1. tit. 18. p. 3.
Confirmatio in forma communi non extendit confirmatum, nec addit nouam qualitatem.
- 7 Confirmatio vt dicatur in forma speciali, non sufficit tenorem instrumenti inseri in confirmatione, quia id in Hispania fit ex stylo Officialium.
Intentio semper præualere debet.
Lex verbis 14. C. de donat. inter.
c. quia intentionis 29. de priuilegijs.
- 8 Confirmatio in dubio potius in forma communi, quàm in forma speciali existimanda.
- 9 Confirmatio vt dicatur in forma speciali, causa cognitio adhibenda.
l. nam ita Diuus, ff. de adoptio.
- 10 Confirmatio vt dicatur ex certa scientia, non sufficiunt verba que scientiam inducant, nisi adhibita causa cognitio.
c. quia diuersitatem, de concessione prebenda.
- 11 Confirmatio qua expressè donantur vectigalia, non prodest, nisi scripta in libris regijs de lo saluado.
l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil.
- 12 Confirmatio non extenditur ad illa, que sunt specialiter prohibita.
Confirmatio ad inualida non extenditur, maxime quando est aliquid validum quod possit confirmari.
Confirmatio donationis non excludit modificationem Regis Henrici.

Si Princeps donationem fecerit, & donatarius, cum donationem extenderet, postea rem donatam vendiderit, & Princeps donationem & venditionem confirmauerit, nullum ius nouum ex confirmatione adquiritur.



Hæc quæstio multoties se obtulit circa vectigalium recuperationem, nam cum Princeps alicui castrum donaret, & nihil de vectigalibus exprimeret, & postea donatarius quasi ex donatione perceperit vectigalia, & dum eis rem venderit, expressis vectigalibus, & Princeps venditionem confirmauerit, plures inde voluerunt defendi in vectigalium exactione; quasi confirmatio ea præstet, quæ antea concessa non erant, quia confirmatio facit vt verba confirmationis ius tribuant, & confirmans de nouo dare videatur, vt ex cap. 1. vbi D. D. communiter, de transact. Bart. Roland. Natta, Zabarella, Tiberio Deciano, Mieres, Gailio, Surdo, Cabedo, Molina, Tuscho, & aliis innumeris probauit D. Castillo tom. 5. controuers. cap. 89. num. 206. ac per consequens cum venditio, qua vectigalia comprehensa fuerunt, à Principe confirmata fuisset, videtur vectigalia concedere, quia confirmans quod est imperfectum (vt in præsentis donatio) videtur tunc perficere, gloss. 3. in additione marginali, in l. & quia, de iurisdi. omnium iudicium, vel de nouo dare, gloss. fin. in l. obueniri 130. ff. de verb. signific.

2 Maximè cum ignorare non posset Princeps vectigalia vendi, cum manifestè id in ipsa venditione, quæ confirmatur, expressum, & tunc quasi ex certa scientia procederet, de nouo vectigalia dari videntur, vt ex Alderano, Mascardo, Menochio, Cancerio, Sessa, D. Valenzuela, & aliis, tradit D. Castillo vbi supra, num. 207.

3 Sed sine dubio certissimum est non posse Regi obstare confirmationem, vt aliquid inde contra eius patrimonium statuatur, quia confirmatio & confirmatum non existimandum quod pertinet ad vectigalia, nam cum in hoc casu simul cum venditione, qua vectigalia continebantur, donatio confirmaretur, quasi ex ea venditio proueniens, idem existimari oportet de donatione, venditione & confirmatione, nam confirmatio necessariò ad titulum primæum donationis referenda, arg. cap. olim, de verb. signific. l. assè toto, de hered. instit. l. si ita scripsero, de condit. & demonstrat. l. ait Prator. §. si index, de re iudicata.

4 Confirmationis enim natura nihil de nouo dat, sed datum firmat intra eius limites & effectus l. 1. §. si quis, ff. vt legatorum nomine caueantur, ibi, si quis sub conditione legatum stipulatus pendente conditione decesserit, stipulatio euanescit, quia nec legatum transmittitur, & huic stipulationi eadem causus, & conditiones inesse sciendum est. leg. si stipulatus, §. verum, ff. de usuris, leg. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si. quædæ cantionibus, leg. fin. C. de non numerata pecunia, textus notandus in leg. si legati, ff. de leg. 1. vbi Castrensis num. 2. Cuman. 2. lectura, oppositione 1. tenuerunt, qui se adstringit ad obseruationem alicuius actus, (vt Princeps facit ex confirmatione) siue sciat, siue ignoret eius qualitates, semper intelligitur se obligare, iuxta naturam & aptitudinem subiectæ materiæ. Idem respondit Ancharranus conf. 73. num. 3. cum tradit, si pater consentiat donationi causa mortis per filium factæ, de re propria ipsius pa-

tris, poterit, non obstante ratihabitione, & confirmatione, pœnitere, quia inducit naturalem conditionem actus confirmati; sicut ipse à principio reuocabilis fuit, ita reuocabilis manet confirmatio, & Barth. Camerac. in c. imperialem, tit. de probib. fendi alien. pro regula tradit assensum assumere naturam actus, super quo interponitur, & ita assensus & confirmatio regulatur à contractu, non autem contractus ab assensu & confirmatione; plura cum laudat Iason in rubr. de verb. oblig. num. 15.

Et certissimum est & receptum, ratihabitionem, vel confirmationem optari ad modum, & substantiam eius quod confirmatur. l. Aurelius, §. testamento, de liberatione legata. Bald. in l. nominationes, num. 3. ad fin. Cod. de appellat. Aymon Crauet. conf. 257. num. 4. Carolus Ruinus vol. 1. conf. 60. num. 3. & conf. 208. num. 9. August. Berouius vol. 3. conf. 7. num. 37. Prosper. Farinac. conf. 113. n. 4. Hippolytus Rimin. vol. 1. conf. 93. num. 15. Alex. vol. 4. conf. 123. n. 20. vbi singulariter tradit confirmationem, etiam si ex certa scientia fiat, non extendere actum ultra suam naturam aptitudinem & capacitatem. Et Carolus Ruinus conf. 48. n. 12. vol. 1. expresse tenet, vt si aliquis confirmet, & ratificet instrumentum, in quo continetur aliquod ius morte alterius perituum, talis confirmatio, eo mortuo, nihil prodest ad illud ius extendendum, quia non augeat virtutem illius, sed intra terminum ei præfixum se comprimit, & coercet, ex vulgari regula, confirmationem solum validare confirmatum, pro vt patitur ipsiusmet confirmati virtus, non autem illud extra propriam potentiam, vel facultatem protrahere, vel extendere Castren. lib. 2. conf. 187. in princ. Corneus lib. 3. conf. 9. num. 3. Tusch. præct. lit. C. concl. 70, vers. nono.

Præsertim, quia, vt ex tenore ipsius confirmationis apparuit, eis verbis, *Confirmamos la dicha carta y la merced en ella contenida, y mando que vos vala y que se os se aguardada segun que mas complidamente fue guardada en tiempo, &c.* quæ clausula & aliæ similes nihil aliud inducunt, quàm confirmationem in forma communi, cap. quia diuersitatem, de concessione præbende, cap. ille, ne sede vacante. Henricus Boic. Abbas, & alij, quos refert & sequitur Alex. de Nauo in c. venerabilis n. 5. de confirmat. vtili, vel inutili, & quoties confirmatio se refert ad aliorum confirmationem, vt in hoc casu, quia Princeps prædecessorum Regum confirmationem secutus, idem firmavit, tunc confirmatio in forma communi, non speciali, censenda est, vt expresse probat l. 2. tit. 18. part. 3. & talis confirmatio nihil extendit confirmatum, nec addit nouam validitatem. gloss. in c. fin. de confirmatione vtili, vel inutili, cum Speculatore, Panorm. Oldrado, & aliis, Dec. in c. 1. eod. tit. ex Surdo, Cancer. Auendaño, Molina Iesuita, Andrea Gailio, & aliis pluribus, vt solet, latè probauit Dominus Castillo d. c. 89. num. 202.

Et vt confirmatio non sit in forma communi, sed ex certa scientia, non sufficit tenorem emptionis in hoc casu transcribi in confirmatione, vt aliqui contra expendebant, quia id in Hispania magis tribuendum Officialium stylo, quàm Principum voluntati, & ideo semper Principis intentio præualere debet, ex qua non apparet aliquid noui addere voluisse. l. ex verbis 14. iuncta gloss. penult. C. de donat. inter. d. l. 2. partita, cap. quia intentionis 29. de priuileg. Ioann. Garc. de nobil. gl. 1. §. 1. n. 67. & 68. alios referunt Marefcotus lib. 1. var. c. 9. n. 7. Ricc. 5. p. collectanea 1592.

Et regulariter in dubio, an confirmatio sit ex certa scientia, vel in forma communi, debet intelligi in forma communi facta. Dec. conf. 72. num. 3. & in c. 1. n. 40. cum seq. de confirmatione vtili, vel inutili, post gloss. in c. ult. eod. tit. idque, etiam si tenor scripturæ confirmatæ in

in confirmatione inseratur. Oldrad. *conf.* 164. Andr. Gail. *lib. 2. obseru. cap. 1. num. 16. cum seq.* Tuschus *pract. lit. C. concl. 708. n. 17. & 18.* vbi adducit Ancharr. Decium, & Alexandrum, & idem tenuit, asserens, communiter videri tenorem inferi de stylo; & tamen ex hoc non in forma speciali confirmationem censendam, ex Alex. Parisio, & aliis probauit D. Christophorus de Paz *de tenuta 2. p. c. 57. n. 3. 17.*

9 Præterea, nam quamuis sit ex certa scientia confirmatio, & habeat alias clausulas, quas refert Paz *vbi proxime num. 113.* tamen vbi requiritur maxima Principis deliberatio, & certa scientia, causæ cognitio adhibenda, & Aduocatus fiscalis citari deberet, vt ostenderet, an aliqua fraus, vel damnum regalis Patrimonij in prædicta confirmatione inesset, arg. *l. nam ita Diuus. ff. de adoptionibus, ibi, Adhibitis etiam his qui contradicerent, id est, qui laderentur confirmatione adoptionis.* Burgos de Paz *in proœmio legum Tauri, n. 227.* Surdus *con. 223. n. 9.* Valascus *consultatione 20.* Anton. Petra *de potestate Principis, cap. 32. questionis principalis, num. 10.*

10 Nec sufficere inferi tenorem in confirmatione. Abbas *in capite inter dilectos, vers. Quarto oppono, de fide instrumentorum. Dec. conf. 541. num. 20.* Cabedo *2. p. decif. 77. num. 9.* sed & simul causæ cognitio necessaria. idem Dec. *in rubrica, de confirmatione vtili, numero 17.* Ioan. Andr. *in dict. cap. venerabilis. cod. tit. num. 10.* vbi Alex. de Neuo *n. 16.* Anton. de Butrio *n. 10.* Paris. *lib. 1. conf. 19. num. 13.* Ferrer. *lib. 1. conf. 38. n. 8.* Ponte *vol. 2. conf. 65. num. 8.* Tusch. *pract. lit. C. concl. 704. numer. 15.* idque adeo procedere tenuit Paz *vbi proxime, num. 318.* vt quamuis in confirmatione apponantur verba indicantia certam scientiam, in dubio non præsumendam, & probat ex *cap. quia diuersitatem, de concessione prebende.* Vnde cum hoc casu nec ex certa scientia in forma speciali fieret confirmatio, nec causæ cognitio adhibita, dicendum est nullum ius amplius tribuere confirmationem, quam continebat donatio, ex qua venditio secuta est.

11 Denique, vt nullum remaneat fundamentum, quo pars aduersa se defendat cum hæc confirmatio non sit scripta in rationibus regiis & libris quos dicimus *de lo saluado*, etiamsi ex certa scientia, procederet, & adhibita causæ cognitione & manifestè constaret Principem voluisse confirmare venditionem vectigalium, adhuc nihil prodesset ad vectigalia obtinenda; quemadmodum non prodest rescriptum, quo expressè & deliberatè vectigalia donantur, aut venduntur, deficiente prædicta solemnitate. *l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil. Auend. in cap. Prator. 2. part. cap. 4. Auiles cap. 13. n. 4. Gironda de gabellis 1. part. numer. 45. & 7. part. numer. 1. & de priuilegiis, num. 75. Lazzarte de gabellis, capit. 19. num. 61. Gurierr. de gabellis, quest. 5. numer. 22. Azeuedo in l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. numer. 2. & alibi latius notauimus.*

12 Sed nunquam confirmatio extenditur ad ea, quæ sunt specialiter prohibita, vt post gloss. in *l. si quis prior. vers. specialiter. ff. ad SC. Trebell.* tenuit Ancharr. *conf. 2. in fin.* statuens generalem confirmationem non extendi ad illa, quæ sunt specialiter cessata, quod notauit D. Paz *d. c. 57. n. 18.* & ex Ioan. Andr. Butrio, Rolando, Aymone, Surdo, & Rotæ decif. probat confirmationem ad inualida non extendi, præsertim quando adest aliquid validum, in quo sortiarur effectum & confirmationem, & cum clausula, *Non obstantibus,* debere accipi iuxta modificationem alioquin factam, & prædicta adducit, vt ex quacumque confirmatione nunquam excludatur modificatio donationum Regis Henrici.

13 Ex quo manet sine dubio in hoc casu, confirmatio-
Ioan. Bapt. Larrea *Alleg. Fiscal. Pars 1. l.*

nem non potuisse aliquid operari circa vectigalia, quia etsi prima donatio esset vectigalium (quæ non fuit) confirmatio, non suppleret defectum solemnitatis, vt scripta esset in libris *de lo saluado*, quanto magis id procedet, quando donatio non fuit vectigalium, sed solum iurisdictionis, & territorij, & donatarius eo prætextu vsurpauit vectigalia & vendidit, quia tunc confirmatio nihil operatur in vectigalibus, & solum effectum habebit in donatione territorij, quæ à Rege facta fuit.



ALLEGATIO LXXIV.

Relatum respicit referentem in eo solum quod iustum est in relato.

- 1 Possessio non prodest vbi est resistentia iuris.
- 2 Possessio non potest habitare incapacem.
Bonam fidem habet, nec præscribit, qui non potest habere titulum.
cap. fin. de præscriptionibus.
cap. possessor. de reg. iuris in 6.
- 3 Verba generalia solum referenda ad ea, quæ honesta & permessa.
Possessionis appellatio, siue fiat à lege, statuto, vel ab homine, intelligitur de iusta & legitima.
l. ratio 3. ff. de act. empt.
l. stipulatio ista, §. hæc quoque, ff. de verb. oblig.
- 4 Titulorum pluralitas non præsumenda.
l. cum res 4. C. de contrah. emptione.
- 5 Possidere aliquem præsumitur ex titulo præambulo.
l. unica, C. de imponend. lucrat. descript.
- 6 Possessionem non videtur aliquem mutare, sed possidere ex causa præambula, qua ceperat.
l. possideri 3. §. illud. ff. de acquir. poss.
l. cum nemo 5. C. eodem.
l. non solum 32. §. quod vulgo, ff. de acquir. possess.
- 7 Relativa clausula & dictiones denotant omnimodam similitudinem cum relato.
l. prout quisque. ff. de solution.
l. quamuis, de officio rodin. lib. 6.
l. edita, C. de edendo.
l. si testamento 8. C. de instit. & substit.
l. 1. C. de bon. poss. contra tab.
l. in testamento 27. ff. de condit. & demonstrat.
- 8 Relatio censetur fieri prout conueniant dispositioni factæ.
l. si negotium, C. de negot. gestis.
Relatum adequatum referenti iuxta finem dispositionis.
Princeps semper ad iustum se refert, & pro eo præsumitur.
- 9 Relatio denotat identitatem in omnibus, & per omnia.
l. qui liberis. ff. de vulgari.
l. ait Prator. ff. de re iudicat.
- 10 Relatum et si plus contineat, debet adequari relationi.
l. hæc saluberrima, C. de prepos. agent. in rebus lib. 12.
- 11 Obligatio in termino referente talis est, qualis in relato.

- 11 *Relatum quomodo adaequetur referenti.*
l. asse toto 77. ff. de hered. instit.
l. a filio 25. §. testator. ff. de alim. legat.

Relatio facta in rescripto, vel concessione Principis, accipienda de eo quod in relato iuste continetur, non quod iniuste usurpatum.



Hec sententia, ut relatio quae relatum respicit, sit interpretanda ad ea, quae ex causa iusta in relato continentur, non ad quod usurpatum, & habet contra se resistantiam iuris communis, ut in casu valde practicali & frequenti, si alicui concederetur res, ut possideatur, quemadmodum alij, qui antea possederunt, & habebant, vel si officium aut priuilegium alicui concessum, ut vteretur eo vel antecessores, qui illud obtinuerunt, & possederunt, ad possessionem iustam relatio debet respicere, non iniustam, ut in multis casibus probauit Gratianus tom. 2. *disceptationum forensium, cap. 397. num. 41.* nota verba, *Item dixi quacumque possessione non obstante, quia cum illegitimi in hoc casu habeant contra se resistantiam iuris & Concilij, contra quod non ita facile dispensat summus Pontifex, ex diuturna possessione, etiam longissimi temporis, non potest induci aliqua praesumptio dispensationis, & ubi non solet dari dispensatio vera, cessat etiam praesumpta.* Puteus *decis. 139. num. 4. & decis. 254. num. 3. lib. 3. ibi, Possessio vero non prodesse respectu tertij, sed respectu superioris Episcopi, qui vult videre titulum, non prodest. ex quo habet resistantiam iuris.* notant Doctores in *cap. licet Heli*, ubi Abbas n. 24. Ananias n. 29. Felinus n. 15. *de simon.* idem Felinus in *cap. illud, num. 9. de praesumpt. gloss. in c. 1. verb. obtineri, circa medium, vers. & nota quod haec regula, vsque ad fin. de reg. iur.*

2 Nec possessio potest habilitare incapacem, nec ex temporis diuturnitate potest nasci titulus, ut dixit Rebuff. in *tract. de pacif. possess. in 4. limit. n. 172.* vel secundum aliam impressionem, *num. 206.* qui in specie ponit de illegitimo, qui est inhabilis ad obtinendum beneficium in Ecclesia, in qua pater, *ibidem n. 225. vers. vigesimo quarto,* vel secundum aliam impressionem, n. 276. *cum seqq.* subdens rationem, *quia cum non possit habere titulum, non potest iuari possessione, qua non datur sine titulo, & sine titulo qui semper est in mala fide, & consequenter nunquam praescribit. c. fin. de praescript. cap. possess. de regulis iuris in 6.*

3 Quibus conueniunt quae tradit Beronius *conf. 30. n. 24. vol. 3.* ubi inquit, quod verba generalia, seu clausulae generales, debent referri solum ad honesta, & permissa, & non ad ea, ex quibus absurdum & inconueniens aliquid resultaret, ex traditis etiam per Bart. & alios in *l. talis scriptura. ff. de legat. 1.* Abbas in *c. Eccl. num. 5. de electione.* Felinus in *d. c. causam qua, n. 4. vers. limita quinto.* & quae magis in terminis tradit Baldus in *l. unica, num. 1. C. commun. de usucap.* ut appellatio possessionis, siue fiat a lege, vel statuto, siue etiam ab homine, & maxime cum praecessit titulus, intelligitur de iusta & legitima, & etiam de plena possessione tam ciuili, quam naturalis. ratio 3. *ff. de action. empti. l. stipulatio ista, §. hac quoque ff. de verb. obligat.* Ioannes de Imola in *l. 3. §. ex contrario, num. 15. ff. de acquir. possess.* Felinus in *cap. causam qua, num. 11. de praescript.* Caesar Contard. in *repet. legis unica, §. 2. limitat. 2. num. 18. & limitatione 21.*

num. 6. & seqq. C. si de momentanea possessione. Paz. de tenu. 2a, cap. 33. n. 51.

4 Praesertim, quia cum titulus a principio ad iustam possessionem se referret, eius respectu iudicanda, nec in dubio praesumenda pluralitas, aut diuersitas titularum, vel acquisitionum, argum. textus in *l. cum res 4. ibi, intelligere debueras duplicari tibi titulum possessionis non potuisse.* C. de *contrab. empr.* Paulus de Castro *lib. 2. conf. 360. incip. Circa primum, n. 2. vers. et si non apparet.* Ruinus *lib. 4. conf. 46.* Aymon Crauetta *vol. 1. conf. 198. n. 1. & vol. 3. conf. 338. num. 15. ibi, factum quid iudicatur ex titulo vitioso, qui apparet non indicante lege multitudinem titularum.*

5 Tum etiam, quia praesumitur quem possidere ex titulo praecedenti, ut ex eius primordio posterior formetur euentus, *l. unica. C. de imponenda lucratua descript. lib. 10. l. quaedam mulier 76.* ubi gloss. & Doctores, *ff. de rei vindicatione.* Baldus in *l. si certis annis, n. 8. in fine.* C. de *paetis.* Aymon Crauetta *conf. 624. num. 9. tom. 4.* Zephalus *consil. 9. num. 26. & conf. 198. num. 12.* Aut. Corsetus *singulari 207.* Alciat. *de praesumpt. reg. 2. praesumpt. 23. n. 2.* Petr. Surd. *conf. 221. num. 29. lib. 2. late Mascard. de probat. conclus. 1202. per tot. & maxime num. 20. cum seqq.* Cardinalis Thufcus *lit. P. concl. 416. num. 5. cum seqq.*

6 Tum, quia non videtur quis mutare possessionem, sed possidere, ex eadem causa, qua coeperat, *l. possideri 3. §. illud. ff. de acquir. possess. l. cum nemo 5. C. eod. l. non solum 32. §. quod vulgo. ff. de usucap.* Curtius iunior *conf. 108. num. 36.* Riminaldus *lib. 1. conf. 100. num. 24. & lib. 5. conf. 56. num. 133.* Roland. *lib. 1. consil. 77. numer. 27. & seqq.* Petr. Surdus *conf. 221. numer. 50. & conf. 260. numero 22. & 24.* Rosenthal *de feudis, cap. 6. conclus. 82. num. 23.*

7 Idque maxime suadetur, cum adiectum fuisset in concessione, ut priuilegio, aut officio vteretur, secundum, & pro ut concessum fuit aliis, qui antea idem obtinuerant, quae dictiones denotant omnimodam similitudinem ad primam concessionem. *l. pro ut quisque 80. ff. de solut. c. quamuis 8.* iuncta gloss. *verb. euocandi, de officio ordinarij, lib. 6.* Bartolus in *Extrauaganti, Ad reprimendam, verb. prout, numero 2.* Vulpeius *de propositionibus, & aduerbiis, in dictione Prout, numero 2.* Felinus in *capite 1. numero 32. de sponsalibus,* Decius *conf. 195. numero 1.* Aldouinus *conf. 85. numero 16.* Menoch. *conf. 391. numero 5. & 30.* Giurba *ad constitutiones Messanenses, capite 1. gloss. 2. numero 126.* D. Castillo *libro 4. controuers. cap. 52. per totum, & sua natura stant praedictae dictiones restrictiue, & limitatiue, ad terminum relatum. l. edita, ibi, Prout editi perpetui manet auctoritas. cum ibidem, notatis Cod. de edendo. l. si testamento 8. Cod. de institutionibus & substit. l. 1. Cod. de bonorum possessio. contra tab. l. in testamento 27. ff. de condit. & demonstrat. Bertazol. tractatu de clausulis, clausula 5. gloss. 2. numero 1. Surdus *conf. 335. numero 38. & conf. 379. numero 33.* Maranta *de ordine iudiciorum 3. part. numero 122.* Menoch. *consil. 177. numero 26.* Cardinalis Tuschus in *pract. conclus. iur. littera D. conclus. 347. numero 1. & 54.* Alexand. Raudens. *variarum resolut. libro 1. capite 38. numero 36. & cap. 64. numero 31.* Marta *dict. clausula 2. part. claus. 51. num. 2.* ubi recte addit quod quando constat de modo & forma, secundum quam Titius possideret, concessio in omnibus, & per omnia secundum illam limitatur & declaratur, quia eadem est potentia & virtus termini, ad quem fit relatio & termini referentis, ut etiam agnoscunt omnes praecitati, & ex Ruino, Socino iuniori, Gozadino, Brunor. a Sole, Viuio, & aliis exornat August. Barbosa *de dictionibus, dictione 296. & 358.**

Deinde

8 Deinde, quia semper relatio censetur fieri eo modo, ut conueniat dispositioni factae. *l. si negotium, C. de negot. gest. vbi glossa, Paulus de Castro lib. 2. conf. 18. num. 3. in fin. & congruat voluntati disponentis, & relatum adaequetur referenti, iuxta finem dispositionis.* Panormit. *in cap. translatio, num. 3. quem refert & sequitur Casanate conf. 57. num. 37. Iason in l. 1. n. 8. C. de liber. prater. Hippolyt. Riminald. lib. 4. conf. 358. numero 106. Ioann. Marian. Riminald. lib. 2. conf. 348. num. 16. Raudensis de Analogis, lib. 1. cap. 34. num. 130. & Princeps semper ad iustitiam se refert, & in omnibus praesumitur velle quod a iure probatur.* Menoch. *lib. 2. praesumpt. 10. vbi probat ex Cyno, Alciato, Romano, Grammatico, Hippolyto de Marsiliis, qui tenent esse praesumptionem iuris, & de iure pro Principe, & ideo mentio vsus, & possessionis officij, vel priuilegij, solum ad iustam referendum, non ad intrusionem.*

9 Postremò, quia relatio denotat identitatem in omnibus, & per omnia, maximè cum dictionibus, secundum, & prout, vel clausula, *Eodem modo. facit l. qui liberis, ff. de vulgari. ibi, Habet enim in se eandem conditionem similem superiori, leg. ait Prator. ff. de re iudic. Bart. in l. hoc edicto, ff. de postul. Ruinus vol. 1. consil. 101. numero 9. Decius consil. 262. in principio, vers. secundo facit. Hondedeus lib. 2. consil. 69. numero 45. Menoch. de praesumpt. libro 4. praesumptione 173. numero 10. Rota in nouissimis, apud Farinac. decis. 455. numero 1. Surdus decis. 25. numero 1. & dispositio referens declaratur, extenditur & restringitur iuxta dispositionem relatum. Decius *in auth. si quis in aliquo documento. C. de edendo, vbi Purpuratus numero 42. Idem Decius consil. 66. numero 6. Felinus in cap. quoniam, Abbas num. 12. de officio delegati. Rota Romana diuers. 2. parte. decis. 40. num. 6.**

10 Et adeò procedit, ut licet aliquid diuersum contineretur in relato, illud adaequetur concessionem relatae. Bald. *in l. 2. num. 4. C. de error. Aduocat. Iason in l. edita, numero 36. Codic. de edendo. Roman. consil. 294. Decius conf. 539. numero 6. & nota verba textus in l. hac saluberrima, C. de preposit. agent. in rebus, libro 12. ibi, Cum per absurdum perque temerarium sit hanc nostra liberalitatem pietatis quemquam astuta interpretatione non ad augmentum praeiutorum priuilegiorum, sed diminutionem conuertere: & quemadmodum restrictio excluditur, ita etiam iniqua extensio ad iniustam possessionem excludenda.*

11 Facit, quia omnis obligatio in termino referente talis est, qualis in termino relato. Baldus & Imola *in l. si prior. ff. solut. matrim. idem Bald. in l. sanctio legum. ff. de pœnis. Ripa in l. ait Prator. §. si index, ff. de re iudic. Decius conf. 19. col. 3. & conf. 183. Socinus libro 1. conf. 77. num. 6. & lib. 2. conf. 188. Tiraquell. gloss. 7. legum connub. vers. ex praedictis. & confessio facta relatione ad instrumentum aded ex illo regulatur, ut si valeat instrumentum, illa subsistat, alias secus. Romanus consil. 294. per tot. & additio ibi, verb. notabiliter.*

12 Et quomodo relatum adaequetur referenti in omnibus qualitatibus, vltra vulgarem *l. asse toto 77. ff. de haeredib. instit. l. à filio 25. §. testator. ff. de alim. legatis, l. ait prator. §. si index, de re indicata, cum similibus: vbi notant communiter Doctores, & vltra vide plura quae cumulantur Tiraquellus latissimè post leges conuincibales gloss. 7. num. 182. cum seq. Peregrinus vol. 2. conf. 16. num. 10. Bertazolus lib. 1. consil. ciuil. conf. 21. numero 26. Burlatus vol. 2. conf. 159. numer. 21. Peregrinus de fideicommissis, artic. 16. num. 2. multis D. Castillo lib. 4. controuerf. cap. 43. num. 9. post Iasonem, Rubeum, & alios, docet Simon de Prætis lib. 2. vlt. volunt. inter-*

pretat. 4. dubitat. 2. solut. 2. numer. 266. Gratianus 1. tom. disceptat. cap. 28. numero 32. Sforcia consil. 88. num. 31. & ego plura notauit 1. parte, allegat. 14. num. 2. 9. & 11. quæ ad hoc omnino videnda, & in Senatu regalis Patrimonij, ita pluries obtinui.



ALLEGATIO LXXV.

Fiscus praefertur pro credito institutioni maioratus, qui factus cum reservatione alienandi.

- 1 *Maioratus semel institutus ex acceptione primi successoris, manet irrenocabilis.*
- 2 *Maioratus qui non potest reuocari expressè, etiam nec tacitè contrahendo debita.*
- 3 *Maioratus successor non erit obligatus debitis defuncti, quando fit per contractum irrenocabilem inter viuos.*
- 4 *Alienatio que fit in maioratus perniciem, censetur prohibita. l. sicut. §. sed si permiseris, ff. quibus mod. pign. vel hyp. soluit. Facultas concessa ad aliquem finem, debet ad vnguem obseruari.*
- 5 *Alienatio permessa, ut aliquid ex pretio fiat, an emptor teneatur curare, ut in illud conuertatur.*
- 6 *Maioratus est renocabilis, quando in ipsa institutione eius institutor reseruauit facultatem renocandi. l. 17. Tauri. l. 44. Tauri.*
- 7 *Reseruatio facta alienandi bona, ex quibus maioratus fit, conseruat institutori ius quod antea habebat.*
- 8 *Arbitrio alicuius relictum liberam voluntatem inducit. l. fideicommissa 11. §. si fideicommissum, vers. quantum, ff. de legat. 3. l. fideicommissaria libertas, ff. de fideicommiss. libert. l. cum quidam, ff. de legat. 3. l. 29. tit. 9. p. 6.*
- 9 *Alienatio reseruata fieri potest, etiamsi fraude alienetur, reseruatis alienationem bona possunt vendi pro soluendis eius debitis. l. cum fidei heredis, ff. de fideicommiss. libert. l. peto, §. Prædium, ff. de leg. 2.*
- 10 *Alienationis nomine continetur qualibet hypotheca, vel obligatio bonorum, l. fin. C. de rebus alien. non alienandis. l. cum hic status, §. si maritus, Digest. de donat. inter.*
- 11 *l. 1. ff. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacitè contrahatur. l. obligationi, ff. eodem. l. est differentia, ff. eodem. l. 1. C. de seruo pign. dato.*
- 12 *Reseruationis ius antecedit.*
- 13 *Clausula qua in dispositione adijciuntur, inesse videntur.*
- 14 *Voluntas testatoris colligitur ex inferioribus verbis testamenti. l. quamuis, C. de fideicommissis.*
- 15 *Maioratus est renocabilis in casibus l. 17. & 44. Tauri.*

- 16 Emptores bonorum que permittuntur vendi ob aliquam finem, non tenentur ad hoc ut finis sequatur.
l. 1. §. non autem, ff. de exercit. actione.
l. fin. ff. eodem.
- 17 Mutuans Procuratori qui habebat mandatum ut reciperet mutuum ut domino adificium fiat, quide- dit pecuniam, securus est, etiamsi adificium non fiat.
- 18 Alienatio permessa ut subrogaretur pretium in maioratu, ut vellet, alienans non inducit conditionem, sed modum.
- 19 Voluntatis verbum ad liberam refertur.

An si quis maioratum fecisset cum facultate disponendi & alienandi bona vsque ad mortem suam, si postea cum fisco contraxit, & eius vectigalia administrant, bona obligando, utrum fiscus debeat pro credito suo preferri in eis bonis successoribus maioratus.



- R**o maioratus successore ad- ducatur, quia semel institu- tus maioratus ex acceptatione primi successoris non potest dimi- nuui, vel reuocari, etiam ex simultaneo consensu institu- toris, & primi vocati. Molina lib. 4. de primogeniis c. 5. num. 75. Vers. in secundo casu. Gutierrez lib. 2. practico. cap. 52. ex num. 4. D. Castillo tom. 4. cap. 5. num. 23. & sequent. & cap. 35. num. 46. Gratian. tom. 2. discrept. cap. 332. Amato var. cap. 12. num. 11. & cap. 30. num. 17. Cutellus de- cis. 5. num. 52. vers. que ego magis, & n. 53. Menoch. de re- Etasend. interpretatione, cap. 23. partit. 2. num. 42. cum qua- tuor sequentibus, vbi allegat Menoch. Fontanellam, & alios, Cancr. tom. 1. capite 8. de donat. numero 56. ver- sic. si vero & numero 58. & 154. in 2. editio. Her- mosilla super leg. 7. tit. 4. part. 5. gloss. 4. numero 15. & 16.
- 2 Et hoc procedit, quia donatio quando fit iure maio- ratus, est distributa in omnes familiae, & cum acce- ptatione primi, irreuocabilis remanet quoad omnes. Et quemadmodum non potest reuocari maioratus ex- pressè, etiam nec tacite contrahendo debita, ex tradi- tis à Franchis decis. 339. Virum ex predictis. Additio ad Thefaur. decis. 70. Mantica de contract. tom. 2. lib. 13. tit. 7. num. 8. & 9. quatenus argumentum proponunt de alienatione expressa ad tacitam, quae resultat ex debitis contractis. D. Castillo tom. 1. de usufructu. cap. 39. num. 42. vbi infert ad donationem perfectam ut sicut expressè non potest reuocari, ita nec tacite. Bardel- lus conf. 75. num. 32. lib. 1. Natta decis. 25. numero 19. & 20.
- 3 Et in terminis Molina lib. 1. de primogeniis, cap. 10. num. 1. vsque ad 10. postquam distinguit ad hoc, ut successor maioratus maneat obligatus debitis fundato- ris, an maioratus fieret de quota bonorum, vel de vni- uersis bonis, vel de certa parte eorum, aut de re parti- culari, vel de parte, aut quota hereditatis, & numer. 10. cum Anton. Gomezio & Peralta limitat predictum, quando maioratus fit per contractum irreuocabilem inter viuos, quia tunc successor non erit obligatus de- bitis & hypothecis contractis post foundationem maio- ratus, reddens rationem, quia sicut maioratus expref-

sè non potest reuocari, ita nec tacite debita contra- hendo; idem repetit Molina lib. 4. cap. 2. num. 82. Gu- tierrez. de iurament. confirmat. p. 3. cap. 15. numer. 24. & lib. 2. practico. q. 53. num. 2. Mieres p. 1. q. 24. n. 116. 117. & 125. Auendaño in l. 21. Tauri gloss. 1. num. 15. Matienzo in l. 6. glossa 3. n. 21. tit. 6. lib. 5. Molina Theo- log. tom. 3. de iustitia & iure, disputat. 640. n. 5. D. Castil- lo tom. 4. cap. 35. n. 39. & tom. 5. 2. p. c. 161. num. 29. vers. cum inquam ita statuisset. Azevedo in l. 1. numer. 34. tit. 6. lib. 5. Recopilationis, additio ad Molinam d. cap. 10. numer. 11. vbi adducit ultra predictos, Angelum, Ve- lasquez, Burgos de Paz, Matienzum, Peregrinum, & alios.

Tum etiam, quia reseruatio facultatis alienandi bo- na facta ab institutione maioratus, ita accipienda est, ut alia bona in maioratu subrogentur ad eius maius augmentum, & instructionem, non destructionem, & quaelibet alienatio, quae fit in perniciem maioratus, censetur prohibita, arg. l. sicut, §. sed si permiserit, ff. qui- bus modis pignus, vel hypothec. solui. vbi consensus cre- ditoris, ut res ei obligata vendatur, non extenditur, ut illa possit donari; & hoc forte, quia venditor ex ven- ditione pretium recepturus erat, quo idoneior red- debatur ad soluendum debitum, ut notauit Bart. ibi num. 2. qui tenet facultatem concessam Ecclesiae, ut possit vendere pro satisfaciendo suis creditoribus, non extēdi ut eius virtute possit permutare, quia interuen- titur finis facultatis, quod late exornat Lambertinus de contractib. gloss. 7. num. 20. Manentus vol. 1. conf. 17. num. 27. & 28. & mutuans in hoc casu debet curare de solutione creditoris antiqui, ut probauit Rota apud Ludou. Cenzius decis. 8. n. 10. & 11. & decis. 29. num. 1. & decis. 287. num. 4. Additio ad D. Ludou. decis. 511. n. 33. ad finem.

Et emptores in hac specie curare debebant, ut pre- tium subrogaretur in eo, ad quod venditio permessa, alia non essent secuti, ex doctrina Innocentij in cap. 1. de deposito. vbi tradit cum, qui contrahit cum Ec- clesia in mutuo, deposito, vel emptione rei quae ven- ditur ad soluendum debitum Ecclesiae, debere esse sollicitum, ut pretium in id conuertatur, ut notarunt plures relati à Molina lib. 4. de primogeniis cap. 4. nu- mero 20. & pro eadem re Auendañum, Gregorium Lopezius, D. Couar. & Gratianum refert additio ad Molinam ibi Antonius de Amato lib. 1. var. cap. 3. num. 52. Si igitur id procedit, quia interuenitur finis facul- tatis, quando magis hypotheca rerum maioratus non sustinebitur, cum inde ipsius maioratus institutio elu- datur.

Verum, predictis non obstantibus, ius fisci in hoc casu certissimum est, quia licet maioratus eo modo fieret, ut irreuocabilis maneret, veluti quādo ex causa onerosa matrimonij, vel alia fieret, tamen ex nostris legibus, quae irreuocabilitatem concedunt, id limitatur quando in ipsa fundatione maioratus fit reseruatio, ut possit eius institutor bona alienare, quia tunc manet reuocabile primogenium, ut expressè probatur l. 17. Tauri, eis verbis, que el dicho tercio no se pueda reuocar si no reseruaſſe el que lo hizo en el mismo contrato el poderlo reuocar, & idem probat leg. 44. Tauri, ibi, Sal- uo si en el poder de la licencia que el Rey le dio estubieſ- se clausula para que despues de hecho lo pudieſſe reuocar. O que al tiempo que lo hizo el que lo instituyo re- seruasse en la misma escritura que hizo del dicho Ma- yorazgo el poder para lo reuocar que en estos casos mandamos que despues de hecho lo pueda reuocar.

Et ratio est, quia reseruatio haec bona alienandi fa- cta ab eo, qui maioratum instituit, ei conferuat ius quod antea habebat, ex Bart. in l. penult. C. de positi- Beccius.

Beccius *conf. 74. num. 16. & 34.* Menoch. *conf. 2. n. 57.* Surdus *conf. 152. num. 29. & conf. 402. n. 4.* & quemadmodum posset ante maioratus institutionem bona alienare, ita postea ex dicta reservatione facere poterit, ut expressè resoluit & probavit D. Castillo *tom. 4. contron. c. 16. n. 26. & 27. cum seqq.*

8 Maximè quando, ut in hoc casu, in ipsa dispositione fuerunt verba, ut de ipsis bonis disponderet fundator iuxta illius arbitrium, quo casu liberè facere potest, quia omnia illius sunt voluntati relicta, arg. *leg. fideicommissa. l. 1. §. si fideicommissum vers. quanquam, ff. de leg. 3. l. fideicommissaria libertas, ff. de fideicommissariis libertatibus, leg. cum quidam, ff. de leg. 2. leg. 29. tit. 9. part. 6.* ex Menochio, qui Bartolum, Aretinum, Nattam, Zabarellam, Afflictum, Felinum, Iasonem, Decium & alios adducit, cum Surdo, Molina & Gregorio Lopezio probavit D. Castillo *tom. 4. controuers. cap. 36. num. 47.*

9 Et prædicta alienatio quæ reservata est, fieri potuit etiam si fieret fraudulenter, ex notatis à Surdo *conf. 10. num. 20. cum seqq.* & quæcumque bona remanserint ipsius, qui reservationem fecit, possunt rectè vendi pro solutione crediti cui bona obligauerit, ex *leg. cum fidei hæredis, ff. de fideicommiss. libert. leg. peto, §. prædium ff. de leg. 2. D. Molina lib. 1. de primog. cap. 10. num. 2. Surd. conf. 35. num. 12. Giurba decis. 31. num. 3. Fufarius de substit. q. 541. num. 5. D. Valenzuela 1. tomo *conf. 60. num. 80. D. Castillo tom. 5. 2. p. cap. 161. num. 23. & alij plures, quos refert additio ad Molinam d. c. 10. num. 2.**

10 Præterea, quia nomine alienationis continetur quælibet hypotheca, vel obligatio bonorum, ut probatur expressè *leg. fin. Cod. de reb. alienis non alienan. leg. alienatum, ff. de verb. significat. & facit leg. cum hic status, §. si maritus, ff. de donat. inter. ibi, Si maritus ea qua donauerit pignori dederit, utique cum penitus dicimus, licet dominum retinuit & nomine venditionis, vel alienationis, comprehenditur pignoris datio. Molina lib. 4. de primog. cap. 5. num. 18. Mieres de maiorat. 4. p. q. 1. num. 18.*

11 Quia proxima est alienationi hypotheca, vel pignorat. *leg. 1. leg. obligationi, leg. est differentia, ff. in quibus causis pign. vel hypothec. leg. 1. cum seqq. C. de seruo pignor. dato. Bart. in leg. rem, num. 10. ff. de adimend. legat. Couarr. lib. 2. variar. cap. 16. num. 7. Auendaño de consibus, cap. 57. num. 10. & cap. 76. num. 3. Negulantius de pignor. 2. part. membr. 3. num. 70. quippe idem est facere alienationem, vel actum ei proximum, ex quo alienatio sequi possit, ex glossa in *l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verb. obligat. Surdus conf. 10. num. 22. vbi ex Socino comprobatur.**

12 Et reservatio id operatur, quia, ut inquit Crauetta *conf. 226. num. 6. Reservatio præsupponit ius reservatum antecedere, quia quod non est, reservari non potest, aliàs nullius momenti esset reservatio, ut in specie notavit Peralta in l. 3. §. qui fideicommissam, num. 128. ff. de hered. instit. vbi concludit, ut si facultate regia data ad faciendum maioratum, detur facultas reuocandi ad libitum, vsque ad mortem, & post factum maioratum contraxit debita, tenetur successor soluere talia debita, ut in terminis ita decisum extat per Senat. Aragon. apud Sesse *dec. 185. per tot. maximè n. 10. vers. pro contraria parte. ibi, Rursus, quia si donatores, qui sibi reservarunt dictam quantitatem, non possunt vendere & hypothecare bona ad deducendam, & cum effectu retinendam dictam quantitatem, elusoria redderetur dicta retentio, & ne hoc inconueniens sequatur, & ut retentio intelligatur secundum subiectam materiam, dicendum est donatores potuisse vendere & hypothecare bona donata, ut dictam retentionem in effectu facere possent.**

Vnde constat, rectè potuisse bona hæc fisco obligari, quia in ipso maioratu hoc reservatum fuit, & clausulæ quæ in ipsa dispositione adiciuntur, inesse videntur, ut illud, & non aliud oporteat obseruari. *cap. porro, cap. recipimus, de priuileg. Baldus in cap. 2. per textum ibi, tit. de successio feudi. Abbas lib. 1. conf. 85. num. 9. Surdus conf. 137. n. 25. Molina de primog. lib. 1. cap. 2. numero 27. & lib. 3. cap. 7. num. 12. & eius additionator Auendaño in l. 40. Tauri gloss. 18. Viuius *decis. 336. n. 2. cum seqq.**

14 Præsertim, cum maioratus institutor adiecit, illud facere ex bonis quæ remanent suis debitis solutis, quo apertè insinuari videtur ius fisci, ut possent ei bona obligari, quia ex inferioribus verbis testamenti testantis voluntas est interpretanda, & quod testator senserit, colligi potest, ut ex *l. quarauis, C. de fideicommissis, tradit Mantica de coniecturis ultimar. voluntatum lib. 6. tit. 13. vbi plura congerit.*

15 Nec quæ in contrarium expensa aliquid obstant, quippe ex sola hypotheca, vel pignoratione rerum maioratus non admittimus illum posse reuocari, sed quia id expressè cautum fuit in ipsa fundatione maioratus, & ex dispositione *legum 17. & 44. Tauri.*

16 Nec etiam obstat, ut quoties alienatio fit rei prohibita, ut maioratus, debeat is, in quem alienatur, curare ut in utilitatem maioratus pretium conuertatur, ut supra notauimus, quippe, ultra quàm in hoc casu, res non est prohibita alienari, quæ ex ipsa reservatione alienari permittitur, longè verius est emptorem rei ad id non teneri, ut tenuit expressè Molina *lib. 4. de Hispan. primog. cap. 4. num. 22. argum. l. 1. §. non autem, leg. fin. ff. de exercitoria actione, pluribus exemplis comprobatur Surdus *decis. 156. per totam, & maximè ex doctrina Bartoli in leg. alio, num. 24. ff. de alimentis legatis, vbi qui emit à testamentariis bona quæ venduntur, ut debitis defuncti satisfiat, securus est, et si debita non soluantur.**

17 Et idem Bart. in *leg. doli mali, num. 8. ff. de nouat. tradit eum, qui dedit pecuniam Procuratori alicuius, qui habebat mandatum, mutuam accipiendi, ut ædificium domino fieret, adhuc obligat dominum, et si ædificium non fiat, & post Molinam, quem refert Surdus, idem tenet D. Alex. Ludouic. *decis. 511. num. 9. cum seqq. & eius additionator Oliuerius Beltraminus ibidem, num. 33. & Patrem Molinam, Ofascum, Manentum, Pinellum, Auendaño, & Gregor. Lopezium refert additionator ad Molinam d. n. 22.**

18 Quod magis procedit, quia in hoc casu reservatio absoluta fuit, sed etiam si ita fieret reservatio, ut posset alienare, ad hoc ut subrogaret pretium in ipso maioratu, ut vellet, quia tunc alienatio mero iure valet quando subrogatio non est adiecta in vim conditionis, sed in vim modi, ut rectè notauit Surdus *d. decis. 156. n. 6. eis notandis verbis. Rursus in facto præsentis licentia fuit concessa non sub conditione, sed sub modo; ita tamen quòd pretium vertatur in emptionem alterius rei subroganda, in locum eius, qua subiecta erat fideicommissio; dicitur enim modus quando implendum est onus post iam questum emolumentum. leg. cum tale, §. 1. vbi Bartolus, ff. de condit. & demonstrat, idem Bartolus in leg. quibus diebus, §. Termilius, ff. eodem tit. & c. quando autem consensus sub modo est præteritus, tunc consentiens videtur fidem eius sequi, cui modum adiecit, & ideo si non impleatur, non agitur contra tertium, sed contra implere debentem, ut declarat Bart. in dict. leg. sicut §. illud videamus, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, vbi distinguit inter modum & conditionem, quia quando per conditionem, tunc non videtur secutus fidem; quando verò per modum, videtur secutus, & ideo primo casu impleto non sequitur, consensus non præiudicat, secundo*

verò

verò præiudicat quoad hoc non detur actio contra possessorem: sic ergo, in proposito præiudicabit quoad hoc, ut venditor teneatur, non ut teneatur emptor.

- 19 Idque melius locum habebit, quando, ut in præsentibus, adiecta fuit clausula ad subrogationem, si vellet, vel ut voluerit, maioratus institutor, quia id totum refert casum ad eius arbitrium, & liberam voluntatem, ex l. cum quidam, ff. de legat. 2. l. fideicommissaria libertas, ff. de fideicommiss. libertat. Angel. in §. bona fidei, col. 6. vers. veluti. Inst. de actio. Felin. in cap. 51. de constitut. Andr. ab Exea num. 396. Afflictis decis. 371. n. 8. Puteus de syndacatu tit. de arbitrariis, num. 10. ex pluribus Menoch. de arbitrar. lib. 1. quest. 7. & conf. 406. num. 14. ac perinde bona pignerando, vel alienando voluntatem suam explicare videtur, ut nolit subrogare, maximè cum declaravit sua debita quæ tempore mortis manerent, esse soluenda.



ALLEGATIO LXXVI.

Primogenium institutum ex duabus partibus bonorum tempore mortis, interim ante mortem non impedit bona fisco obligari.

- 1 Primogenia rectè ex causa matrimonij in filiis possunt fieri.
l. quoties, ff. solut. matrimonio.
l. ex morte, in fin. ff. de pact. dotal.
l. auia C. de iure dot.
l. 17. & l. 44. Tauri.
- 2 Maioratus causa matrimonij factus, eius pars est, & ut matrimonium irrevocabilis.
- 3 Pacta ut quod matrimonij causa filio promissum non petat filius, non valent.
- 4 Filius cui ex causa matrimonij factus maioratus, non potest eius revocationi consentire in præiudicium successorum.
- 5 Maioratus factus ex duabus partibus bonorum, quæ superessent tempore mortis, videtur in tempus mortis collatus.
l. in tempus 62 ff. de hered. instit.
Bona dicuntur deducto ere alieno.
l. subsignatum, §. bona ff. e verb. significat.
l. mulier bona, ff. de iure dot.
l. non possunt, ff. de iure fisci.
l. fin. §. si autem as alienum, C. de bonis qua liberis.
- 6 Reliquum relictum quomodo accipiatur.
l. item quod Sabinus, §. 1. ff. de hered. instit.
l. deducta 58. §. quod ex hereditate, ff. ad SC. Trebell.
- 7 l. cum pater 79. §. dulcissimis, ff. de leg. 2.
- 8 l. deducta, §. fin. ff. ad SC. Trebell.
- 9 Maioratus qui est irrevocabilis quoad institutionem eius, est revocabilis quoad legem.
l. 17. Tauri.
l. 23. Tauri.
l. 7. tit. 6. lib. 5. Recopil. & n. 11.
- 10 Tertium & quintum considerandum, ex bonis quæ fuerint tempore mortis.
- 11 Maioratus factus ex tertio & quinto, debet censeri diminutus bonis diminutis.
l. 8. tit. 4. p. 5.
- 12 Bona quæ tempore mortis fisco obligata, non con-

siderantur quoad computationem tertij & quinti, l. 25. Tauri.

- 13 Augmenti & diminutionis eadem ratio.
l. nihil tam naturale, ff. de reg. iuris.
- 14 Constituti clausula videtur transferre possessionem & usufructum.
l. quisquis, C. de donat.
- 15 l. si stipulatus, ff. de usuris.
l. in conventionibus 52 ff. de verb. obligat.
- 16 Satisfactio iudicialis etsi verbis amplissimis, non extenditur ultra decretum ex quo est data.
l. 7. tit. 20. lib. 2. Recopil.
l. 22. Tauri.
- 17 l. fin. §. Lucius, ff. de donation.
- 18 Constituti clausula an possit effectum habere in bonis futuris.
- 19 Constitutum in bonis futuris est conditionale.
Retrotractio non habet locum cum tertij præiudicio.
- 20 Donatio quæ confertur in mortem cum clausula, De constituto, non habet effectum, nisi sequuta morte.
- 21 Constitutum conditionale nihil operatur ante aduentum conditioni.
- 22 Assignatio bonorum promissionis, sequitur naturam promissionis.
- 23 Donatio rei certa differt à donatione tertij & quinti.
- 24 l. 21. Tauri.
- 25 l. 29. Tauri explicatur.
- 26 l. 29. Tauri procedit in dote, donatione propter nuptias, vel alijs donationibus certis.
- 27 l. 29. Tauri non procedit in donatione tertij & quinti.
- 28 Maioratus qui fiunt ex tertio & quinto, non censentur facti, nisi liquidatio fiat tempore mortis fundatoris.

Primogenio instituto ex causa onerosa pro matrimonio filij de duabus partibus, ex tribus bonorum parentum, quæ haberent tempore mortis, cum clausula, De constituto, an si ante mortem fiscalibus iuribus bona obligarentur à parentibus, possit maioratus aliquo modo fisco præferri.



Pro ea sententia, ut maioratus semper sit præferendus, faciunt hæc pacta & conventiones matrimonij causa valere, ut maioratus fiat in filiis, qui nuptiis collocantur, & eius descendentes, ut pro validitate nuptialium pactationum de iure communi sunt iura expressa in l. quoties, ff. solut. matrim. l. ex morte, in fine, ff. de pact. dot. l. auia. C. de iure dot. Gabriel vol. 1. consil. 58. Surdus consil. 113. per tot. Menoch. conf. 1154. n. 1. cum seq. & in multis provinciis inter Nobiles huiusmodi pacta frequentantur. Guid. Papæ decis. 267. & 505. Fontanella de pactis nuptialibus, 1. tom. claus. 4. gloss. 9. 4. part. numer. 16. & in maioratibus hæc pacta probarunt, l. 17. & 44. Tauri. Auendaño in d. l. 44. gloss. 16. numer. 18. Angulo in l. 2. tit. de las mejoras, gloss. 2. numer. 4. plures cumulat D. Castillo tom. 4. controuers. cap. 37. num. 35.

2 Maioratus vero qui ita fiunt ad contrahendum certum matrimonium, ipsius pars censentur, & ita velut matrimonium, ita maioratus irrevocabiles manent. Tellus Fernandez in d. l. 17. Guido Papæ decis. 145. num. 2. vers. sed his non obstantibus. Franchis decis. 205. Viuius lib. 2. decis. 257. Menoch. consil. 203. numero 3. Fontanella de pactis nuptialibus. tom. 1. claus. 4. in principio, num. 10. & gloss. 1. num. 19. Leo decis. Valent. 137. num. 17. & 18. Muta decis. 25. numero 4. & 5. Gratianus disceptat. forens. tom. 5. capite 984. numero 24. Giurba ad statuta Messana. cap. 1. gloss. 8. num. 74. Cancer. 1. tom. var. cap. 8. num. 219.

3 Quod adeo verum est, ut etiam ex voluntate & consensu donatoris, & donatarij non possit reuocari, ex doctrina Bald. in l. si Præses. C. de donat. vers. tamen bene dico. ibi, Quod si Magister fecerat ponere bona sua in astimo filiorum, non animo donandi, sed ad hoc ut insipientes astimum credant filios ditiores, & sic honorabiliores ducant uxores, hic dolus consensui equiparatur, & inducitur donatio matris in filios. ex quibus ab omnibus communiter resoluitur scripturas factas à filiis in fauorem parentum ut meliorationibus eis factis iuari non possit, non valere in præiudicium suatum vxorum quando contrahunt, & ita posse reuocari. Franchis dict. decis. 205. Tello in l. 17. Tauri. numero 72. & 73. Gutierrez de iuramento 1. part. cap. 59. num. 13. & 14. Sanchez de matrimon. lib. 6. disputat. 32. plenè Giurba ad statut. Mediolanens. cap. 1. d. gloss. 8. num. 71. 72. 73. 77. & 78. cum seq. Leo dict. decis. 137. num. 20. D. Castillo tom. 5. cap. 119. num. 13. Amato resolut. 30. num. 12. Muta decis. 25. n. 5. 6. & 7. Paschal. de patria potest. 1. part. cap. 4. num. 37. Gratian. tom. 5. cap. 924. numero 6. vsque ad 9 & 33. & 34. cap. 985. n. 29. & 30.

4 Et in terminis maioratum factum contemplatione matrimonij ex prædicta cautela non fieri reuocabilem, reuenerunt Molina lib. 4. de primog. cap. 2. num. 18. Mieres 1. part. de maiorat. quest. 22. num. 299. vsque ad 239. Leo d. decis. 137. numero 19. Anton. Monach. de rectoria feudi interpretatione, cap. 13. part. 2. numero 8. & 9. Nec filius potest consentire, ut alia onera maioratui imponantur in præiudicium successorum. Mieres d. g. 22. numero 23. 1. & 2. Sanchez lib. 6. de matrimonio, disputat. 32. per totam. Giurba dict. gloss. 8. numero 75. & 76. Nec potest patri alienanti prædicta bona consentire, & venditio non valet. Fontanel. dict. 1. tom. claus. 4. gloss. 1. num. 73. Giurba ubi proximè num. 82. vnde nec consensu contrahentium potest maioratus dissolui in præiudicium descendendum illius matrimonij, ut ex eorum conventionem potuissent bona hypothecè subici, ut fiscus præferatur.

5 Sed nihilominus in hoc casu certissimum est fiscum esse præferendum in debitis contractis, in quibus bona ei sunt pignori obligata, quia cum maioratus fieret ex duabus tertijs partibus bonorum quæ tempore mortis superessent, videtur maioratus conferri in tempus mortis, ex regul. vulgari legis, in tempus 62. ff. de hered. instit. Bartol. in l. si constante. §. quoties, num. 3. ff. solut. matr. Sarmient. lib. 5. select. ad l. Gallus, in princ. num. 4. & 7. ff. de liber. & posth. Molina de primog. lib. 2. cap. 7. num. 42. Greg. Lop. gloss. penult. l. 39. titulo 9. p. 6. Cæpoll. cautela 38. Cacharan. decis. 130. n. 8. Tiraq. legum connubial. gloss. 8. numero 161. ut solum remanere videantur bona quæ superessent, subducto ære alieno, tempore mortis, quo contractus, & bonorum liquidatio collata fuerunt, & ita postquam fisco satisfactum fuerit, ex regula legis, sub signatum. §. bona. de verb. signific. l. mulier bona. ff. de iure dot. l. non possunt, ff. de iure fisci. l. fin. §. fin. autem es alienum. C. de bonis quæ liberis. Surdus, Giurba, Gratianus, Chaldas Pereira, Gutierrez, Cardoso, Mexia, & D. Pichardo, quos refert

Velasco axiomatum inris verb. bona. Rebuffus. in l. bonorum. appellatio 49. ff. de verb. signific. iunctis quæ notantur Gutierrez lib. 3. pract. quest. 60. numero 3. & 10. post Bart. in l. si constante, num. 1. ff. solut. matr. Iafonem in §. item si quis, n. 51. instit. de actio.

6 Adeo quidem, ut si nulla bona superessent tempore mortis, nullius momenti reddatur dispositio, ex tex. in litem quod Sabinus. §. 1. ff. de hered. instit. vbi distributo asse inter institutos, & postea alio instituto, eis verbis, ex reliqua parte hæres esto, tradit Iuriconsultus quoniam cum nihil reliquum sit, ex nulla parte hæres erit, & facit textus elegans in l. deducta 58. §. quod ex hereditate. ff. ad Senatusconsult. Trebellian. vbi qui grauatur restituere quod supererit ex hereditate, non debet restituere fructus, & ratio est, cum ea verba quæ ad diminutionem adiecta. fructuum augmentum non recipiant, quod videtur denotari illud quod est conferre maioratum in tempus mortis, ut fiat ex duabus tertijs partibus, quæ tempore mortis superessent, respicere diminutionem maioratus, ut ex eo non possit detrahi debitis & obligationibus antea in fauorem fisci contractis, argumento eorum quæ notantur Socinus iunior, Simon de Prætis, Decianus, Cephalus, Hippolytus Riminaldus, Pedroch. Marcabrunus & Peregrinus quos refert D. Castillo tom. 4. controuers. capite 40. num. 15.

7 Et pondero similiter textum in l. cum pater 79. §. dulcissimis, de leg. 2. vbi cum quis relinqueret fratribus suis omne quod ex materijs bonis ad eum pertineret, quidquid ex eis bonis alienasset, fideicommissò non comprehenditur. Adde quæ notantur Bart. in l. demonstratio. §. 1. num. 18. ad fin. ff. de condit. & demonstr. Forner. lib. 1. solutio. cap. 3. Gregor. Lop. gloss. 95. l. 26. tit. 16. part. 3. Didacus Perez gloss. 5. in l. 1. titulo 4. lib. 3. ord. Azevedo cons. 1. num. 32.

8 Et facit d. l. deducta. §. fin. ff. ad Trebell. vbi grauatus restituere quod ex hereditate supererit, si quid hereditatis hypothecæ, vel pignori supposuit, non tenetur id redimere, si absque fraude fecerit. Vide Cuiac. lib. 2. obseruat. cap. 10. & 20. & quod ex Ruin. lib. 4. cons. 165. ad fin. & alijs notauit Menochius lib. 3. præsumpt. 32. num. 4. & quod in hærede admissum est, multo magis procedet in ipso institutore primogenij ad eius bonorum alienationem, cum quis sibi referuauit de bonis disponere, & ex eis quæ superessent tempore mortis, voluit instituere maioratum, & ipse bona fisco obligauit. nam ex doctrina Alberici in Dictionario, verb. reliquum, hoc verbum refertur ad nihil, si nulla bona superessent. Et quamuis Surd. cons. 308. numero 42. & decis. 65. num. 4. tradiderit reliquum comprehendere totum quod erat tempore contractus, id non procedit, quando reliquum confertur in certum tempus, ut in hoc casu tempore mortis, & facultas alienandi & obligandi bona referuata fuit.

9 Præterea, nam utcumque maioratus censetur irrevocabilis, id procedit quoad potestatem eorum, qui maioratum instituerunt, non verò quoad dispositionem legis, nam ea multoties limitat maioratum, quod non posset facere fundator, ut animaduertit Molina lib. 4. de Hisp. primog. cap. 2. num. 80. & probatur aperte l. 17. Tauri, vbi postquam expressum fuit, ex quibus causis manet irrevocabilis maioratus, statim subiungit limitationem duobus casibus, quando referuatio fieret alienationis bonorum, aut ex alia causa, propter quam ex legibus nostris donationes perfectæ reuocantur, & ponit exemplum D. Molina lib. 4. de primog. cap. 2. num. 82. ad hoc ut maioratus, qui alias irrevocabilis erat ex hominis dispositione possit reuocari ex ipsa lege, videlicet quando maioratus fieret ex tertio & quinto, & ex post facto bona diminuerentur, nam cum

cum ex natura meliorationum proueniat, ut valor bonorum attendi debeat tempore mortis, nõ verò quando promissio fit, ut decisum extat l. 23. Tauri, quæ hodie est l. 7. tit. 6. lib. 5. Recop. ideo quantumvis promissio & melioratio censetur irrevocabilis, quia facta fuit ratione matrimonij, tamen ex lege reuocabilis & minuenda pro rata diminutionis bonorum mortis tempore. Nota verba Molinæ ibi, *Secundus casus, ex quo maioratus semel perfectus, absque regia tamen facultate institutus reuocari, seu limitari potest, est diminutio bonorum institutoris ex post facto contingens. Cum enim valor tertij & quinti secundum tempus mortis estimandus atque considerandus sit, ex l. 23. Tauri, consequens est, ut si eo tempore bona maioratus institutoris diminuta sint, maioratus etiam alias irrevocabilis effectus diminuendus sit pro rata diminutionis patrimonij ipsius institutoris, quod ex l. 23. Tauri palam deducitur.*

10 Ex quo infert Molina d. num. 82. explicationem ad id quod tradiderat lib. 1. cap. 10. num. 11. ut quod admittit quando pater ex contractu inter viuos fecit maioratum tertij & quinti bonorum, cum clausula, ut reuocari non possit; adhuc tamen possessor maioratus obligatus erit ad soluendum æs alienum fundatoris, et si post institutionem maioratus contraherentur ex eo quod ad tertium, ut quintum, ut deduci & computari possit, debeat mortis tempus attendi, ut colligitur ex verbis ibi, eo namque casu cum in tertium & quintum, secundum valorem bonorum, quæ tempore mortis supererint, considerandum sit, constat ipsum maioratum pro rata debitorum quæ institutor denuò contraxit, diminuendum esse, sicque in effectu, ad eadem debita persoluenda maioratus successorum adstrictum remanere.

11 Et hanc limitationem referunt, & sequuntur Ioan. Gutierrez. de iuramento confir. 3. part. cap. 15. numero 33. vers. qua limitatio. Angulo in l. 5. gloss. 4. numero 1. & 2. eis verbis, *maximè cum tertium sit quota bonorum l. subsignatum. §. bona. ff. de verb. signif. & intellige debita hic prius esse deducenda, non solum quæ contracta fuerunt per meliorantem ante factam meliorationem, quantumcumque irrevocabilem; dum tamen debita necessaria fuerint citra dolum & fraudandi animum contracta, nam cum melioratio sit indicanda secundum bona relicta tempore mortis, interim melioranti libera administratio non interdicitur; dicam in l. 7. infra gloss. 2. licet contrarium inaduertenter tradiderit Mieres 1. p. quæst. 24. numero 25. & idem obseruat in l. 7. gloss. 4. numero 1. ibi, al tiempo de su muerte. Poterit ergo pater interim disporre de bonis, seu quouis titulo alienare, omni fraude cessante, quod est notabile, nam re vera donatio tenuit à principio irrevocabiliter. l. 1. supra; & tamen inuito donatario possibile est quod donatio euanescat, si parentis facultates cessante fraude decreuerint, nam filius alienata reuocare non poterit, & hoc tenuit Castillo hic in principio, & Gomez in leg. 17. Tauri, numero 20. Aluarado de coniecturata mente defuncti libro 3. capit. 2. num. 56. in vers. ea tamen, ubi in hæc verba scripsit, *Ea tamen quæ diximus circa diminutionem, vel extinctionem meliorationis iam facta, eo casu intellige, quo mortis patris tempore bona eius diminuta non reperiuntur. Caterum, si diminuta reperiuntur, cum ex leg. 23. Tauri, quæ hodie in noua legum recollectione habetur in leg. 7. tit. 6. lib. 5. valor tertij & quinti secundum tempus mortis considerari debeat diminutio ex post facto contingens ipsas meliorationes. & maioratus institutos usque ad tempus disponentis mortis minuit, easque ad eius patrimonium reducit ex debitis: ergo tam ex contractibus, quam ex delictis postea ortis meliorationis, vel maioria ante facta diminutio sit, ut filiorum legitime omni tempore salua sint, & in earum fraudem aliquid fieri non possit, ut veriscentur verba notabilis, & ad hoc nonè considerata**

l. 8. tit. 4. part. 5. ibi, en tal manera que toda via fiquen en saluo a los hijos la su parte legetima como despues de su muerte, & post prædictos idem tenet & probat D. Castillo lib. 4. controuers. c. 35. n. 58.

Vnde quoad computationem tertij & quinti, non possunt bona considerari tempore mortis, quæ fisci pignoribus, hypothecis & obligationibus subiacent, cum etiam in dote, donatione propter nuptias, & in aliis donationibus quæ ad collationem bonorum pertinet, adhuc ad deducendam meliorationem tertij & quinti non computantur bona quæ conferuntur, ex l. 25. Tauri, quia tempore mortis iudicantur extra patrimonium eius, qui fecit meliorationem, et si postea conferre teneatur qui hæreditatis illius partem intenderit, consequi, ut eius rei reddens rationem rectè considerauit D. Castillo lib. 4. controuers. cap. 16. num. 40. & 41. quasi tunc melioratio non esset ex propriis bonis, sed ex alienis, quæ tempore mortis testatoris erant filie propter dotem, aut donatarij, quod idem in eis quæ obligata sunt, pignori, vel hypothecæ supposita similiter procedit.

Quod equidem eo argumento confirmatur, nam quemadmodum hæc bona, ex quibus tertium & quintum deducendum ad maioratum usque ad mortem eius institutoris ære alieno diminuta fuerunt, si auerentur, deberet augmentum cedere in utilitatem tertij & quinti, quod in tempus mortis collatum fuit, ita & diminutionem debet dictum tertium & quintum sustinere, arg. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iuris, & in terminis probarunt Angulo de meliorationibus in l. 7. gloss. 1. numero 28. & Matienzo in d. l. 7. tit. 6. lib. 5. Recop. gloss. 6. numero 6. & post eos probauit D. Castillo tom. 4. controuers. d. cap. 16. numero 50. ibi, sicut tertium & quintum potest crescere in utilitatem & commodum meliorati, ita & decrescere in eius damnum, ne res claudicare dicatur. & idem D. Castillo similiter resoluit d. tom. 4. cap. 35. numero 52. eis verbis. *Nam quemadmodum melioratio debetur filio meliorato, etiam ex bonis postmodum augmentatis, & ita commodo eius cedit augmentum; sic etiam & minuitur si bona quoquo modo diminuantur, ut diminutio equaliter ad eum pertineat, & faciunt quæ de eadem ratione augmenti & diminutionis notarunt Doctores per textum ibi in l. si ex toto. ff. de legat. 1. Natta cons. 253. n. 4. Surdus cons. 255. n. 3. & cons. 128. n. 10.*

Nec obstabit, si aliquis opponat, ut quamuis in pactis nuptialibus conuentum esset, maioratum faciendum de duabus tertiis partibus bonorum quæ parentes haberent tempore mortis, tamen postea in instrumento, quod pro executione prædictæ conuentionis factum, fuit maioratus institutus ex duabus tertiis bonorum partibus, quæ habebant, & haberent tempore mortis, aliquibus bonis specialiter designatis, & adiecta clausula. *De constituto, ex qua cum dominium & possessio transferatur, videtur non potuisse post nuptialem pactationem bona obligari ab institutore maioratus, qui ex dicta clausula videtur ususfructus constitui, ex quo creditor, cum pignori, vel hypothecæ bona supposita, excludendus, ut argum. l. quisquis. C. de donat. ex Decio, Parisio, Bologneto, Corneo, Menochio, Petro Gregorio, Tiraquello, Molina, Gregorio Lopezio, Rebuffo, Mascardo, & aliis pluribus probauit Ant. de Amato variar. resolut. 26. num. 3. maximè quando certa bona assignantur maioratui, ut in hoc casu factum fuit, iuxta opinionem Anguli de melioration. in libro 7. gloss. 4. num. 4.*

Hoc autem quod vrgere videtur, facile poterit explicari, si consideres quamcumque extensionem factam in instrumentis executionis pacti nuptialis esse limitandam, & reducendam, ad ipsum pactum, argum.

text. in l. si stipularis, ff. de usuris. ibi, Quia non est verosimile plus venditorem promississe, quam iudicio empti prestare compelleretur, l. in conuentionibus § 2. ff. de verb. oblig. eis verbis, Enimvero pratorie stipulationes legem accipiunt de mente pratoris qui eas proposuit. & ibi, Denique pratoris stipulationibus nihil immutare licet, neque addere, neque detrabere. ex quo textu Bartolus desumit, vt si aliquid addatur, vel detrahatur ab eo quod non erat ab edicto Pratoris limitatum, vel aliqua lege, sed in iudicis cognitione positum, tunc remanet stipulatio pratoria, quæ solum pendet ex mente Pratoris.

16 Ex qua ratione notauit Franchis *decis. 208. num. 5.* satisfationem iudicalem, etsi amplissimis verbis conceptam, ad nihil aliud referendam, quam quod comprehendit decretum, cuius virtute satisfatio datur, & id expressè respexit l. 7. tit. 20. lib. 2. *Recop.* ibi, y mandamos, que de aqui adelante no se de lugar que los escribanos de la audiencia estierdan las fiancas amas de lo contenido en los autos que los luezes dieren; vnde ad pactum nuptiale aded referenda institutio maioratus, vt si promittens & paciscens decederet, absque eo quod maioratum institueret à iure, pro facto haberetur, virtute pactionis, l. 22. *Tauri*, vnde solum maioratus referendus ad nuptialem conuentionem.

17 Sed etiam si maioratus fieret, & pactum nuptiale quibuscumque verbis generalibus, quæ possent comprehendere bona præsentia, & futura tempore mortis, cum verè bona tradita non fuissent, licet computatio bonorum fieri deberet tempore pacti nuptialis, adhuc tamen debita fundatoris maioratus prius deducenda sunt, quam possit maioratus effectum habere, ex l. fin. §. *Lucius Titius*, ff. de donat. ibi, *Lucius Titius fundum Mania donauit, & ante traditionem eiusdem fundum post paucos dies Seio pignori obligauit, & intra dies triginta Maniam in vacuam possessionem eius fundi induxit. Quæro, an donatio perfecta sit & respondit secundum ea, quæ proponerentur, perfectam esse, verum creditorem firmam pignoris obligationem habere, cuius textus argumento in propriis terminis maioratus, ex causa onerosa facti idem resoluit Melchior Phæbos *decis. 84. num. 8.* & idem tenuit Mastrillus *decis. 211. num. 26. & 27.* adducens gloss. in l. 1. *Cod. de iure fisci*. Bartolum, Plateam, & Beroium, & ex Decio, Celso, Tiraquello, Milanensi, Guterrio, Peregrino, Mieres, Tuscho, Menochio, Fontanella, Carrocio, Franchis, & aliis, pro exornatione dicti §. *Lucius*, notauit Anton. de Amato *variar. resolut. 26. num. 2.**

18 Nec aliquid contra suadet clausula *Constitutum*, nam licet plures ex interpretibus in l. 17. *Tauri*, tenuerint constitutum operari etiam in bonis futuris, quando factum fuit de omnibus bonis, præsentibus, & futuris, vel simpliciter & absolute appositum, idque tenuerunt Molina, Mieres, Matienzo, Tellus Fernandez, & Velasquez, quos refert Ioannes Gutierrez. lib. 3. *præctico. quest. 65. numero 28.* id tamen, vt ille notauit, num. 29. ex illorum sententia procedit, non ex die constituti, sed ex tempore acquisitionis, quia impossibile est quod dominium transferatur à constituyente in eo, quod illi non fuit iam acquisitum, vt ex Rolando à Valle lib. 1. *conf. 79. num. 46.* & ex communi sententia Telli Fernandez notauit Gutierrez, & constitutum non posse effectum habere in bonis futuris, ego probaui 1. *part. decis. 10. num. 22. & 33. & 2. part. decis. 52. num. 17.* & cum maioratus fieret ex duabus tertiis partibus bonorum parentum, quæ tempore eorum mortis superessent, videntur vsque ad illud tempus bona in eodem statu manere, & in dominio constituentis, vt medio tempore ille posset bona suis cre-

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fiscal. Pars 11.

ditoribus obligare, vt tradunt Bolognetus *consil. 7. num. 22. & 23.* Siluanus *conf. 97. num. 4. vers. ex quibus.* Gabriel lib. 2. *conf. 109. num. 8. & 11.* Guido Papæ *decis. 268.* Tiraquell. *de constit. ampliatis. 15. num. 1. & 2. & ampliatis. 17. num. 1. & de retract. conuent. §. 2. gloss. §. num. 87.* Hippolytus Riminald. Marcabrunus, Gofredus, Cornazanus, & alij, quos refert Amatus *resol. 26. num. 4.*

Quia tunc velut conditionale constitutum iudicatur, quod ex Hondedeo probat in terminis nostri casus, quando donatio collata in tempus mortis donantis, & confirmat num. 5. etiam si constitutum opponeretur cum clausula, *Nunc pro tunc*, & è conuerso, quia licet cum eueniret casus, retrotractio fiat ad tempus donationis, id quando res medio tempore manet in eodem statu, tamen si non manet, sed interim ius hypothecæ fisco quæ situm est, vt in hac quæstione, cessabit regula retrotractionis ex fisci præiudicio, vt ex Tiraquello, Costa, Surdo, Badellono Milanensi, & Monte, probauit Amato *ubi proxime, n. 6.*

Et in donatione quæ ad mortem confertur, cum clausula de constituto, *Nunc pro tunc*, eo non obstante dominium, nisi sequuta morte, non transferri, ex Gabriele, Gofredo, Bologneto, Siluano, Hondedeo, Marcabruno, Cornazano, & Hippolyt. Riminaldo, tenuit idem Amatus *tom. 7.* confirmans exemplo excommunicationis, & dationis in solutum, adductis Grassis, Tiraquello & Morotio, quia non ligat excommunicatione lata, *Nunc pro tunc*, nisi adueniente tempore, in quo iubetur aliquid fieri, & datio in solutum facta per debitorem creditori in casu quo termino præfixo debitor non solueret, cum clausula constituti, *Nunc pro tunc*, & è contra, non transfert dominium antequam solutionis tempus adueniret,

Vnde rectè interim institutor maioratus, qui dominus bonorum remansit, potuit ea suis creditoribus, & fisco obligare, vt prædiximus, & quia constitutum vt accessorium actui, debet iuxta illum conditionale iudicari, nec aliquid operatur ante aduentum conditionis, id est, mortis, ex traditis à Cassaneo in *consuetud. Burgun. rubr. 7. num. 9.* Gigas *conf. 158. num. 20.* Tornicellus *conf. 106. num. 60.* Marcabrunus *conf. 31. num. 54.* Anton. Gabriel *comm. opinionum tit. de empt. & vendit. concl. 2. n. 10.*

Deinde nihil faciet fuisse aliqua bona expressa & assignata, vt in eis maioratus consisteret, nã cum promissio esset indefinita faciendi maioratum de duabus tertiis partibus bonorum parentis, quæ tempore mortis manerent, etiam si aliqua bona assignarentur, id non mutauit substantiam promissionis maioratus, & ita quemadmodum, si nulla facta fuisset assignatio, promissio de duabus tertiis partibus bonorum tempore mortis subiaceret augmento & diminutioni ac tempus mortis, ita etiam debent subiacere bona assignata, vt notauit Angulo *de meliorat. in l. 3. glossa 2. n. 4.* ibi, *Assignatio autem, de qua in nostro textu, reuocari poterit per assignantem, cum non consistat in ea substantia meliorationis, licet melioratio alias irrevocabilis sit ex constituto, vel traditione scriptura; sed si esset eiusdem rei assignata traditio facta, reuocari non posset assignatio, cum in eam sit iam substantia donationis transfusa, vt de ea esset iudicandum tanquam si ipsa donata esset, vt bene probat Tellus in leg. 20. Tauri numero 14. nam cum reuocari assignatio non possit in re assignata, leg. perfecta donatio, C. de donat. que sub modo, & perit; augetur, vel minuitur lucro, vel damno donatarij, vt & quævis alia res donata perfecte, arg. legis 1. cum alijs, C. de periculo, & com. rei vendita, iuncta dicta lege perfecta donatio; si tamen res assignata minus valeat, quam donatio, suppleri debet, quemadmodum & debet diminui,*

D

B

si valeat plus, ut dicam infra gloss. 6. nam traditio rei assignata solum operatur perfectionem quoad suam partem, in reliquo prior donatio quora supplenda erit.

23 Et idem admittit & comprobat D. Castillo tom. 4. controuers. cap. 35. num. 60. & 61. vbi tradit opinionem Anguli in l. 7. gloss. 4. num. 4. nihil mouere, quippe procedit in donatione rei certæ, in qua consistit omnis substantia donationis, & ratio differentie apparet, quia donatio tertij, & quinti, cum ad tempus mortis referatur executio, ex illo pendet, vt crescat, vel decrescat; secus verò in donatione certæ rei, nam illa non recipit augmentum, quamuis subiaceat diminutioni: nam si tempore mortis res donata excederet tertium & quintum, quia fuissent debita donantis, esset diminuenda pro rata, vt rectè distinguit D. Castillo d. tom. 4. cap. 16. num. 56.

24 Et in melioratione notauit D. Castillo dict. tom. 4. cap. 5. num. 33. ex decisione Senatus Hispanensis, ibi, Quia sicut res assignata potest rescari in eo quod excederet tertium & quintum, ita & suppletio fieri debeat ad valorem tertij & quinti. & reddit rationem nobis aptissimè quia demonstratio non est de substantia meliorationis, sed demonstratur res in qua fiat executio, & omnia debita meliorantis vsque ad mortem contracta esse soluenda, vt possit melioratio tertij & quinti effectum habere, expresse decisum l. 11. Tauri. quæ tam in fauorem creditorum, quam hæredum lata fuit, vt agnoscunt Tellus Fernandez in ead. numero 4. Matienzo in l. 5. tit. 6. lib. 5. Recopil. glossa 5. num. 3. Angulo de meliorat. in d. l. 5. gloss. 4. num. 4. qui tenet, etsi melioratio tertij & quinti sit irreuocabilis, debita meliorantis ante omnia esse soluenda, nec obstat contrarium tenuisse Mieres, Molinam Iesuitam, Gutierr. qui alios recenset, & refert D. Castillo d. 35. n. 45. nam ille improbat per totum caput, maximè num. 69.

25 Nec prædicta turbabit l. 29. Tauri, quæ videtur facultatem concedere, vt æstimatio bonorum ad computationem fiat tempore mortis, vel donationis, aut promissionis, pro vt magis expedierit donatario, quia in nostro casu decisio eius legis, quomodocunque accipiatur, procedere non potest, cum expresse pacto nuptiali comprehensum esset, cum parentes matrimonium filij paciscerentur, & maioratum faciendum de duabus tertijs partibus bonorum, quæ tempore mortis eorum extarent, promitterent.

26 Sed etiam dict. l. 29. non est indiffinitè accipienda, & induci non potest ad meliorationem tertij & quinti, aut maioratus institutionem, cum expresse loquatur in dote, donatione propter nuptias, aut alijs donationibus, quæ à filiis in collationem contribuendæ, quando velint consequi partem hereditatis parentum; iubet tamen vt dos, vel donatio inofficiosa restituatur cohæredibus in eo quod excederet legitimam, & ad hoc electionem concedit ei, qui dotem recepit, vt possit sibi illam conseruare, eligendo tempus, quo dos data fuit, vel mortis eius qui dotem dedit, & inde aperte constat prædictam legem procedere, vt dotes tueretur, & conseruaret illis, qui eas receperunt, cum ad finem tradiderit in reliquis donationibus vltra dotem ad hoc, vt inofficiosa debeant iudicari, semper bonorum computationem & valorem fieri oportere tempore mortis donantis, ex quo dict. l. 29. in consequentiam adduci non potest ad nostrum casum, vbi non loquimur in dote, sed in pacto nuptiali de instituendo maioratu in fisco, qui nuptiis collocabatur.

27 Et generaliter eius textus decisionem trahi non posse ad meliorationem tertij & quinti, improbat D. Molina, notauit Angulo de meliorat. in l. 7. gloss. 1.

tit. 6. lib. 5. Recopil. num. 25. eis verbis. Molina lib. 4. cap. 2. num. 82. versic. hæc tamen omnia, limitabat etiam decisionem huius textus, vt ex eadem ratione dotis non procedat in melioratione facta filio, ex causa onerosa matrimonij, quam dicit non posse minui, etiamsi bona meliorantis quocumque casu, fraude etiam cessante, decreuerint, cum melioratus pro conseruatione sua meliorationis possit eligere; vt valor tertij & quinti, non secundum tempus mortis, sed secundum tempus facta meliorationis, consideretur, ex dict. leg. 1. tit. 8. infra. Sed hæc extensio periculosa videtur, verius enim est quod etiamsi melioratio esset facta ex causa onerosa matrimonij, decisio huius textus seruanda sit, vt quantumcumque esset tradita, secundum bona presentia sit diminuenda, si bona decreuerint tempore mortis: nam textus in dict. leg. 3. specialis est in dote, nec procedit in alia quavis donatione, etiamsi esset propter nuptias, cum textus de omnibus prius loquutus excipiat in hoc solum dotem, in reliquis autem præcipiat attendi solum tempus mortis, vt textus explicat in fine; neque est par ratio dotis & meliorationis ex causa onerosa, imò nec donationis propter nuptias, aut alias pro legitima, cum in his cesset ius mariti qui possidet dotem titulo oneroso, quem lex considerauit. & idem respondens dict. leg. 29. Tauri, & Molina, tradit Ioann. Gutierr. libro 3. practic. quest. 102. numero 10. eis verbis. Apud me tamen hæc opinio scrupulo non caret, cum videam dict. leg. 29. Tauri eam prerogatiuam atque electionem tribuere tantum dotibus, easque recipientibus, non verò donationibus propter nuptias, nec ceteris donationibus conferribilibus filijs factis, vt planè habet litera dicta legis 29. Tauri, quasi fauor hic non tantum matrimonio, sed dotibus simul factus sit à lege, ac proinde tempus tantum mortis quoad valorem bonorum meliorantis, etiam ex causa onerosa matrimonij inspiciendum, ac considerandum esset.

Denique quæ supra num. 1. & seq. contra obiecta fuerunt, nihil obstabunt, quia fatemur valere pacta nuptialia, & maioratus institutos manere irreuocabiles, nec etiam ex consensu primi vocati posse ex debitis postea contractis diminui; sed hoc procedit in maioratu iam facto, & in esse producto, ex rebus certis, non verò, vt in nostro casu, in maioratu, qui instituitur ex tertio, & quinto, aut ex duabus tertijs partibus bonorum, quæ superessent tempore mortis, nam tunc expressa conuentione & in tertio & quinto inest ex ipsa natura rei & legali dispositione vt liquidatio fiat tempore mortis, idque etiamsi ex pacto nuptiali maioratus fiat, in quo notandus D. Castillo, qui sequutus Molinam d. cap. 35. numero 59. vt explicaret modos, quibus maioratus sunt irreuocabiles, vt in legibus 17. & 44. Tauri, existimat quando fiunt ex causa matrimonij, quia potest eligi tempus promissionis, ex l. 29. Tauri, tunc non attendi mortis tempus, vt bona diminui valeant, quippe iam notauimus dict. l. 29. quoad illud solum in dote procedere, non verò in reliquis donationibus, aut maioratibus, quæ ex pactis nuptialibus fierent, quia tunc omnia supradicta procedunt.



ALLEGATIO LXXVII.

De salis pretij augmento.

1. Salis excellentiam Christus Dominus noster denotauit Mattheo 5.
2. Sal symbolum eternitatis.
3. Sal in sacrificijs, vt res diuina adhibeatur.

Sal

- Sal amicitia symbolum in conuiuijs & connubijs ap-
poni solebat.
Vxor Loth quare in salis statuam conuersa.
- 3 Salis maxima necessitas, & pro moneta plures sale vsi fuerunt.
 - 4 Inuidia populorum salis causa.
 - 5 Populi grauius dolent, & in rebellionem incenduntur, si sal adimatur.
 - 6 Gabellarum varia seditiones, & querela propter vectigal salis.
Principes qui vectigalia salis remiserunt ad subditorum gratiam conciliandam.
 - 7 Sal & salinae sunt de Regalibus.
c. 10. lib. 1. Machabaeorum.
c. 11. lib. 1. Machabaeorum.
l. 1. ff. quod cuiusque vniuersit. nomine.
l. liber homo, §. 1. ff. de heredib. instit.
l. sed et si, ff. de publican. & vectigal.
l. inter publica §. 1. ff. de verbor. signif.
l. si quis, C. de vectigal. & commiss.
c. 1. tit. que sint Regalia in vsib. feud.
c. super quibusdam, §. praterea, de verb. significat, & num 8.
l. 1. tit. 28. p. 3.
l. tit. 13. lib. 6. Recop.
l. 19. titulo 8. lib. 9. Recopilation. & numero 21. & 26.
l. 2. titulo 13. libro 6. Recopilation. & numero 8. & 21.
 - 8 Vasalli non possunt sine privilegio Regis salinas obtinere.
 - 9 Regalia sine Regum concessione non possunt a priuatis obtineri.
 - 10 Privilegia omnia possunt reuocari quando sunt contra ius publicum.
l. ius publicum ff. de pactis.
l. 2. §. ius Reipublica, ff. de administrat. rerum ad ciuitat. pertinent.
l. 2. C. de conueniend. fisci debitor. lib. 10.
Publica utilitas prevalere debet priuate.
l. actione, §. Labeo ff. pro socio.
l. de pupillo. §. si quis riuos, ff. de noui operis nunt.
Authent. res qua, C. communia de legat.
l. unica §. final. C. de sacros. Ecclesijs.
 - 11 Privilegia incipiunt esse nocina quando ledunt publicam utilitatem.
c. suggestum, de decimis.
c. quanto de censibus.
l. §. tit. 20. p. 1.
l. 43. tit. 18. p. 3.
 - 12 Publica utilitatis causa in omni dispositione reseruata.
l. fin. C. de cursu publico, lib. 12.
 - 13 Pretium salis statuere ad Principem spectat.
l. 1. §. cum carnis, de officio Praefecti urbis.
l. 6. tit. 6. lib. 2. Recop.
l. 2. & 14. tit. 6. lib. 3. Recop.
l. ammonam, ff. de extraord. crimin.
l. nemorum 18. §. Irenarcha, ff. de muner. & honor.
l. non debere, ff. ad municipalem.
l. decuriones 6. ff. de administr. rerum ad ciuit. pertinent.
 - 14 Ecclesiastici tenentur taxis victualem a Principibus secularibus factis, & n. 18.
 - 15 Hispania abundat optimo sale.
l. 9. tit. 8. lib. 9. Recop.
Dictio nullus comprehendit omnes casus, qui alia non comprehenderentur.
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.
 - l. si is qui ducenta, §. virum, ff. de rebus dubijs.
Authent. de alienat. & emphyteus. §. sanctissimos, collat. 6.
Negativa plus habet roboris, & negat, quam affirmat vniuersalis affirmatiua.
 - 16 Lege generali possunt privilegia reuocari.
 - 17 Princeps potest prohibere, ne sal nisi a suis administratoribus vendatur.
l. si quis, C. de vectigal. & commiss.
 - 18 Ecclesiastici tenentur augmento pretij salis, quando est commune omnibus, & non ut tributum, sed ut pars rei augmentum censetur.
l. fundi partem, ff. de contrah. empt.
l. omnes, C. de operibus publicis.
 - 19 c. quod una via, de reg. iuris lib. 6.
 - 20 Salinarum primatorum in iure mentio.
l. forma, §. salina, ff. de censibus.
l. generali, §. uxori, ff. de usufruct. legat.
l. magis §. ff. de rebus eorum.
Gallia omnes salinas esse regalis Patrimonij.
 - 21 Hispania omnes salinae Regis sunt.
 - 22 Privilegia possunt a successoribus concedentium reuocari.
 - 23 Seruitiorum assertio non eximit concessionem a gratuita.
 - 24 Pecunia qua non aequialet concessionem, non facit concessionem non esse gratuitam.
l. Titius 3. ff. de obsequijs a liber.
 - 25 Confirmatio privilegij in dubio praesumitur in forma communi.
 - 26 Privilegia qua transferunt in contractum, possunt dato cambio a Principe reuocari.
l. 2. tit. 1. p. 2.
 - 27 Augmentum, ut comprehendatur concessione, debet esse eiusdem substantia.
l. fin. §. 1. de legat. 2.
l. ius civile, ff. de iust. & iur.
 - 28 Principis beneficium latissime interpretandum.
l. beneficium, ff. de const. Princip.
c. cum dilecti, de donation.
l. Rutilia. Polla, ff. de contrah. empt.
l. in lege 77. ff. eodem.
l. damni 18. §. si is qui, ff. de damno infecto.
l. fin. §. 1. ff. de legat. 2.
l. si ita legatum, ff. de auro & argento legato.
l. non modus 12. C. de seruit. & aqua.
 - 29 Augmentum immoderatum non comprehenditur concessione generali, & dicitur immoderatum, quod excedit dimidium.
l. §. tit. 20. p. 2.
l. 43. tit. 18. p. 3.
 - 30 Dictio alius arguit similitudinem.
l. si fugitini, C. de seru. fug.
c. sedes, de rescriptis.
 - 31 Concessio magni praedictij non videtur facta.
C. quia circa, de privilegijs.
C. quanto, de censibus.
 - 32 l. Lucius 44. ff. de actionib. empti.
 - 33 Salis materiae a prior ad tributa imponenda.
 - 34 Tributa salis qui imposuerunt.
 - 35 Salis tributa qui iusta dixerunt.
 - 36 Publica utilitas iustum facit tributum in sale.
Hispania Rex subditorum salutem maxime curat.

De salinis, & illarum reductione ad regale Patrimonium, & iusto pretij salis augmento à nostro Rege factò, vt alia onera tributorum excusentur pro explicacione l. 2. tit. 13. lib. 6. l. 19. tit. 8. libro 9. Recopil.

SE salis excellentia maximum testimoniũ ipse Christus Dominus noster exhibuit in Euãgelio *Math. c. 5.* loquens discipulis suis, & post eos omnibus Ecclesiæ Prælatis dixit: *vos est is sal terra, quòd si sal euenerit, in quo salietur.* quasi nulla maiori excellentia possent cõdecorari, quàm salis appellacione & mundo dati, vt à corruptione peccatorum homines præseruarent, vt sal præcauet putredinem carniũ, non verò iam putridam exulcerat, & restituit: ita solũm præseruatio salis concessa fuit; eius verò quòd perdit restitutio solius Christi est, ita explicat D. Chrysostomus in D. *Matth. d. cap. 5. liberare quippe à putredine peccatorum Christi virtutis est, vt autem ad illa iterum non reuertantur, Apostolorum cura & laboris.* cui rectè congruit, ideo Diabolum salem abhorre dicitur, & optimè ratione fundatur, quia sal æternitatis, & immortalitatis signum putredine non infestatur, sed omnia à corruptione vindicat; Diabolus verò nihil magis procurat, quàm rerum creatarum corruptionem, & dissolutionem, vide *Theatrum vitæ humanæ vol. 27. lib. 2. pag. 408. 2.* & quare Prælati dicuntur sal terræ, ex *Abulensi Matth. c. 5. q. 89. & 90.* notauit Gratian. *1. tom. discept. c. 79. n. 43. vbin. 56.* lucernas meliùs ardere sale iniecto.

Rursum, de salis excellentia Plutarchus in *Sympos. Problem. decad. 4.* tradit, in diuinationibus Religionis causa sal apponi. Et Homerus salem diuinum appellat. Et Plato scripsit salem diuinis rebus amicissimum, familiarissimũque, vt alia de salis excellentia referens tradit Erasmus damnatus *Chiliade 1. centuria 1. adagio 12.* Adde quæ ex Plutarch. notauit Gratianus *1. tom. disceptat. cap. 179. numero 49.* A proprietate, & duracione salis in eius statuam vorem Loth. conuersam esse, plures tradunt, ob æternum supplicij monumentum, vt probauit Vaderrama in *exercitiis spiritibus 1. p. cap. 10.* & ex D. Augustino probauit Gratianus *1. tom. disceptat. cap. 79. numer. 48.* Et si Lyranus in *gloss. cap. 19. Genes.* ideo in salis statuam conuersam indicat, quia hospitibus Angelis in mensa non apposuit, quod refert, quamuis non probat. Fr. Ioann. de la Puente in *conuenientia vniuersæ Monarchia lib. 3. capite 21. §. 3. in margine.* Et symbolum fuit sal amicitie apud Græcos, & ideo hospitibus apponebant. *Alex. lib. 5. Dier. genial. cap. 21.* ex Homero in *Odissea*, & aliis notauit Manutius in *adagio, Ne salem quidem dederit.* Adde quæ ex Plinio, Varrone, & Alexandro notauit Gratianus *1. tom. discept. cap. 179. numero 52. & num. 50. & 51.* vt in connubiis antiqui vterentur sale quasi amicitie vinculo.

De necessitate salis testimonium exhibet Adagium antiquum, *quod sal carni*, quod significari solebat aliquid esse peculiare alicui rei, vt si dicamus veritatem esse proprium condimentum historie, vt sal carni. Et Varro *lib. 2. de re rustica*, tradit, *suibus animam datam pro sale, qua serualet carnem*, vt de Philone notauit Manutius *adagio predicto pag. 1348.* vbi ex Nicepho-

ro Calisto tradit: *Sal fatuus sumitur pro homine insipido, & nullius utilitatis*, & ex eodem Varrone, & Plinio *lib. 21. natural. histor. cap. 7.* Erasmus damnatus *Chiliade 4. cent. 5. adagio 87.* refert prouerbiũ, *sal & caseum edere*, quasi in conuiuiũ nihil deesset, si habeat salem, panem, & caseum, vt aliud non requirebat Xenocrates. Et aded in æstimatione, & necessitate apud omnes est, vt plures pro moneta sale vterentur. Thaces sale mancipia commutabant, Cælius Rhodiginus *lib. 15. antiq. historia, cap. 19.* Manutius. Sed eodem modo sale pro moneta vtuntur Ethiopes, quia aqua illos rara est, & æstimatio conciliatur raritate. Fr. Hieronymus San Roman in *Republica Ethiopia, capit. 13.* & eadem moneta salis vtuntur Tartari in eorum Republica, *cap. 7.* & de illius vsu, & æstimatione in Republica Venetorum *c. 8.*

Et aded ex sale opulentia, seu inuidencia, vt tempore Nicamisti Bohemie imperantis inuentus fuit aquis falsis fons scaturiens, & ibi plures homines nouo oppido incolendo congregati, vt hodie à sale oppidum *Slana* vernacula lingua nuncupatum; & eorum æmulantes lautiorẽ fortunam Zatecenses per inuidiam Slanenſibus denuntiarunt, ne salinas instituerent, alioquin nouum opus se manu violenta inhibituos: sed adhuc Slanenſes instarunt, & plures ex aduersariis secum congressos interficiunt, & tunc diffimularunt Zatecenses, & postea salis fontes robore lignorum, molèque lapidum obstruxere, & corrumpere, oppidoque occupato colonos, qui salis causa venerunt eò, deduxere, vt ab illo abirent, tradit Dubravius *lib. 2. Historia Bohemia*, inter plura bella, & diffidia inter populus salis causa, cum eius necessitas ad arma compelleret. Strabo *lib. 7.* tradit, Autariatæ Illyricorum gens amplissima cum Ardeis olim assidue salis causa belligerabant, quia in eorum finibus coagulatur ex aqua; conuenerat autem inter eos, vt per vicissitudinem congelatorio vterentur loco, conuenta verò transgressi manus iterum conseruere.

Vnde maxime, & grauitè populi premuntur, si sal à Principibus adimeretur, vt apud Indos Occidentales ille maior causa fuit, vt Hispani nouum orbem & Imperium Mexicanorum conquirerent, quia Motezuma vltimus Imperator salem populis Tlaxcaltenſibus prohibuerat, & illi indignati Hispanos associarunt, eisque auxilium præbentes contra Mexicanos, quo Noua Hispania subiugata fuit, vt de Tlaxcaltenſibus omnes Indorum historie testantur, & in terminis, vt salis prohibitio damnum hoc Mexicanis irrogaret, scripsit Fr. Hieron. de S. Roman. *lib. 3. Reipub. Ind. Occidental. cap. 1.* Hinc consequens est, quod ex Emilio, & aliis refert Pineda in *Monarch. Ecclesiast. lib. 23. cap. 29. §. 3.* Gantenses rebellasse contra Philipum Ducem Burgundie, Comitẽ Flandrie, quia salem prohibuit, & aded in iram, & pertinaciam vasalli processerunt, vt multoties ad bellum se conferrent, vt in vno conflictu viginti mille Gantensium interempti quo domitti, & pacati fuere. Et quia Iustinianus Ioann. Cinum Præfectum, & Gubernatorem præposuit Lariis, qui commercium salis prohibuit, sibi vsurpans, Lari ab Imperatore descuerunt, & se Regi Persarum Cosroi tradiderunt, vt refert Procopius *lib. 2. de Bello Persico*, & ab eo mutauit Pineda *Monarch. Ecclesiast. tom. 2. lib. 16. c. 29. §. 6.*

Et in Aquitania an. 1547. propter salinas & vectigalia, magna ex eis exorta seditio, vt Præfectum Henrici II. Gallie Regis rebelles trucidarunt, quorum grauissimum supplicium refert Sleidan. *lib. 1. hist. Gall.* & propter salis vectigal inuisos populo Aquitanico apud Gallos fuisse eius administratores, & in illos, & propter illos popularem seditionem plura immania,

& horrenda exercuisse, tradit Thuanus lib. 5. *histor. Gallia*, an. 1548. & commercium salis redditum fuit commune populo an. 1549. vectigalis venalis salis triente & besse definito, idem Thuanus lib. 6. & de pluribus Prouincijs & Aquitanis, qui an. 1554. salis vectigal redemerunt, idem Thuan. lib. 13. *ad fin.* quasi nihil optatius, gratiusque populo, quam in sale non grauari. Et ideo de Paulo III. Pontifice Summo, idem tradit lib. 6. vt Romanorum odium leniret, *pridie quam obiit*, vectigalia, qua salinis non sine populi gemitu imposerat, aboluit tardiori beneficio, quam vt ex eo gratiam sperare poterit. & in Neapoli Regem Ferdinandum Catholicum Anxionis debellatis, & expulsis, cum eius Regni possessionem adeptus esset, in auspicijs regnandi tributum, quod dicebatur Tumbari salis, ad populi leuamen pro qualibet familia ad Ducatum mutasse traditur, teste Zurita lib. 15. *Annal. cap. 17.* & apud Francos initio Regni Philippi Vallesij primum ex sale vectigal constitutum iuxta Chronicam Francorum, quam refert Theatr. vitæ humanæ vol. 3. lib. 6. pag. 803.

7 Ex quibus cum sal aded excellens sit, & omnibus populis maximè placeat, vt in eo maximi redditus Regis considerentur, ideo congruum fuit regali Patrimonio salinas applicari, & ideo illas, & earum sale esse de Regalibus, omni iure probatur, ex diuino lib. 1. *Machabæor. cap. 10. vers. 19.* vbi Demetrius Iudæis indulfit pretia salis, & cap. 11. vers. 35. vbi arca salinarum ad Reges pertinere traditur. De iure ciuili leg. 1. ff. *quod cuiusque vniuers. nomine, leg. liber homo. §. 1. de hered. instit. leg. sed etsi. ff. de publican. & vectigal. leg. inter publica, §. 1. ff. de verbor. significat. leg. si quis, C. de vectigal. & commiss. cap. 1. tit. qua sint Regalia, in vsibus feudor. De iure Canonico c. p. super quibusdam. §. praterea de verb. signif. De iure Hispano leg. 11. tit. 28. part. 1. l. 2. tit. 13. lib. 6. Recop. l. 19. tit. 8. lib. 9. Recop. ex Doctorum opinionibus, & sententijs omnes tenuerunt, gloss. in *Auth. de sanct. ff. Episcop. §. 1. verb. causis, collat. 9.* Castrenf. lib. 1. cons. 63. *ad fin.* Decius cons. 163. post princ. Cumanus cons. 162. num. 4. Socin. iunior vol. 3. cons. 80. num. 40. Gama, Cabedo, Tuschus, Calixtus, Ramirez, Tobias Nonius, Pancirolus, Maiolus, Deltius, Stephanus Gratianns, Menochius, Peregrinus, Sixtinus, Azeuedo, & alij plures, quos refert nouiter D. Solorzanus *de Indiar. guber. 2. tom. lib. 5. C. unico, num. 19. & 34.* & de *India. guber. 2. tom. lib. 5. C. unico, num. 19. & 34.* & de *Cuiac. lib. 3. obseruation. cap. 31. in princ.* testatur in Gallia salinas omnes proprias esse Principis, quod etiam tradit Carolus de Grassalis *de Regalibus Francia, lib. 1. inst. 20.* & Bernardus Gomezius *in tract. de sale, tradit salinas inter iura regalia connumerari Bocerus in tract. de Regalib. verb. salina, alia adducit Petrus Barbosa idem comprobans in l. diuortio, §. si vir, n. 28. ff. solut. matrim. & apud nos expressè decisum d. l. 2. tit. 13. lib. 6. Recop.**

8 Vnde fit, quia ad solum Principem salinae pertinent, non possint eas possidere vasalli, nisi Regum concessione, & priuilegio, vel consuetudine immemoriali, quæ vim illius habeat, *capite super quibusdam 20. §. praterea, de verb. signif. eis verbis. Salinaria qua non apparent Imperatorum, vel Regum, vel Lateranensis Concilij largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine à tempore, cuius non extat memoria, introducta.* Et idem expressè traditur in d. l. 2. nam quamuis Regalia, quæ competunt Regibus in signum, & recognitionem supreme potestatis, nullo modo possint prescribi, tamen quæ solum Principum Patrimonio incorporata sunt, & salinae, & alia, possunt immemoriali prescriptione adquiri, & hanc distinctionem ex D. Couar. Greg. Lopezio, Didaco Pereiro, Auendaño, Ioanne Garcia, Mieres, Barbosa, & alijs pluribus probauit D. Castillo *de Tertijs, cap. 27. n. 67.*

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

Et in omnibus Regalibus generale est, vt sine speciali concessione Principum non possint à priuatis obtineri, vt notarunt Lucas de Peña in l. quicumque, n. 2. C. de fundis limitrophis, lib. 11. Sixtinus de Regalib. lib. 1. c. 5. n. 1. Mastrill. de Magistrat. lib. 1. c. 14. n. 3. Balzaran. *ad titulum. Qua sint regalia, in rubrica n. 18.* Cabedus 2. p. decis. 41. n. 3. Capicius decis. 77. n. 12. *ad fin.* & passim DD. *ad tit. Qua sint regalia.*

Ex quo cum causa publica suadet, possint omnia à priuilegia reuocari, nec sustineantur cum præiudicio iuris publici. *l. ius publicum, vbi DD. ff. de pactis, leg. 2. §. ius Republica. ff. de administ. rer. ad ciuit. pertinent. leg. 2. C. de conueniendis fisci debitorib. lib. 10. Bald. in leg. iubeamus nullam. C. de sacros. Eccles. Alciat. cons. 61. Platea in rubr. C. de excus. muner. lib. 10. Surd. decis. 7. per tot.* quia semper præualere oportet vtilitas publica priuata. *l. actione. §. Labeo. ff. pro socio. l. de pupillo. §. si quis rinos. ff. de noni operis nuntiat. Authent. res qua. C. communia de legatis. l. unica. §. fin. C. de sacros. Eccles. D. Valenzuela cons. 99. n. 7. 8. & 9.*

Et quoties ex priuilegio laederetur publica vtilitas, tunc priuilegium inciperet esse nociuum, quo casu sine dubio reuocatio procedit, & ipsum priuilegium amittitur, vt ex *cap. suggestum. de decimis. cap. quanto, de censibus. leg. 5. tit. 20. p. 1. leg. 43. tit. 18. p. 3.* vbi aperte traditur, quod tenuerunt Doctores ibi communiter, & notarunt Anchar. cons. 84. n. 4. & 5. Crauetta consil. 264. Rolandi à Valle vol. 2. cons. 1. num. 158. & 160. Bardolonus cons. 22. num. 10. Menoch. cons. 360. num. 27. Gloritijs respons. 1. part. 3. num. 191. Cæsar Barzius decis. 118. numer. 7. ex quibus tenet August. Barbof. *axioma. 81. num. 4.* ex causa publica, & vtilitate communi plura licere, quæ aliàs non permetterentur, vt ex *leg. si ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. cap. Abbate. §. fin. vers. præsertim, de re indic. lib. 6.* cum Alexandro, Alciato, Beroio, Hippolyto, Porcio, Gailio, Petra, Ponte, Cacherano, & alijs pluribus notauit D. Castillo *tom. 7. de Tertijs, c. 9. num. 23.*

Tam, quia causa publicæ vtilitatis in omni dispositione, & omni tempore videtur semper excepta, & reseruata. *leg. fin. C. de cursu publico. lib. 12. Barbatia vol. 1. cons. 7. n. 7. & vol. 3. cons. 30. num. 9.* Afflict. *dec. 219.* Hippolyt. *in praxi crimin. §. ag. gredior. n. 61. vsque ad 74.* ita vt nec exemptio, nec priuilegium attendatur contra ius publicum, *Iason in leg. ex toto, num. 11. ff. de leg. 1. Beroius vol. 3. cons. 185. num. 4.* Rolandus *vol. 2. cons. 5. n. 29.* Gironda *de priuilegijs, n. 97.* ex Bartolo, Baldo, Angelo, Platea, Floriano, Ludouico Romano, Alexandro, Felino, & alijs notauit Mexia *in pragmat. panis, concl. 4. n. 20.* Azeued. *in l. 1. n. 25. tit. 1. lib. 6. Recop. & omnes supra adducti late exornarunt.*

Publica autem vtilitas in nullo alio magis consideratur, quam in sale, tum ex illius essentia, vtilitate, & necessitate, & quia inde non debet ab alio, quam à Principe expendi, tum etiam, quia nulla species aptior est, vt publicis necessitatibus succurrat, & ex munere regali, & regimine salis pretium statuendo posse & debere Principem sali pretium augere & taxare, & ad illum pertineat statuere pretium reliquis victualibus. Et similiter debeat esse in cura, & iurisdictione Magistratuum superiorum, qui nomine Principis iurisdictionem administrant, probatur *l. 1. §. cura carnis, vbi communiter DD. ff. de officio Praefecti urbis. leg. 9. titulo, 6. libro 2. leg. 14. tit. 6. libro 5. Recop. D. Conar. libro 3. var. cap. 9. num. 6. Pinel. in leg. 2. 3. part. cap. fin. num. 23. C. de rescind. vend. Gutier. lib. 2. pract. q. 180. num. 11. & lib. 4. q. 61. num. 10. & vltra ex leg. annorum 6. ff. de extraord. crim. leg. nonorum 18. §. Irenarcha, vers. item Episcopi. ff. de muner. & honor. iuncta gloss. verb. venalibus, leg. non debere 8. ff. ad munic. leg. decuriones 6. ff. de administ. rer.*

D 3 ad

ad ciuit. pertinent. cum Canonistis in cap. 1. de empr. & vend. Mexea, Auileño, Didaco Perez, Azeuedo, & Bobadill. ego notauit 1. part. decis. Granat. 11. numer. 23. quibus adde Gaspar Roderic. de annuis redit. lib. 2. q. 3. num. 42. vbi tradit pro iusto habendum pretium à Principe taxatum, vt omnia, quæ ab illo fiunt, iusta præsumi, pluribus probauit Menochius lib. 3. præsump. 10. per totam.

14 Et taxam pretiorum à Principe sæculari factam obligare Ecclesiasticos; notauit Nauarrus in Manuali, cap. 23. n. 88. vbi hortatur Principes & Prælatos Ecclesiasticos, vt suis edictis robur adiungant taxis per sæculares iudices factis, & ad idem Bañes, Ludouic. Lopez, Iacobum de Grassis, Salcedum ad Bernard. Diaz refert, idem tenens incertus Author conf. 1001. n. 17. inter consilia Menochij, quibus adde Suar. hoc etiam comprobantem lib. 3. de legib. c. 34. n. 6. cum seq.

15 Vnde cum Hispania nostra sale optimo abundet, de quo, & eius laudibus Aristotel. lib. 8. de histor. animal. cap. 13. Plin. lib. 9. naturalis histor. cap. 15. & lib. 31. cap. 7. Solinus c. 22. Albertus Magnus lib. 7. de histor. animal. cap. 7. Episcopus Gerundenfis lib. 1. Paralipomen. Hispania, Lucius Marineus Siculus lib. 1. de rebus Hispania, & omnes salinæ ad regale Patrimonium redactæ anno 1564. ex l. 19. tit. 8. lib. 9. Recop. & quia in ea exceptæ fuerunt salinæ regni Granatensis, & Prouinciatarum Beticæ, ideo in rescripto expedito die tertia Ianuarij anno 1631. generaliter ad omnes salinas extensum, quæ exceptæ antea fuerant, vt nullus nisi Rex falis dominium posset habere & vendere, qua negatiua, & dictione nullus comprehenduntur omnes casus, qui aliàs non comprehenderentur, l. si is qui ducenta 14. §. vtrum, vers. id accidit ff. de rebus dubijs, Auth. de alienat. & emphyt. §. sanctissimos, collat. 6. extollit, & exornat Ias. in l. 1. §. sublata 2. lectura, n. 13. ff. ad SC. Trebell. Ruin. lib. 2. conf. 97. num. 7. Surdus conf. 303. n. 8. Menoch. conf. 71. num. 15. Gratian. 4. tom. discept. cap. 744. num. 22. quia negatiua habet plus roboris, & magis negat, quam affirmat vniuersalis affirmatiua, vt notarunt Bald. in cap. 1. in principio, de prohibita fendi alienat. per Federicum. Tiraquellus in l. si vquam, verb. reuertatur, num. 93. Cod. de reuocand. donat. Berroius vol. 1. conf. 2. num. 2. & conf. 43. num. 19. Surdus conf. 103. num. 6.

16 Et, vt notauimus in hoc casu, ex causa publicæ utilitatis possunt priuilegia reuocari, sufficit per legem generalem, vel per rescriptum applicari salinas regali Patrimonio, absque eo, quod priuilegiorum, quæ reuocantur, sit mentio necessaria: nam quemadmodum priora priuilegia per posteriora reuocata censentur, id maximè procedit per viam legis generalis, tunc enim non requiritur mentio specialis, sed sufficit generalis, & quod Princeps saltim in genere de anterioribus priuilegijs cogitauerit, ex traditis per Menoch. lib. 6. præsumpt. 39. num. 8. præsumpt. 49. per tot. maximè n. 16. & 23. cum seq. Mieres de maiorat. 1. part. quæst. 1. num. 101. & seq. P. Thom. Sanchez de matrim. lib. 3. disputat. 33. num. 8. P. Suarez de legib. lib. 8. cap. 38. per tot.

17 Præsertim quando Princeps suo Patrimonio sale, vt de Regalibus, incorporat, & applicat, & ab eius administratoribus à Principe designatis, vel conductoribus salinarum solùm posse vendi decernit, quod rectè fieri posse, & solere comprobatur ex l. si quis, vbi DD. C. de vectigal. & commiss. Afflict. in cap. vnic. verb. salinarum, num. 2. & seq. tit. 9. quæ sint regalia, ad const. Neapol. lib. 1. rubric. 86. num. 7. Francisc. Marcus 2. p. dec. 39. num. 5. Cuiac lib. 3. obseruat. c. 31. Alciat. in l. inter publica, ad fin. ff. de verb. signif. Greg. Lopez in l. 11. verb. de las salinas, tit. 28. p. 3. Barbof. in d. §. si vir, n. 29. & 30.

Cum igitur Princeps sali ex sua iurisdictione, & 18 velut re sua, quia de Regalibus, pretium statuit, & taxat, quamuis augmentum pretij respicit, idem quod tributum, videlicet, ærarij regij cumulum, tamen verè tributum non est, sed quid diuersum & separatum, vt rectè considerauit Paulus Castrenf. lib. 2. conf. 423. num. 2. vbi tradit tunc ceteri Ecclesiasticas personas grauari, si aliter fieret cum eis, quàm cum reliquis totius populi; cum verò omnibus sit taxatio victualium, & hæc pretij constitutio sit ab eo, cui competit, vt hoc casu à Principe, præsertim rei suæ, non debent clerici ceteri grauati, quamuis illud quod augetur in pretio, ad publicas necessitates referatur, quia potius quàm datum, vel tributum censetur pars pretij, quod pro omnium commodo applicatur, argum. l. fundi partem, ff. de contrahend. empr. & augmentum pretij non statuitur principaliter in grauamen Ecclesiasticorum, sed generaliter in grauamen omnium, propter publicas necessitates. l. omnes 3. Codice, de operibus publicis, & aliquibus exemplis confirmat Castrensis num. 3.

Nec obstat regula, cum quid vna via prohibetur 19 alicui, ad id alia non debet admitti, de regul. iur. lib. 6. quia, vt tradit Dinus in ea, multoties ex alia causa quis admittitur ad illud quod ex vna prohibetur, vt in l. si cum patrono, §. bonorum, ff. de bonor. poss. l. si cui, ff. de condit. & demonstrat. l. quoties duplici, ff. de reg. iur. l. 1. §. sed videndum, ff. de success. edict. ita quamuis non liceat Principi, vt Clericos grauet de rectè, non est ei prohibitum vt pretium falis statuatur, etiam si grauentur indirectè per consequentiam, & accessorie.

Nec contra prædicta turbabit nostram sententiam, 20 quod aliqui voluerunt, non omnes salinas de Regalibus esse; quia de salinis priuatorum mentio est in l. forma, §. salina, ff. de censibus, l. generali, §. uxori, cum seq. ff. de usufruct. legat. l. magis 5. ff. de rebus eorum, & solum esse de Regalibus salinas, quæ in locis fiscalibus inueniuntur; non verò in locis priuatorum, tenuerunt Afflictis, Francisc. Marcus, Gregor. Lopez, & Sixtinus in locis supra adductis, quia istorum opinio communiter improbat, iuxta gloss. in Auth. de sanctissimis Episcopis, §. 1. verb. causis, collat. 9. & notarunt Castrenf. lib. 1. conf. 63. in fin. Decius conf. 163. post principium. Socinus iunior vol. 3. conf. 80. n. 40. Cuman. conf. 162. n. 4. Cuiac. d. lib. 3. obseru. cap. 31. vbi testatur, quod in Gallia salinæ omnes propriæ sunt Principis (et si videatur dissentire Chopinus de Dominio Gallico, lib. 1. tit. 15. n. 15.) & Bernard. Gomez. in tract. de sale, tradit: Omnes in vniuersum salinas non minus, quàm aurum & argenti fodinas ad solos Reges pertinere & ideo salinas inter iura regalia connumerari. & probarunt Barbofa in d. §. si vir, n. 28. & elutimi relati à D. Solorzano 2. tom. de indiar. gubernat. lib. 5. cap. unico. num. 19. & 34. iunctis illis, quos supra conuicimus n. 7. & 8.

Et iure Hispano id sine controuersia est, cum legibus nostris omnes salinæ ad regale Patrimonium sunt redactæ, l. 2. tit. 13. lib. 6. Recop. vbi postquam de omnibus metallis auri, argenti, plumbi, aut alijs similibus egerit, ad Regem pertinere constituit, subiungitque eis verbis: Yassi mismo las fuentes y pilas, pozos salados, que son para fazer sal, nos pertenecen. l. 19. tit. 8. lib. 9. Recop. ibi, Auemos mandados tornar e incorporar, y tornamos, e incorporamos en nuestro patrimonio todas las dichas salinas de gmas, y limites, que los dichos Cavalleros, y personas particulares tenian. vbi quamuis essent apud nos salinæ priuatorum, vt de Romanis plura iura expendimus; tamen legibus Hispaniæ ad Regem pertinent, & apertius decernitur rescripto, de quo mentione fecimus, expedito die 3. Ian. an. 1631. vbi non solùm regali Patrimonio applicantur salinæ, sed

sed omnibus prohibetur vendere salern, & cauetur solum per regios Administratores, vel conductores fieri oportere.

22 Deinde etiam non obstat plures vasallos habere priuilegia salinarum ex causis seruitiorum Regibus gestorum, vel pecuniarum, quas pro salinis impenderunt; quia, vt supra diximus, n. 10. & 11. quando publica vtilitas suggerit, possunt priuilegia reuocari, præsertim gratuita: nam quando non transeunt in contractum, etiam sine causa possunt reuocari, tam à concedente, quàm à successoribus, ex communi Doctorum sententia, de qua Matienzo in l. 6. gloss. 1. n. 5. tit. 10. lib. 5. Recop. P. Suar. de legib. lib. 8. c. 37. num. 4. P. Thom. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 33. in princ. vbi adducit Felin. Bologn. & alios, adde Peregr. de iure fisci, lib. 5. tit. 2. num. 5. 2. Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 4. n. 35. 2. cum seq. quia absque dubio cum causa publicæ vtilitatis, vt in nostro casu, reuocari posse tenentur.

23 Nec priuilegia eximet à gratuitis in eis fieri mentionem seruitiorum, vel aliquid pro priuilegio datum. Quia generalis assertio seruitiorum, nisi aperte, & specificè exprimantur, non facit priuilegium remuneratorium, nec eximit à natura concessionis merè gratuita, vt probarunt Cæsar Barzius decis. 118. num. 12. Hieron. Laurent. decis. 23. n. 10. Bald. in l. illud, num. 13. ad fin. C. de sacros. Eccles. Oldrad. cons. 5. per tot. Tiraq. in l. si unquam, verb. donatione largitus, num. 97. C. de reuoc. donat. Menoch. cons. 112. n. 15. & seq.

24 Tum, etiam si pecunia pro priuilegio daretur, si non æquiualeat concessionis, non transit in contractum, sed remanet concessio in terminis gratia & priuilegij, vt ex l. Titius 3. ibi, Beneficium tamen præstitum. ff. de obsequiis à liberis. notarunt Bald. in l. qui se patris, num. 34. C. vnde liberi. Felin. in capite noui, num. 8. de iudiciis. Tiraquell. vbi proximè, numero 9. Olasco decis. Pedemontan. 139. numero 10. Hieronym. Gabriel. commun. lib. 3. tit. de donationibus, conclus. 1. numero 63. Peregrin. de iure fisci, lib. 1. tit. 3. num. 28. & 29. vbi tradit, intellige, vt dixi, de pretio dato, aut facto, quod sit commensuratum, vel propè ad beneficium acceptum, alias si gratia longè præponderaret, non desineret esse gratia, nec priuilegij nomen amitteret.

25 Nec prædictorum priuilegiorum confirmationes plures, quæ extant, poterunt maiorem firmitatem illis præbere: nam in dubio confirmatio semper intelligitur in forma communi. Decius in rubrica, de confirmatione vtili, vel inutili, num. 3. & cons. 72. numero 5. Alexand. lib. 1. cons. 33. num. 4. Zabarella cons. 44. num. 4. & seq. Tusch. practicar. lit. C. concl. 708. num. 2. & 11. & confirmatio nihil addit, vel extendit confirmatum.

26 Rursus, quia licet iuxta prædicta posset Princeps hæc priuilegia sine causa, vel cum ea, quæ ex publica vtilitate, & necessitate procedit, infirmare; tamen expressè omnibus compensationem, & cambium dedit, vt aperte traditur in d. l. 19. tit. 8. lib. 9. Recop. ibi: seles dara la satisfacion que se tubiere por iusta, iuxta quod de priuilegiis, quæ transferunt in contractum, cum ex causa iusta reuocentur; ex l. 2. tit. 1. p. 2 & Gregor. Lopezio, Bolognero consil. 3. num. 16. Matienzo in l. 6. gloss. 1. n. 13. tit. 10. lib. 5. Recop. notauit Thom. Sanch. d. disp. 33. num. 9. & in posteriori rescripto anni 1631. omnibus dominis salinarum cambium præstandum decretum est, & me causam regalis Patrimonij in causis defendente, pluribus recompensatio facta, & cambium æquiualeans dictum fuit.

27 Denique, quia vt cumque priuilegia prædicta confid erantur, siue remuneratoria, vel transeunt in con-

tractum, & non in tercederet causa, & necessitas publica quam expendimus, tamen iuxta naturam, & mutationem huius rei, nullo modo procedere possent priuilegia salinarum, quia cum antea sal venderetur, & eius modius (quem dicimus fanega) pro duobus argenteis æstimaretur, & iuxta nouam dispositionem, vt pretium salis subrogaretur pro sissis millionum ad quadraginta exercuerit argenteos, non potest priuilegium obseruari. Tum, quia illi, qui salinas haberent excusarentur à solutione sissarum in graue regalis Patrimonij dispendium, & maximum augmentum prætij, non potest videri concessum: nam, vt comprehendatur augmentum dispositione, debet esse eiusdem substantiæ, & correspondere concessis l. fin. §. 1. ff. de legat. 2. & tradunt Bartol. & communiter DD. per textum ibi in l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. Innocent. Ioan. Andreas, Panormitan. & reliqui Canonistæ in cap. 1. de consecrat. eccl. vel altar. Pacianus de probat. lib. 2. cap. 28. num. 91. Mieres de maiorat. 3. part. q. 8. num. 49. Brunus tract. de augmento concl. 3. in principio, num. 10. concl. 4. n. 1. Surdus cons. 27. n. fin.

Et quamuis Principis beneficium sit latissimè interpretandum, l. beneficium. ff. de constitut. princip. cap. cum dilecti, de donat. tamen nunquam extenditur, nisi ad illud ius quod tempore concessionis & Priuilegij competeat. D. Couarr. pract. cap. 1. n. 10. post Ioann. Andream in additionib. ad Speculator. tit. de censibus §. nunc videndum, in addit. magna, & ex leg. Rutilia Polla leg. in lege 77. ff. de contrahend. empt. leg. damni 18. ff. si is qui, ff. de damno infecto. leg. fin. §. 1. de legat. 2. leg. si ita legatum, ff. de viro & argento legato leg. non modus 12. C. de seruit. & aqua. Bartol. & reliqui DD. in eis iuribus, idem Bartol. vol. 2. cons. 284. num. 1. & in leg. omnia priuilegia. C. de Episcopis & cleric. Iason leg. si ex toto, num. 7. ff. de leg. 1. Carolus Ruinus lib. 5. cons. 111. num. 17. Surdus cons. 27. num. 6. & cons. 127. num. 43. Olasco decis. Pedemont. 91. Albericus de statutis quest. 116. numer. 1. cum seq. Tuschus littera P. conclus. 735. numero 1. cum seqq. Gratianus 1. tom. discept. capit. 98. numer. 1. cum seqq.

Maximè, quia tam immoderatum augmentum, & quod pro vtilitate publica inductum, credendum est Principem, si de illo cogitaret, non concessurum, iuxta quod notarunt DD. in cap. suggestum, per textum, ibi, de decimis, & cap. quanto, de censibus. l. 5. tit. 20. p. 2. l. 43. tit. 18. part. 3. Decius cons. 335. num. 1. qui refert consilium 83. Ancharrani, Riminald. cons. 59. num. 72. & seqq. Surd. decis. 236. num. fin. cum Alexandro Tuschi. pract. lit. P. conclus. 735. num. 14. & seq. vbi tradit non comprehendi augmentum immoderatum, & illud censetur quando excedit dimidiam partem totius, quia dicitur intolerabile, quanto magis in hoc casu, vbi pretium salis toties excedit quod antea erat.

Pro qua re facit quod ex Bartolo, & ex l. si de meis, §. recepisse, ff. de receptis arbit. notauit Paul. de Gastr. in l. 2. §. vlt. ff. de aqua pluuiæ arcenda, vt si concedo tibi, vt possis immittere aquam de fundo tuo in meum, etiam si mihi noceat, intelligendum, si noceat moderatè, non immoderatè, idque procedit etiam si concessio salinarum, & immunitas daretur priuatis pro tempore futuro, vt non tenerentur deinceps pro sale alias collectas soluere, quia quando ex hoc magnum præiudicium procederet, vel maximè augerentur onera, vel collecta, priuilegium non teneret: tum quia dictio alius, atquit similitudinem eiusdem qualitatis eius quod præceperat. l. si fugiuui 3. iuncta gloss. verb. alia pœna, C. de seruis fugitiuis, cap. sedes, vbi glossa & DD. de rescriptis. Zephalus volum. 2. cons. 249. numero 5. Carolus Ruinus consil. 182. num. 2. D. Couarr. practico, cap. 25. num. 3.

31 Et iuuat quod notauit Aluarius Valascus *consul.* 58. *per totam*, maxime *num.* 11. *cum seq.* vbi agens de priuilegio exemptionis, ne solueretur tributum de oleo, frugibus, & leguminibus, vbi erant verba exuberantia, quae respiciebant futurum tempus, tradit si tributa augerentur, solum priuilegium obseruandum, quando concedenti tantum adferat leue praedictum, non vero si magnum, quia cum est graue, & magnum praedictum, non creditur concedentem voluisse concedere, ex textu quem dicit notabilem *in cap. quanto, de censib.* per quem tradit ipse Valascus restringi debere decisionem *c. quia circa, de priuilegijs.*

32 Et ego in eiusdem rei confirmatione etiam ad contractus expendo textum, quem nullus ex praedictis adducit, *l. Lucius 44. ff. de action. empti*, eis nobis aptissimis verbis: *Planè si in tantum pretium excessisse proponas, ut non sit cogitatum à venditore de tanta summa, iniquum videtur in magnam quantitatem obligari venditorem* eo in casu aded exhorbitanti, & non cogitato (vt in praesenti) nullum priuilegium, aut renuntiationem locum habere posse, etiam si de casibus insolitis, & non agitatibus exprimeretur, ex Ripa, Neuizano, & aliis Menoch. *conf.* 27. *num.* 18. Ancharan. *conf.* 402. D. Castillo 3. *tom.* *cap.* 3. *num.* 80. Matienzo *in dialogo relato 4. part.* *num.* 5. & hunc casum non comprehendit in priuilegio, nec censendam tunc reuocationem fori, sed potius declarationem, concessionemque ad hunc casum non extendi, vt in simili in terminis tradit doctè P. Dian. 1. *tom.* *tractat.* 2. *resol.* 59. *vers. secundo*

33 Postremò, ex praedictis nulla materia aptior quam sal, vt in eo possint vectigalia institui, propter excellentiam salis & necessitatem, quia nullam rem magis desiderant populi, vt ex Bernardo Gomezio *tract. de sale lib. 2. pag.* 73. notauit Barbosa *in l. diuortio 8. §. si vir. ff. soluto matrimonio, num.* 30. vbi tradit maximum salinarum prouentum, & salis vectigalia saepe in causa esse, vt populi multo paucioribus tributis, quam alias, à Principibus grauentur.

34 Apud Romanos Leonus Salinator ideo dictus, quia in censum ex salis annona nouum vectigal statuit, Sabellinus *lib. 5. Ennead.* Et factum Romae testatur Lilius *lib. 2. cap.* 19. *num.* 4. Caluinus *verb. salis vectigal.* Ancus Marcius Rex salis modia sex millia congiarium populo erogauit, & salinas primus instituit, Plinius *lib. 3. 1. natural. hist. cap.* 7. quasi gratum sit populo sallem concedere, & nimis durum sallem adimere, ideo in Troade licebat volentibus Tragaseum sallem capere, sed vbi Lisimachus Rex tributum imposuit, continuo euauit, cum postea locum immunitem reliquisset, sal iterum creuit. Athenaeus *lib. 3. Deipnosodia cap.* 1. de quo etiam memoratur D. Solorzanus *tom. 2. de Indiar. gubernat. lib. 1. cap.* 16. *num.* 13. adducens Cuiacium *lib. 3. obseruation. cap.* 31. & alia exempla Diui Gregorij Thaumaturgi, D. Gregorij Nissenii, Aristotelis, & Maioli refert.

35 Et iuste quando necessitas urget posse in sale constitui vectigalia, tenuerunt Bernardus Gomez, & Bernardinus Miedes *in peculiaribus tractatibus de sale*, Ioan. Guidius Volaterranus *de mineralibus, lib. 2. tit.* 8. de salinis, vbi per quadraginta & duas quaestiones de hac re agit. Scipio Rouitus *tit. de sale*, Lucas de Peña *in l. 1. C. de metallis lib. 11.* Ripa *de peste, sub tit. de remedijs ad conseruandam vbertatem, num.* 177. Petrus Gregor. *lib. 3. syntagm. iuris cap.* 10. Barbosa *vbi supra*, qui alios adducit. Ruinus *vol. 5. conf.* 105. Antonius Rubens *conf.* 21. Alexand. Raudenf. *variarum resolutionum, cap.* 7. 2. & 73. Stracca *de mercatura 4. part. n.* 30. Surd. *conf.* 321. *num.* 27. & 28. Mandellus Albenfis

conf. 116. *num.* 8. & *conf.* 130. *num.* 19. & *conf.* 290. *num.* 9. & *conf.* 322. Bellonus *lib. 12. num.* 9. & 15. Francisc. Marcus 1. *p. decis.* 38. *num.* 5 & *decis.* 154. 168. & *decis.* 385. Camillus Borrellus *de praestantia Regis Catholici cap.* 25. *num.* 18. & 23. Capiblanco *de Baronibus, prag.* 8. *part.* *num.* 56. Ponte *de potestate Proregis, tit.* 4. *de Regal. imposit.* §. 8. *num.* 136. Farinacius *in praxi tit.* 3. *quest.* 104. *num.* 62. Tobias Nonius *conf.* 45. *num.* 30. & 31. Gregor. Lopez *in l. 1. verb. sal. tit.* 5. *part.* 1. & *in l. 55. gloss.* 1. *ad medium, tit.* 5. *part.* 5. Didacus Perez *in l. 2. tit.* 23. *lib.* 2. *ordinamenti*, Matienzo *in l. 1. gloss.* 2. *tit.* 18. *num.* 2. *lib.* 8. *Recopil.* Azueu. *in l. 1. num.* 73. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recop.* Anton. Capius *in inuestitura feudali, tit. de salinis.* Duardus *in explicatione Bullae, in Coena Domini, lib. 2. canon.* 5. *quest.* 4. *num.* 6. Flauius Cherubinus *in compend. Bullar. tom.* 2. *ad Bullam 40. Gregorij XIII.*

Et vtitatum multoties fuisse vectigalia ob publicas necessitates in sale constitui, vltra quae praediximus notarunt Renatus Chopinus *de Domino Gallico lib. 1. tit.* 15. *num.* 15. Sixtinus *de Regalibus lib. 2. cap.* 19. *num.* 4. & sequent. idque aliquando per viam tributifacium, alias etiam extra tributum per augmentum pretij, vt fecit Pontifex Paulus III. & post Reges expulsos etiam Romae factum, vt ex Lilio meminerunt Sixtinus *vbi proxime*, & Caluin. *verb. salis vectigal*, & ex causa publica necessitatis & utilitatis rectè posse pretium augeri salis, vel in eo constitui vectigal agnoscunt omnes supra relati, & in nostro Rege Camillus Borrellus *de praestantia Regis Catholici dict. cap.* 25. *num.* 23. quamuis suadet ab hoc Principes abstinere oportere, tamen iustum admittit necessitate suggerente, vt in hoc casu vltra quam necessitas urgebat, tot bellis Hispanum imperium exagitatam, etiam fassis millionum in victualibus carnis, vini, olei, & aceti Princeps remisit, quia grauatos subditos censebat, vt earum loco augmentum pretij salis subrogaretur, & quando postea populi, qui semper continua varietate mutatione feruntur, graue dixerunt pretij salis augmentum, Princeps noster qui semper vasallorum utilitatibus studet, illud remisit, iterum fassis redditis, de quo agimus *infra allegatione sequenti* 78.



ALLEGATIO LXXVIII.

Executio quomodo procedat pro sale dato ad conseruationem salinarum?

- 1 *Manutentio conseruat aliquem in iure suo.*
- 2 *Decretum prouisionale alimentorum, & lris expensarum, debet durare dum lris principalis discutitur.*
l. si instituta, §. de inofficioso, ff. de inofficioso testamento.
- 3 *Executio non potest procedere nisi pro re certa.*
§. pretium. Insti. de emptio. & vendit.
l. 1. & tit. 5. p. 5.
l. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. Recop.
- 4 *Taxatio vt procedat ad executionem, fieri debet cum summaria causa cognitione parte citata.*
l. 1. C. de sententijs qua sine certa quant.
Liquidationis debet fieri declaratio, vt exequatur.
Appellari potest à liquidationis declaratione.

- 5 Executio fieri potest contra eum qui obligatus est, licet non adiecta clausula guarentigia.
- 6 Fideiussio de iudicato soluendo habet paratam executionem, & n. 7. & 8.
l. fin. C. de usuris rei indicata.
l. 2. C. de execution. rei indicata.
l. minor 25. annis cui fideicommissum, ff. de minoribus.
- 7 Executio ex fideiussione iudicatum solui, tunc procedit quando fideiussio fit apud acta.
- 8 Satisfactio iudicatum solui exequi potest sine nouo processu.
- 9 Satisfactio iudicatum solui habet vim confessionis & statim quo index pronunciauit exequi potest.
l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pactis.
l. iudicatum solui 9. ff. iudicatum solui.
- 10 Dicitio illico omnem moram excludit.
l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verbor. oblig.
l. qui possessionem 17. ff. de vi & vi armata.
l. litigatur, C. de appellat.
l. idemque 10. §. si cui mandauero Digest. mandati.
- 11 Res iudicata habet executionem paratam.
l. post rem, ff. de re iudicata.
l. 1. C. de executione rei indicatae.
c. quoad consultationem, de re iudicata.
l. 19. tit. 22. p. 3.
- 12 Spoliatus non potest intendere manutentionem.
- 13 Manutentio & redintegratio differunt.
- 14 Manutentio, que non datur spoliato potest dari spoliati, et si iniusto possessori.
Manutentionis iudicium non admittit testium repulsum, vel appellationem.
Possidere aliud est, vel in possessione esse.
l. si quis ante 10. ff. de acquir. possession.
- 15 Decretum prouisionale quod dicitur durare, dum lis pendet, procedit in alimentis sequestro, & manutentione, non vero in eis, que ad voluntatem iudicis reuocantur.
Decreta prouisionalia sunt inter locutoria, & possunt ad nutum reuocari.
- 16 Illico aliquid fieri, & dilationem petere opponuntur.
- 17 Pretium certum est quod in alterius voluntatem conferatur, facta declaratione.
litem pretium, ff. de contrab. empt.
l. si coita sit 75. ff. pro socio.
l. si merces 28. ff. locati.
l. si quis arbitrari 43. ff. de verb. oblig.
l. fin. C. de contrahend. empt.
l. 9. tit. 5. p. 5.
- 18 Taxatio est pars sententia, & pertinet ad actum necessarium.
l. de qua re, ff. de iudiciis.
- 19 Declaratio fieri potest per successorem in officio.
c. quoniam Abbas, de officio, & potest. iudicis delegat.
l. cum apud Sempronium, ff. iudicatum solui.
- 20 Certa quantitas est, que a lege declaratur.
Certum est, quod quantitatem expressam continet, vel per relationem ad aliud.
l. ait Prætor 5. §. 1. ff. de re indicata.
- 21 Liquidum quoad executionem habetur, quod de facili potest liquidari.
Appellatio admitti non potest a taxatione legis.
l. si qua pena 224. ff. de verb. significat.
- 22 Pretium a lege, vel a Principe taxatum presumitur.

l. 1. §. cura carnis, ff. de officio Præfetti urbis.

l. 9. tit. 6. lib. 2. Recop.

l. 14. tit. 6. lib. 3. Recop.

23 Instrumentum quamuis non sit liquidum, exequi potest, si possit in terminis via executione liquidari.

l. defensionis, C. de iure fisci.

24 Liquidatio pro facta habetur, quando impeditur ab eo contra quem executio intenditur.

l. pupillus ff. qua in fraudem creditor.

l. cum ostendimus, §. negligentia, ff. de fideiuss. tutor.

l. qui repudians, §. cum contra, ff. de inoffic. testament.

l. rem hereditariam, ff. de euiction.

25 Conditio que omnino exitura non suspendit, nec habetur pro condicione.

l. itaque, ff. si certum petatur.

l. non possibilis, in fine, ff. de verbor. oblig.

l. in illa stipulatione, §. ultimo, ff. eodem.

l. hoc iure, ff. de verbor. obligat.

Salinis alicui abdicatis, vt in nomine Regis sal vendi possit, si ad piscationis conseruationem domino salinarum sal a Rege concedatur, ita vt fideiussorem præstet de soluendo pretio, quo designatur, quomodo executio procedat.



Ro domino salinarum facere videbatur, quia intenderat iudicium summarissimum manutentionis, vt conseruaretur in possessione salinarum, & cum manutentio conseruat aliquem in iure suo, ideo videbatur pro sale earum salinarum non posse executionem procedere.

Præsertim, quia cum pendente lite super manutentione, & proprietate salinarum hæc quantitas salis præstaretur ad vsus necessarios illius salinæ abdicatæ, habetur, vt decretum prouisionale pendente lite, quod debet durare interim quo lis principalis dissentitur, velut alimenta, & litis expensæ. l. si instituta, §. de officioso, ibi, interim ali debet, ff. de inoffic. testam. notauit Surdus de alimentis titul. 5. q. 8. num. 1. & cum Bartolo, Carrotio, Mauro, Aretino, Farinacio, Guazzino, Nigro, Muscatello, Marcabrano, Rebuff. & aliis tradit Noguerosus allegat. 11. num. 200. cum seq. & in manutentione prouidetur, vt dum lis pendet, sit aliquis in possessione, ex Castrensi, & Capicio, D. Couart. practicar. cap. 17. num. 2.

Tum, quia obligatio quæ in hoc casu facta fuit, non respexit certum & liquidum pretium, sed quod taxaretur a confessu, vel Senatu salis, & ultra quam pretium debet esse certum. §. pretium. Instit. de emption. & vendit. l. 1. & 9. tit. 5. p. 5. Nec executio potest procedere nisi in recerta, & liquida. l. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. Recop. aliàs quando obligatio conditionalis est, vt in hoc casu, soluendi, quod taxaretur, exequi non potest, vt notatur.

Maximè, quia, vt executio procedat, fieri debet, & præcedere hæc taxatio parte citata, & cum summaria causæ cognitione, vt l. 1. C. de sentent. que sine certa quantitate. Bartolo, Castrensi, Fulgo. Romano, &

& aliis probarunt D. Couart. *lib. 2. var. cap. 11. num. 1.* Roderic. Suar. *in l. post rem indicatam, limitat. 4.* & debet fieri declaratio, & pronuntiatio super liquidatione, ex Baldo *in l. 2. num. 11. C. de execution. rei indicat.* & à prædicta pronuntiatione potest appellari, & peti, vt declaratio reducat ad arbitrium boni viri, ex notatis per Cynum, & Angelum *in l. fin. C. de contrahend. erapt. Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio. Bald. in l. si cum exceptione, §. hac autem actio, num. 4. ff. quod metus causa. Greg. Lopez in l. 9. gl. verb. Aluedrio, tit. 5. p. 5. vnde videbatur non iuste procedere executionem in hoc casu.*

5 Sed tamen contraria sententia, & locum habere executionem in hoc casu contra fideiussores iudicatum soluendi, ex eo rectè suadet, quia fideiussores obligati fuerunt in iudicio cum clausula *guarentigia*, & quamuis non adiceretur, posset eo solui, quia obligati fuerunt, contra eos executio intendi, secundum opinionem Auendañi *in l. 4. & 5. titulo de las excepciones, numero 2. & 3. & in Dictionario verb. escriptura Diodac. del Castillo in l. 63. Tauri, numero 11. Palacios Rub. ibid. numer. 1. verf. hodie tamen, & numero 2. Anton. Gomez in l. 64. Tauri, numer. 4. vbi sequitur eius nepos additionator Olanus in antinomia iuris litt. L. numero 21. idem Olanus in eodem tract. & littera, numero 40. Salazar de usu & consuetudine, capite 3 numero 4. Aluotnoz de contractibus, lib. 1. tit. 2. cap. 2. Gratian. regula 179. numero 9. Matienzo in l. 10. titulo 17. lib. 5. Recopilat. gloss. 11. Paz in praxi 3. tom. capite 6. §. 6. num. 28. Parlador. lib. 2. cap. fin. part. §. 12. ampliat. 1. num. 5. & 6. Azeuedo in l. 1. num. 54 titulo 21. lib. 4. Recor.*

6 Vltèrius, quia obligatio fideiussorum fuit de iudicato soluendo, & illius naturæ est, vt habeat paratam executionem sine nouo processu, quando iudex decreuerit, & declarauerit, ex doctrina gloss. *verb. persoluerè, in l. fin. C. de usuris rei indicat.* & faciunt verba illius textus ibi, *A fideiussoribus, vel mandatoribus statim pecunias, vel res in condemnatione positas exigere;* & relato Odofredo tenuit Bartol. *in l. 1. ff. indicat. solui, num. 1. & 2.* Nota eius verba numero 3. ibi, *In omnibus casibus precedentibus, in quibus dixi executionem mereri, intelligo, si sit talis stipulatio interposita in iudicio coram iudice, alias secus argumento l. 2. Cod. de execution. rei indicat. l. minor 25. annis, cui fideicommissum, supra de minor. quia nisi interponatur in iudicio ea ratio, tunc non est liquidum iudici, nec videtur confessio facta coram iudice.*

7 Suffragatur doctrina Baldi *in l. vltima, §. cum antiquitas, numero 1. Cod. de usuris rei indicata. ibi, Duo tamen requiri quod fideiussoris indicatum solui, & apud acta, ita vt sint appendices ipsius iudicij, & ex ipso iudicio sit notorium esse obligatos.* Quæ omnia in hoc casu procedunt, quia apud acta in eodem iudicio coram Senatu fideiussores obligati, vt redderent pretij salis quantitatem illico, quando à Senatoribus iuberetur, ideo sine nouo processu potest contra fideiussores intendi executio, vt cum Speculatore, Castrensi, Baldo, Angelo, & aliis tenuit expressè Surdus *consil. 271. num. 39. & 40.*

8 Et constituens differentiam inter fideiussorem contractus; cum quo debet noua causa fieri ad executionem à fideiussore iudicij, cum quo nouus processus necessarius non est, & proponens exemplum in satisfactione iudicatum solui, notauit idem Surdus *consil. 396. num. 39. & 40.* addita ratione, quæ nobis conuenit ex Barrolo, Beroio, & Socino, ibi, *Quia fideiussor iudicij videtur consentire iudicio, quod sit ipso presente, sciente, & patiente.* & adducit opinionem Blanci, qui pro ea refert Socinum, satisfactionem iudicatum solui esse

tam connexam actibus iudicialibus; quia si Clericus fideiussor esset iudicatum soluendi, posset conueniri coram iudice, etiam si esset sæcularis, apud quem fideiussisset; sed eam sententiam meritò reprobatur Surdus *vbi proximè.*

9 Præterea eandem distributionem fideiussoris contractus à satisfactione iudiciali probarunt Hieronym. Gabriel *vo um. 1. consil. 43. numero 32.* Mastrillus *decis. 20. per totam,* & aduersus fideiussorem datum in iudicio soluendi iudicatum, vt possit executio intendi directè, & statim, quo iusserit iudex solui illud, pro quo fideiussit, est communis Doctorum sententia *in l. 1. ff. iudicatum solui, & tenuerunt Imola, Cagnolus, Ruinus, Salicetus, Iulius Clarus, & alij, quos refert, & sequitur Trentacinq. lib. 2. variar. titulo de expens. resolut. 4. numero 2. & 3. & post Odofredum, Bartolum, Baldum, eiusdem sententiæ refert Guidonem de Suza, & Guillelmum de Cuma, Rodericus Suarez in l. 2. for. tit. de comperendination. §. sed pone questionem, numero 6. qui tradit esse communem conclusionem, & numero 10. refert ex Baldo, qui dicit non esse alibi. l. tale pactum, §. qui prouocauit. ff. de pactis, vbi traditur satisfactionem datam in iudicio, habere vim confessionis, vt executio procedat, sine nouo processu, & citatione. Nota verba textus, qui agit de obligatione facta in iudicio appellationis de iudicato soluendo, ibi, *Iudex appellationis nullo alio de principalis casu discussio instam conventionem velut confessio sequitur;* cui addenda est l. iudicatum solui 9. ff. iudicatum solui, eis verbis; *Iudicatum solui stipulatio expeditam habet quantitatem, in tantum enim committitur, in quantum iudex pronuntiauerit.* Et eandem sententiam, vt aduersus fideiussorem de iudicato soluendo executio possit procedere sine nouo processu, instantia, aut ordine iudiciali, tenuerunt Afinius, Scaccia & alij, quos refert, & sequitur Olsvald. *ad Donel. lib. 27. comment. capite 3. in notatis litt. H.**

10 Tum etiam in hoc casu fideiussores obligati ad reddendum pretium salis dati reo, pro quo satisfecerunt illico, quo à iudicibus iuberetur, quo casu nec dum erat necessarium executionem facere, & illius terminos, formam, & solemnitates expectare, sed vt statim ex Senatus decreto fideiussores compellerentur ad solutionem; id quidem manifestè denotat verbum illico, sine mora, & cunctatione. l. 1. §. si quis simpliciter, *verb. cum adducit. ff. de verbor. obligat. l. qui possessionem 17. ff. de vi, & vi armata, & probat l. litigator. Cod. de appellat. & esse oppositum aliquid illico faciendum, vel cum dilectione, denotat l. idemque 10. §. si cui mandauero, *versic. sed Papinianus, ff. mandati, probauit Menochius de recuperanda possessione remedio 1. numero 252.* & quando quis aliquid dare, vel facere illico obligatus, solum duorum, vel trium dierum dilationem ad implementum præstandum, ex Ripa, Socino, Cremensi, Tiraquello, Mascardo, Tuscho, Farinacio, & aliis pluribus probauit Augustin. Barbosa *de dictionib. vsufrequent. dictione 149.**

11 Rursus, quia vltra obligationem iudicalem ex decreto Senatus, quo iubetur, vt pro sale illud pretium soluat, cui decreto consensit recipiens sale, res iudicata procedit, quæ habet executionem paratam. l. post rem ff. de re iudicata, l. 1. Cod. de execut. rei iudicata, capite quoad consultationem, de re iudicat. l. 19. titulo 22. part. 3. vbi Gregor. Lopez, & Rodericus Suar. *in comment. ad d. l. post rem Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 1. p. §. 1. per totum.*

12 Quibus non obstat quæ in hoc casu contra executionem: nam quod pertinet ad manutentionem, potius

potius denegata fuit domino salinarum, & nullo modo poterit illam perere nec intendere, cum quaereretur nomine regalis Patrimonij spoliatum, quia omnium Doctorum sententia est non posse intendere manutentionem, qui dicitur spoliatus. Ioann. Fabr. in §. *retinenda*, num. 16. *Instit. de interdictis*, Castrensis lib. 2. *conf. 284.* ex D. Couarr. & quatuor Rotæ decisionibus probauit Gratianus tom. 2. *disceptat. capit. 314. numero 17. 18. & 19.* Farinac. 1. tom. nouissim. *decis. 704. numero 1. & tom. 2. decisio. 56. num. 3. & decisio. 630.* & ex decisionibus Putei, & Seraphini comprobatur Menochius *de retinend. remed. 5. n. 58.* & ego aliis pluribus relatis notauit 1. *part. decisio. Granatens. 5. numero 10.* & addenda Antonij Fabri verba in C. lib. 8. *tit. 4. definit. 8.* ibi, *Porro qui agit interdicto isto retinenda possessionis, duo probare debet, possessionem ex parte sua, & turbationem ex parte aduersary; turbationem, in quam, non spoliacionem, quia si se diceret spoliatum, sibi esset contrarius, ob idque repellendus.* quippe si manutentionem petere denotat, vt conseruetur in possessione quam quis adhuc retinet, & allegare spoliacionem, insinuet possessione priuatum, non poterit manutentio operari in possessione, quæ non est in eo, qui manutentionem petit, & necessarium est peterere restitui ad possessionem, non manuteneri.

13 Vnde fit, vt manutentio, & redintegratio valde in re se differant, vt notarunt Dom. Couarruias *practicar. capit. 17. numer. 3.* Farinacius *dist. decis. 704. num. 1. & tom. 2. nouissim. decis. 119. num. 6.* quia manutentio est conseruatio in possessione, quam quis habet; redintegratio est amissa possessionis recuperatio, & restitutio, & ideo spoliato non posse dari manutentionem, ex Marquesano, Seraphino, Riccio, Pacifico, Cencio, Coccino, Dom. Ludouisio, & Rotæ decision. probauit Postius *de manuent. obseruati. 57. num. 44.* & Dom. Couarruias *ubi proxime*, consulit non esse allegandum spoliatio ab eo, qui manutentionem petit, quia non potest dari spoliatio.

14 Sed tamen ipsi spoliati rectè potest dari manutentio, quamuis sit iniustus, & violentus spoliator, vt ex Menochio, Mantica, Tuscho, Cephalo, Muzolo, Ploto, Milanensi probauit idem Postius *obseruat. 42. numero 109. & 110* qui *num. 11. & 112.* ex Nicolao Garcia, Fontanella, Cencio, Cyriaco, Domino Ludouisio, & pluribus Rotæ decisionibus probat, quamuis non detur spoliatio manutentio, tamen dari potest spoliati contra spoliatum, & in ipso iudicio spolij. Et ratio est, quia manutentio non respicit, vt ex ea possessio de nouo detur, vel redintegratur, sed ad nudam detentionem de facto durante iudicio, vt fit in ea, qui rei iniuste tempore motæ litis, & ideo summarissimè de hoc agit, nec in hoc iudicio admittitur restitutio in integrum, vel testium repulsæ, aut redargutio instrumentorum, & ad manutentionem sufficit semiplena probatio, & à decreto manutentionis non admittitur appellatio. D. Couar. *practic. cap. 17. numer. 1. & 4.* ex Capicio, & aliis Gratianus tom. 2. *disceptation. cap. 310. num. 64. 70. & 77. & 4. tom. cap. 681. numer. 20.* Menoch. *de retinend. remed. ult. quest. 17. numer. 48.* Narbona *plura referens in l. 59. gloss. 1. num. 127. cum seqq. tit. 4. lib. 2. Recop. addendus Postius de manutentione, obseru. 2. n. 27. & obseruat. 106. per totam.* Non enim queritur in manutentionis iudicio de possessionis iustitia, sed de insistentia de facto, & detentione, dum causa possessionis, vel proprietatis discutitur, quia aliud est in possessione esse, vel possidere. *l. si quis ante 10. ff. de adquirend. possessione.* ibi, *Etenim longè diuersum, aliud est enim possidere, longè aliud in possessione esse.*

15 Deinde quod supra num. 2. obiectum, decreta prouisionalia nisi lite finita non posse reuocari, quasi

prouideantur, vt durent lite pendente, iuxta exempla, & Doctores, quæ ibi retulimus, nihil obstabit, quippe omnes, qui eam sententiam tenuerunt, loquuntur in eis decretis prouisionalibus, quæ ex sua natura respiciunt, vt durent donec iudicium discutitur, vt in alimentis, litis expensis, sequestro, manutentione, & similibus. At vero, si prouisio non sit eius naturæ, vt in hac, de qua queritur, *prestandi mod. os salis*, vel cum prouisio facta est reuocabilis ad voluntatem iudicis, vel sit ea qualitate, vt in presenti potest reformati, aut reuocari, cum non iuste exegerit, aut iudici videatur iure faciendum. Ita DD. quos supra adduximus, & in eisdem terminis notauit Anton. Faber. *lib. 7. Codicis, titulo 19. definit. 3.* eis verbis: *Ceterum nihil prohibet eum ipsum pro quo prouisionalis primum lata fuerit sententia in eadem aduersario prouisionaliter, vt loquuntur, condemnari prius etiam, quam definitur negotium.* Maxime, quia quodlibet prouisionale decretum est interlocutorium, & potest pendente lite reuocari, ex vulgari *l. quod iussit. ff. de re iudicata*, & in terminis tradit idem Faber *ubi proxime*, ibi, *Et que nimirum pertinet, quod dici solet contrario iudicis imperio tolli posse, quod antea idem Index vel iusserit, vel uenerit.*

Idque nullam potest in hoc casu difficultatem habere, cum expresse obligarentur, qui salem recepit, & illius fideiussores, restituere, pretium, simulque decerneretur à Senatu eo adducto, vt illico soluerent, & valde contrarium esset obligari statim restituere, quod iuberetur, & intendere lite pendente de proprietate salinarum non posse decerni pretium esse soluendum, cum in iure, vt prædiximus, opponuntur, & contraria esse censentur aliquid illico faciendum, vel interposita aliqua dilatione, *l. idemque 10. §. si cui mandauero, vers. sed Papinianus. ff. mandati.*

Nec ulterius poterit vigere difficultas, vt impedienda sit executio pro pretio, quod nondum certum est, vel taxatum, & obligatio, quæ continet, vt taxetur à Senatu, censetur condicionalis, vt non possit exequi, quia multipliciter hæc soluenda difficultas: nam pretium quod in alterius arbitrium, & declarationem confertur, certum censi debet eodem modo, ac si ipsi, qui alteri commiserunt, declarent. *Sicem pretium. vers. alioquin. Instit. de contrahend. emptio. l. si coita sit 75. ff. pro socio. l. si mercas 28. ff. locati. l. si quis arbitrari 43. ff. de verbor. obligat. l. fin. C. de contrahend. emptio. l. 9. tit. 5. part. 5. Decius consil. 648. num. 1. & 2.* & cum ad taxationem Senatus se retulerit obligatio, pretium certum est, quod eam respicit.

Idque procedit, quia declaratio, & taxatio pretij est pars sententiæ, & sicut eam pronuntiare pertinet ad actum necessarium, *l. de qua re. ff. de iudicis*; ita declarare, & taxare pretium salis, quod in sententia fuit reseruatum, esse declarandum, vt rectè probauit Thesaur. *decis. 253. num. 1. & 2.* ubi agit de arbitris, qui in sententia arbitraria reseruarunt sibi facultatem aliquid declarandi, & traditur non solum eos vt posse ea facultate, sed cogi declarare; dum tamen declarent intra tempus in compromisso præfixum, quemadmodum coguntur ad sententiam dicendam, & vt tradit Thesaur. id maxime procedere, ubi partes tali reseruationi consensissent, vt in presenti, quippe non solum dominus salinarum consensit pretij restitutionem, & obligatus fuit, sed etiam suæ obligationis dedidit fideiussores.

Et declarationem fieri posse à successore in officio, tradit Barbosa in *l. quia tale, num. 8. vers. ex qua explicatione. ff. solut. matrim.* quia reseruatio, vt possit taxari, facta videtur nomine officij, & dignitatis, argumento textus in *cap. quoniam Abbas, de officio, & potest. iud. delegat. post Bartol. num. 6. in l. terminata. C. de fructu*

fructibus, & litium expensis, vbi Baldus num. 10. D. Couarr. in cap. requisiti, numero 5. ad fin. de testam. faciunt tradita per Guirallum decis. 14. per tot. & per eius additionatorem pro intellectu l. cum apud Sempronium, ff. iudicatum solui.

20 Præsertim, cum pretium salis rescripto & lege generali taxatum sit, aded vt nihil sit necesse de nouo taxare, sed solum declarare pretium legis, quo casu pro liquida habetur quantitas, vt in terminis satisfactionis iudicatum solui, tradit IC. in l. iudicatum solui 9. ff. iudicat. solui, eis verbis: *Expeditam habet quantitatem, in tantum committitur, in quantum index declarauerit.* & cum Senatus teneatur omnino declarare, vt proximè notauimus, & declaratio referenda ad legem, quæ taxauit pretium salis, quamuis declaratio non fieret expressa, eo solum quod obligatio respiceret pretium legale pro liquida habenda, quia paria sunt certam quantitatem expressè contineri, vel per relationem ad aliud, vnde certa quantitas deduci valeat, ex textu formali in l. ait Prator §. 1. ff. de re iudicat. vbi Bartol. & communiter Scribentes.

21 Vnde pro liquido haberi debet pretium, quod à lege taxatur, cum ad executionem habeatur pro liquido, quod de facili potest liquidari, iuxta quod notauit Asinius in praxi, tit. de execution. §. 1. capite. 31. vbi in terminis tradit, *Quod si de facili fieri potest liquidatio, habetur pro liquido, & dicitur purum quod re vera est purificatum, licet de eo non constet.* Et cum à lege, vt in præfenti, taxatio fit, non potest appellatio admitti, ex l. si qua pœna 224. vbi notant omnes. ff. de verbor. signific. iuncta doctrina Bartoli in l. omnes populi, num. 53. ff. de iustit. & iur. Baldus in proœpio Digestor. num. 11. & post Castrensem probarunt Auendañus in tract. de secunda supplication. numero 8. vers. est aduertendum. Escobar de Ratiociniis, cap. 33. num. 22. cum seq. plures quos refert, & sequitur Rota diuersor. sacri Palatii decis. 50. part. 2. per totam, cum Ofasco, & aliis Rotæ decisionibus. Gratian. 1. tom. disceptat. capite 183. & 2. tom. cap. 333. num. 3. Parlador. libro 2. rerum quotidianar. cap. fin. 1. part. §. 12. numero 32. & 33.


22 Id autem ex eo, quia pretium, quod à lege, vel Principe taxatur, iustum præsumitur. l. 1. §. cura carnis, vbi DD. ff. de offic. Præf. vrbis. l. 9. tit. 6. lib. 2. l. 14. tit. 6. lib. 3. Recopilat. D. Couarr. lib. 3. variarum, cap. 9. num. 6. Pinellus in l. 2. part. 3. cap. fin. num. 35. C. de rescind. vendit. Ioann. Gutierr. lib. 2. practic. quæst. 180. num. 11. & lib. 4. q. 61. n. 10. Gaspar Rodericus de annuis reddit. lib. 2. quæst. 3. num. 42.

23 Præterea, nam quamuis instrumentum non sit liquidum, dum tamen in terminis viæ executiæ possit liquidari, rectè ex illo executio procedet, vt ex l. defensionis. C. de iure fisci, tenuit Bartol. in l. 1. ff. de edendo, & in l. 1. de leg. 2. Castrenf. & Iason in dict. l. 1. ff. de edendo, ex Bartolo, Baldo, Imola, Alexandro, Zafio, Oroffio, tenuit Padilla in l. 1. ff. de legat. 2. num. 47. quibus adde Socinum lib. 4. conf. 96. numero 8. Boër. decis. 195. num. 15. Viuium lib. 1. com. opinion. 305. Emanuel Suarez eodem vol. verb. instrumentum, & probauit Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 9. numero 24. & quando instrumentum continet quantitatem certam frumenti, vini, aut aliarum specierum, etsi illarum pretium non sit expressum, potest fieri executio, & pignora capi, dum possit in terminis executionis per æstimatores peritos pretium liquidari, ex doctrina Paul. de Castro, quam sequuntur D. Couarr. lib. 2. variar. cap. 11. vers. quarto, & alij, quos refert Thesaur. decis. 26. num. 5.

24 Et cum liquidationis defectus procedit ex dilatione eius, contra quem executio intenditur, vt in hoc casu, tunc etiam, si non esset liquidatio, non deberet obsta-

re, vel impedire executionem, vt ex l. pupillus ff. qua in fraud. cred. leg. cum 4. vers. negligentia. ff. de fideiusso. tutor. leg. qui repudiantis. §. cum contra. ff. de inoffic. testam. l. rem. hereditariam. ff. de euiet. In simili notarunt Puteus lib. 2. decis. 471. Caualean. decis. 44. num. 66. Rota diuersorum 1. part. decis. 656. num. 2. & 2. part. decis. 112. & 120. plures refert Giurba decis. 60. num. 18. Surd. conf. 8. n. 84. Statilius Pacificus de Saluiano interdicto, inspektione 2. cap. 2. num. 200.

Denique ex prædictis nihil obstat quod supra 25 num. 3. obiectum, obligationem conditionalem exequi non posse, quia ex illis, quæ proximè notauimus apparet, cum à lege taxatio pretij facta, non posse dici obligationem incertam, & dubiam, vel conditionalem, quia à Senatu debet fieri taxatio, vt supra probauimus, & conditio, quæ omnino extitura non suspendit, nec habetur pro conditione, l. itaque. ff. si cert. petatur. l. non possibilis, in fin. leg. in illa stipulatione. §. ultim. de verbor. obligat. Bart. in leg. 1. numer. 5. ff. de condit. & demonstrat. Sarmiento in leg. 1. ff. de leg. 2. num. 13. & quamuis pro conditione haberetur, tamen facta taxatione à Senatu habetur obligatio, & censetur omninò pura, vt exequi possit. l. hoc iure, cum ibi notatis. ff. de verb. oblig. Bald. in l. cum testamento, C. de testam. mammiss. & in leg. 2. C. de execut. res iudic. Roderic. Suarez in dict. l. post rem, limit. §. D. Couarr. d. lib. 2. var. cap. 11. num. 2. vers. quinto apparet.



ALLEGATIO LXXIX.

Executioni, quæ fit contra fideiussorem, an possit reus principalis se opponere, & petere copiam actorum?

- 1 Tertius, qui se opponit executioni, admittendus. leg. 41. tit. 4. lib. 3. Recopil. & num. 18. l. 11. tit. 14. part. 5. leg. à Dino Pio, §. si super rebus, Digest. de re iudicata.
- 2 Sententiarum trium conformium potest tertius impedire executionem. Clem. 1. de re iudicat.
- 3 Tertius coadiuuans debet assumere iudicium in eodem statu, in quo se opponit. capit. fin. §. sanè, vt lite pendente, lib. 6. & Clement. constitutionem, de electione, & numero 9.
- 4 Hispania praxis in executione instrumentorum. leg. 19. tit. 21. lib. 4. Recop. & n. 17.
- 5 Fideiussor & reus principalis in iudicio executiuo eisdem terminis regulantur, & numero 6. & 7.
- 6 Minor tertius, qui se opponit liti, potest restitutionem intendere.
- 7 l. 15. tit. 10. lib. 2. Recopil. l. venditor. ff. de iudiciis, & n. 8. 9. & 14.
- 8 l. sape. ff. de re iudicata. l. 2. C. vbi in rem actio. l. idemque, §. generaliter. ff. mandati. l. principaliorem, in princip. ff. de liberali causa, & n. 10. & 22.
- 9 Venditor cum se opponit liti, qua cogitur cum emptore de re vendita, debet assumere iudicium in eodem statu, & n. 10.

- 10 Reus principalis potest se opponere liti, que cum fideiussore agitur, etiam contradicente creditore.
l. si percussorio. ff. de appellat.
- 11 Iudicium nouari non potest, nisi consensu actoris, cui competit actio.
l. si mandato. §. 1. ff. mandati. & n. 14.
- 12 Creditor potest eligere debitorem principalem, vel fideiussorem.
*l. non rectè. C. de fideiussorib.
l. iure nostro. C. de fideiussoribus. & n. 16.*
- 13 *l. sed si lege. §. item si rem. ff. de petition. hered.*
- 14 Iudicium mutare quando compelli actor possit, vel non, & num. 13.
l. si actor. ff. de probat.
- 15 Iudicium ordinarium, eiusque qualitates.
*c. 1. de libelli oblatione.
Authent. offeratur. C. de litis contestat.
l. 4. tit. 2. p. 3.
l. 1. tit. 2. lib. 4. Recop.*
- 16 *Authent. presente. C. de fideiussoribus.*
- 17 Defensionis modus potest à lege variari.
- 18 Tertij excludentes admittuntur in via executiua.
- 19 Reus se opponens executioni qua contra fideiussores est, non habendus ut tertius excludens, sed coadiuuans.
- 20 Tertius coadiuuans debet regulari, ut reus principalis.
l. 2. ff. quando appelland. sit.
- 21 Tertius qui malitiosè opponitur executioni, non admittendus.
- 22 Tertius potest liti assistere, ne collusio fiat.
*l. qui suspecta. ff. de inofficioso testamento.
Authent. si heres. C. de litigiosis.
c. cum semper. de re iudicata.*
- 23 Tertij varijs modis opponuntur.
- 24 Lites non protrahenda, sed celeriter expediri debent.

De tertio debitore, an possit se opponere executioni ad defendendum eius fideiussorem, contra quem executio intenditur, & in hoc casu tertio copia actorum sit danda.



T admittendum esse tertium, qui se via executiue opponit, & post vltimam sententiam additionis bonorum esse admittendum, ut causa iudicio ordinario discutatur, probatur *l. 4. tit. 4. lib. 3. Recop. l. 1. tit. 14. p. 5.* vbi Gregor. Lopezius gloss. 1. & Azeued. *in d. l. 4. 1.* & tradita per Bartol. & DD. communiter *in l. à D. Pio. §. si super rebus, ff. de re iudicata, Innocentius in cap. veniens 2. num. 3. de testibus. D. Couarr. pract. cap. 16. num. 4. Paz in praxi 1. tom. 4. p. cap. 4. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. §. part. §. 10. num. 24. Villadiego in Politica cap. 2. num. 126. cum seq. ex Ioanne Gutierrez. Castillo, Afflicto, & alijs notauit Rodericus de executionibus c. 8. num. 4. & 5. D. Salgado de Regia protectione 4. part. c. 8. num. 32. & 56. cum seq.*

- 2 Et hæc opinio, ut tertius impediatur executionem, locum habet, etiam si agatur de executione trium sententiarum conformium, iuxta *Clem. 1. de re iudicata, Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fiscal. Pars II.*

prout communiter eam extendunt Felinus *in dict. cap. veniens, num. 17.* Cardinal. *in d. Clem. quest. 4.* vbi etiam Vitalinus *num. 89. & seq. Rota decis. 13. eodem tit. de re iudicata. Alex. lib. 3. conf. 83. numero 12.* Anton. Gabriel *commun. tit. de re iudicat. concl. Farin. in posthum. 1. p. decis. 17. num. 2. & seq. D. Salgado de Regia protect. d. 4. p. cap. 8. num. 14. & seq. Barbosa in remiss. ordinat. Lusitan. lib. 3. tit. 86. §. 3. n. 1. & seq.*

Verumtamen in hoc casu aliter dicendum est, quia quod de tertio oppositore leges nostræ & Doctores admittunt, solum procedit, quando tertius opponitur pro iure suo contra eum, aduersus quem executio intenditur, ut præferatur in bonis, in quibus fit executio; secus verò in nostro casu admittere reum principalem, ut se opponat executioni contra illius fideiussorem, ut illum defendat, dici non potest esse tertium, qui se opponit executioni, sed tertium, qui pro suo interesse liti assistit, & cum non possit haberi pro tertio excludente, sed pro coadiuuante, cum agat, ut liberet fideiussorem & exceptionibus eius suffragetur, debet accipere iudicium in statu, quo fuerit, & eisdem qualitibus. *capite fin. §. sanè, ut lite pendente lib. 6.* eis verbis: *Sanè si ad defensionem ipsius litis aliqui, quorum intererit, petierint admitti, eos in illo statu, in quo ipsam inuenerint, decernimus admittendos. Clement. constitutionem, vbi Anchar. notabili 6. de electione. Felinus in cap. cum super, num. 15. de re iudic. Bald. in l. si eo tempore, in fin. C. de remiss. pignoris, & in Authent. nunc si heres, ad fin. C. de litigiosis. Andreas Gail. pract. lib. 1. obseruat. 71. n. 1. & seq. D. Couarr. pract. c. 13. n. 1. & seq. & cap. 14. num. 3. & 4. Surd. decis. 60. num. 6. & decis. 147. n. 6. Auendan. de censib. c. 109. num. 8. Guzman. de euictionib. q. 6. n. 20. cum seq.*

Vnde cum ex legibus nostris, & praxi executionum Hispaniæ instrumenti publici fit executio, non citato reo, nec data copia actorum, sed forma est, ut intra tres dies opponatur reus executioni, & postea decem dies dantur reo, intra quos probet exceptiones, & si non probauerit, detur additio bonorum. *lib. 19. tit. 21. lib. 4. Recopil. & confirmant Doctores Regni, D. Couarr. lib. 2. var. cap. 11. num. 2. vers. in hac tamen, Rodericus Suarez in l. post rem iudicatam, limit. 12. num. 2. ff. de re iudicat. Mensius in l. 1. num. 20. vers. in hoc tamen regno, C. de iuris, & facti ignorant. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. §. part. §. 2. num. 13. & 14. & §. 9. num. 1. & seq.*

Quo fit, ut cum reus & debitor, aduersus quem intenditur executio, ea forma iudiciali teneatur eisdem terminis, debeat arctari tertius, ut reus principalis. Imò in hoc casu reus principalis, qui tertius est, & vult se opponere executioni, quæ fit contra illius fideiussores, ut eos defendat, quasi tertius, qui coadiuuat, debeat assumere litem in eodem statu & eisdem regulari terminis, quibus fideiussores, ita ut quemadmodum isti non admittuntur ad alias defensiones, quam eas, quæ à lege pro forma designatæ, ita ad nihil aliud admittendus tertius, ut *suprà* adducti notarunt, maxime D. Couarr. *pract. cap. 13. num. 1. cum seq. & cap. 14. num. 3. & 4.* Andreas Gail. *lib. 1. obseru. 71. per rotam.*

Præsertim cum in hæc casu tertius, qui se opponit liti, non sit minor, iste enim beneficio restitutionis potest transacto probationis termino post publicationem, & conclusionem in causa admitti ad probandum, quamuis non liceat reo principalij, ex doctrina glossæ, *verb. ex persona, in l. si parentes. C. de euictionibus, quam ex antiquioribus aliqui sequuntur, quos refert D. Couarr. vbi proximè, Barbosa in l. venditor 49. num. 124. & num. 172. de iudicijs, & in l. maritum 130. num. 84. ff. soluto matrimonio.*

7 Quæ sententia, vt tertius, qui sese opponit liti, nihil aliud facere possit, quàm quod reus principalis, probatur l. 15. tit. 10. *Recopilat.* vbi tertio non licet recusare, nisi in casibus, in quibus reus principalis poterat recusationem proponere, & quod tertius arctetur eodem ordine iudicij, & eisdem terminis, quibus arctatur reus principalis, non solum procedit in iudicijs ordinarijs, sed etiam in executiuis, vt in hoc casu, vt post Baldum in d. leg. si eo tempore, num. 6. C. de remission. pignor. notarunt D. Conar. Castellus & alij, quos refert in specie adnotans Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. §. p. §. 10. numer. 24. Auendan. tract. de censib. c. 109. num. 8. dicens esse receptissimam sententiam, adde Curiam Philippicam 2. part. §. 26. num. 12. & in terminis quando venditor se opponit liti ad defendendum emptorem, de qua in l. venditor, ff. de iudic. vt idem fit admittendum, teneri recipere litem in eodem statu, Anchar. conf. 333. num. 2. Cagnol. in d. l. venditor. n. 8. ad fin. vbi etiam Barbosa n. 181. Guzman de euictionib. q. 6. n. 42. & sequent.

8 Vterius, quia in hac de qua agimus specie, videlicet cum liti, vel executioni contra fideiussorem se opponit ad illos defendendos, reus principalis absque dubio procedit, regula textus in capite fin. vt litem pendente lib. 6. nam hic casus æquipatur ei, quando venditor se opponit liti, quæ agitur contra emptorem, de quo in dict. leg. venditor, ff. de iudicis, explicat Barbosa ibi, & dict. leg. maritum, num. 86. Nam quemadmodum emptor est, cui principaliter, & primo loco competit defensio, quando conuentus super rei proprietate, leg. sap. ff. de re iudicata, leg. 1. Cod. vbi in rem actio. Barbosa in dict. leg. venditor, num. 169. Guzman de euictionibus, quest. 6. num. 34. & ita in nostro casu fideiussor contra quem elegit creditor agere, est pars principalis, ad quem pertinet defensio, leg. idemque 10. §. generaliter, cum ibi notatis, ff. mandati Bartol. quest. 2. numer. 15. Barbosa in dict. l. maritum, num. 86. quia ille dicitur pars principalis in causa ad quam negotium pertinet principaliter, non secundario, & per consequentiam, Bald. per textum ibi in leg. principaliter, in princ. Cod. de liberali causa, Gail. lib. 1. pract. obseru. 70. numer. 20. ita principales in hoc iudicio dicuntur fideiussores, contra quos executio intenditur, & emptor, qui super proprietate rei, quam emit, directe conuenitur.

9 Venditor verò, qui se opponit liti, quæ intenditur contra emptorem ad illum defendendum ob periculum euictionis, tenetur litem in eodem statu sumere, in quo tunc erat cum emptore, ex dict. capit. fin. vt litem pendente, in 6. eisdemque defensionibus vti, quibus emptor quoque vti posset, atque ea duntaxat in iudicio agere potest, quæ permissa sunt emptori, & e contrario ab illis excluditur, à quibus repellitur etiam emptor. Angelus in leg. ab executione. §. alio, numer. 4. ff. de appellat. & in leg. si suspecta, num. 10. ff. de inoffic. testam. Cyn. & alij ex antiquioribus in dicta leg. 1. Cod. vbi in rem actio. Bart. Castr. & reliqui in leg. liberto, §. fin. ff. de negot. gestis, Honded. conf. 25. à num. 8. lib. 1. late Barbosa in dict. leg. venditor, num. 118. cum multis sequent. Marius Giurba decis. 8. num. 28. & sequent. Guzman in dict. quest. 6. numer. 20. cum pluribus seqq. ita etiam cum debitor, & reus principalis se opponit iudicio, quod agitur cum eius fideiussore, vt illum defendat, ne actione mandati cogatur eidem præstare, quod ille creditor soluerit, debet assumere litem in eodem statu, & eisdem vti defensionibus, & eodem tempore, quibus vti posset fideiussor, & non aliter, quia prædicti casus æquiparantur, & procedit eadem ratio, & idem statuendum, Bartol. dict. quest. 2. num. 15. Barbosa in dict. leg. maritum, numero 84. & seqq. ff. soluto matrimonio.

Præterea, quia reus principalis, aut venditor, cum se opponit iudicio, quod cum fideiussoribus, vel emptore agitur, potest dupliciter opponi, vel alieno nomine, quasi defensor & procurator in rem suam; vt liti assistant, emptoremque & fideiussorem coadiuuent, & tunc omnino pro interesse, quod ex victoria litis eis contingere potest, debent venditor, & reus principalis admitti, etiam si actor contradicat. leg. soluendo, ff. de negot. gestis, leg. solutionem, ff. de solution. Bartol. in leg. liberto, §. fin. numero 5. ff. de negot. gest. Barbof. in dict. l. maritum num. 86. & similiter, nec dum consentientibus emptore, vel fideiussoribus, verum etiam eis reluctantibus, leg. principaliter, alias principaliter, §. Cod. de liberali causa, leg. si percussorio, ff. de appellationibus. Bartol. in l. si actor, num. 2. ff. de probation. & in l. sap. n. 10. ff. de re iudicat. Felinus in dict. cap. cum super n. 17. in fin. Gail. lib. 1. pract. obseruat. 70. num. 7. & hoc casu sine dubio tenetur reus principalis, aut venditor litem assumere in eodem statu quo fuerit cum fideiussore, aut emptore, ex regula d. c. fin. vt litem pendente in 6. vt supra animaduertimus.

Sin verò proprio suo nomine velit venditor, aut reus principalis se iudicio opponere, ita vt in ipsum venditorem, vel reum principalem omnino iudicium transferatur, & amplius cum emptore, vel fideiussore prosequi iudicium actori non liceat, liberato emptore, vel fideiussore ab obligatione, tunc id fieri non potest, nec admittendum, quia nec potest nouari iudicium, nec obligatio, vt liberetur emptor, aut fideiussor sine voluntate & consensu creditoris, vel actoris, cui competit actio. leg. si mandato, §. 1. ff. mandati. ibi, aut si nolit creditor obligationem mutare Bartol. in leg. solutionem, n. 6. ff. de solutionib. & in l. liberto. §. fin. num. 15. ff. de negot. gestis. Natta consil. 360. num. 2. Ruinus lib. 5. conf. 84. numer. 2. Benintendis decis. Bononiens. 92. Barbof. in dict. leg. venditor, num. 107. & 110. & in dict. leg. maritum, num. 84.

Maximè inter reum principalem, & fideiussorem illa vrget ratio, quia est in electione creditoris, vel conuenire debitorem principalem, vel eius fideiussorem. l. non rectè, leg. iure nostro, C. de fideiussorib. ideo non poterit reus principalis facere, vt inuito creditore fideiussor remaneat liberatus, & lis duntaxat agitur cum debitore reo principali, vt notauit Guzman de euictionib. quest. 6. num. 8. 9. & 11. adde Ripan. in l. 1. num. 11. ff. ad Trebell. Pinel. in l. 2. part. 2. cap. 1. num. 22. C. de rescind. vendit. vbi ampliat regulam, quod creditor non cogatur inuitus liberare fideiussorem, et si alius æquè idoneus offeratur.

Cum autem venditor, aut reus principalis non agunt de liberando emptore, vel fideiussore, sed vt cum venditore, aut reo iudicium agatur, vt rectè instruat, & defendatur, si ad iudicium venerint ante litem contestatam cum emptore & fideiussore, tunc actor licet inuitus, & reluctans cogitur litem inchoare cum venditore reo principali, & incipit competere exceptio emptori, seu fideiussori contra actorem, si velit cum eis litem persequi, postquam ad iudicium processerunt reus principalis, aut venditor, dummodo iste præstet cautionem de re restituenda, ac si eam possideret, l. sed si lege, §. item si rem, ff. de petit. hered. quam ita interpretantur, Angel. ibi, num. 4. & Castrenf. n. 3. idem Angelus in d. l. venditor, n. 3. idem Castrenf. in l. 1. num. 2. C. vbi in rem actio Bartol. in dict. l. liberto, §. fin. ff. de negot. gestis, & conf. 209. n. 1. Ruin. lib. 5. conf. 84. num. 6. Benintendis d. decis. 92. n. 5. Barbof. in d. l. venditor, n. 108. & 111. & in d. l. maritum, n. 8. Guzman de euictionib. q. 5. n. 12. cum seqq.

Quod quidem limitandum, nisi ex hac mutatione iudicij, vt potius agatur cum venditore & reo principali, quam

quàm cum fideiussore, & emptore, creditor actor intendat magnum pati præiudicium, quia emptor, vel fideiussor conuentus sunt magis idonei ad soluendum, legaliores & faciliores, vt conueniri valeant, quia hoc casu non cogitur mutare iudicium, *l. si actor*, vbi Bartol. numero 2. ff. de probatio. aut si eo prætextu venditor velit ad forum suum actorem trahere, declinandò forum emptoris, contra textum in *d. l. venditor*. ff. de iudiciis, vt cum aliis notat Barbosa ibi, numero 115. Guzman d. q. 6. numero 17. & idem dicendum est, quando post iudicium inchoatum, & lite contestata cum emptore, vel fideiussore, petit venditor, aut reus principalis iudicium in eistransferendum, quia tunc obtineri non potest prædicta iudicij mutatio, & respectu iudicij videtur agi de quadam nouatione, quæ non admittitur nisi de consensu creditoris, vel actoris, ex regul. textus in *d. l. si mandato*. §. 1. ff. mandati, cum Castrensi, & aliis probant Barbosa in *d. l. venditor*, num. 118. & in *d. l. maritum*, numero 85. Guzman d. q. 6. num. 19.

15 Deinde, quasi reus principalis admitteretur data illi actorum copia, nec assumeret litem in eodem statu, quo erat cum fideiussoribus, contra quos executio intenditur, plura sequerentur absurda.

Primum, quia iudicium de executio, in quo solum citatio additionis admittitur, fieret ordinarium, cuius proprium est dare copiam actorum, & primi libelli, cap. 1. vbi gloss. & Doctores, de libelli oblation. Authent. offeratur. C. de litis contestat. l. 4. tit. 2. part. 3. leg. 1. tit. 2. lib. 4. Recop. Maranta de ordin. iudicior. 6. p. membr. 3. de libelli oblation. numer. 1. & seq. Paz in praxi 1. part. tom. 4. tempore, num. 60. Matienzo in Dialogo Relator. 3. p. c. 44. num. 3.

16 Secundum absurdum esset tollere in hoc casu electionem vt fiscus, cuius causa agebatur, vel quilibet creditor possit conuenire reu, vel fideiussores, qui ipsi sunt obligati, contra *l. iure nostro*. C. de fideiussor. quia eius doctrina procedit, etiam stante decisione. Auth. presente. C. de fideiussor. eo casu, vt in presenti, quando fideiussores obligati fuerunt, tanquam rei principales renuntiantes beneficio dict. Authentice, vt notarunt Bald. & alij communiter ibi, Abbas, & reliqui Canonistæ in cap. 2. de fideiussor. Anton. Gom. 2. tom. variar. c. 13. & late probauit Roder. Suar. in *l. post rem iudicatam*. q. 1. n. 2. 4. & 7.

17 Nec ex eo quod reo principali non detur copia actorum, in hoc casu defensio videtur denegari, quia non prohibemus, vt possit opponere se executioni quæ facta contra fideiussores, & in termino decem dierum viae executiue defensionem proponere, & habere copiam actorum, iuxta formam traditam in *l. 19. tit. 2. lib. 4. Recopil.* non quidem ex hoc citato, vel defensio tollitur, sed tantum variatur defendendi modus, & reseruantur exceptiones in tempore à legibus præfixo, vt post Angelum in *l. si sic legatum*. §. 1. ff. de legat. 1. cum aliis rectè notauit Rodericus Suarez in *d. l. post rem iudicatam*, limit. 1. 2. n. 3.

18 Nec obstant, quæ de tertiis oppositoribus expendimus num. 1. & 2. quia iura supra adducta, & Doctorum sententiæ procedunt in longè diuersis terminis, quia loquuntur de tertiis oppositoribus, qui ex iure suo se opponunt executioni ad illam impediendam, ne fiat in bonis propriis tertij, qui se opponit, cum ille non comprehensus instrumento, vel sententia, ex quibus, executio intenditur, Bartol. & DD. communiter in *l. à Diuo Pio*. §. si super rebus, ff. de re iudicata. D. Couarr. practicar. cap. 16. numero 3. & 4. Innocentius Felinus, & alij in capit. veniens, de testibus, Parlador. lib. 2. ver. quotidianar. capit. fin. §. 1. numer. 58. Farinacio pluribus relatis in posthumis 1. p. decis. 17. num. 2. & seq. Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars 11.

D. Salgado de Regia protectione 4. p. capit. 8. num. 32. & seq. & num. 56. vel tertius, qui se opponit, vult præferri in bonis debitoris communis, aduersus quem executio intenditur, quo casu tertius excludens censetur, quia alium creditorem ex iure suo potiori intendit excludere, vt notauit D. Couarr. pract. cap. 14. num. 4. & dict. cap. 16. num. 3. Abbas, & reliqui Canonistæ, in cap. cum super, de re iudicata. Gutier. lib. 1. pract. quest. 114. Paz in praxi 4. part. 1. tom. capite 4. de tertio oppositore, Auendan. de censibus, cap. 109. per totum. D. Franciscus de Leon. 1. part. decis. Valent. 116. in quibus casibus procedit *l. 41. tit. 4. lib. 3. Recopil.* vt ex illa constat aperte.

Quod equidem longè aliter procedit, quàm in nostro casu, quippe quando reus principalis se opponit executioni, quæ fieret contra illius fideiussores, non vt tertius excludens, vt in aliis casibus haberi debet, sed vt coadiuuans fideiussorum causam, & ideo non oportet amplius differri iudicium, vt aliter quàm cum fideiussoribus procederet.

Adeo quidem, qui coadiuuat, debet assumere causam in eodem statu, vt pro vna, & eadem persona cum principali censeatur: quemadmodum si idem tertius iudicium & causam inciperet, ex *l. si procuratoris*. 2. §. sed si alius. ff. quando appellandum sit, vbi tertius qui se liti opponit, debet eodem modo & tempore, quo principalis, appellationem interponere, ibi: Sed se alius, quàm qui iudicio expertus est, appellet, qualis est is, cuius interest, an etiam tertia die appellari possit videamus; sed dicendum est secunda die appellare eum debere, quia verum est eum causam suam defendere. & inde prouenit, vt quamuis tertius coadiuuans causam se opponat post sententiam iudicis ordinarij, & primam Cancellariæ, quam dicimus visionis. Adhuc sententia vltima reuisionis nocet tertio, vt ab illa non possit supplicationem intendere, quia id operatur iudicium tertium assumere debere in eodem statu. Ita tenuit Puteus decis. 71. num. 2. ibi, Et cum tertio nihil aliud esse faciendum, & illa lis erat in illo statu, & tertia appellari non poterat. Ergo nec Remigius potuit, & veniendo in illo statu videtur fecisse illas sententias contrarias suas; sequitur Lancelotus de attentatis 2. part. cap. 12. ampliat. 14. num. 2. ibi, Tamen propter admissionem in statu, in quo erat causa, etiam quoad eum dicitur tertia, & ab ea non potest appellare. Adde Rotam Romanam in nomiss. 1. part. decis. 305. num. 3. Cæsar Contardus in reper. l. vnic. C. si de moment. poss. limit. 23. num. 6. & 7. Paul. Emil. decis. 125. part. 3. Cauallcanus 4. p. decis. 5. num. 7. Peregr. de fidei. ommiss. art. vltim. num. 55. Scaccia de appellation. q. 17. limit. 6. membr. 4. numero 99. eis verbis: Limita quarto vt non procedat, quando tertius venit ad causam in tertia instantia, & fuit in ea admissus in statu, & terminis, in quibus causa erat, quia licet sententia ferenda sit prima, quoad ipsum tamen; quia ipse fuit admissus in statu & terminis, in quibus reperitur, sortitur naturam, tam quoad principalem, quam quoad tertium, qui propterea non poterit appellare si fuit conformis aliis duabus. Vnde multo magis dici poterit, vt reus principalis pro vna, & eadem persona cum fideiussore censeatur, nec possit mutare terminos causæ executiue, vt animaduertimus.

Sed quando tertij oppositio suspecta doli est, potest reici, & non admittenda; sed non obstante oppositio- ne sententia executioni mandabitur, gloss. in cap. super eo, verb. sententia, ad medium, de officio delegat. ibi, Item licet incontinenti velit quis probare exceptionem suam; si tamen est presumpcio contra ipsum quod malitiosè excipiat, primò mandabitur sententia executio- ni, vt hic; deinde, si quid velit proponere, non in modum

exceptionis, sed in modum actionis, audiat. sequitur Abbas ibi num. 8. D. Couarr. pract. cap. 16. num. 2. ibi, Verum quoties presumi potest calumnia tertij appellantis, & se opponentis executioni, tunc non est admittenda eius appellatio, nec oppositio. Auendan. cap. 16. Praetorum. num. 6. vers. quod limita, part. 1. ibi, Quod limita, nisi index suspicetur malitiosam esse istius tertij oppositionem, quia non obstante eius oppositione, & appellatione, prosequi debet ad executionem. Castillo in l. 64. Tauri. num. 96. Parladorus rerum quotidian. lib. 2. cap. fin. 5. part. 5. 11. numero 60. ibi, Sed illud animaduertendum erit, nunquam tertium oppositorem audiendum esse, si appareat eum per calumniam in ius venire, videlicet, ut executionem rebus, & cauillationibus retardet. Ioannes Gutierrez in l. nemo potest, numero 391. prope finem. ff. de leg. & in pract. lib. 1. quest. 118. num. 1. & 2. ibi, Videmus tamen quod iudices non obstante appellatione tertij oppositoris data per creditorem, la fianza de la ley de soledo mandada executar la sentencia, quod aut faciunt, quia plerumque isti tertij oppositiones se opponunt malitiose quod bene considerauit Auendan. c. 16. num. 6. vel faciunt, quia per oppositionem natura cause non mutatur.

- 22 Tertius, qui pro suo interesse liti assistit, ut sibi confulat in defensione litis, quam coadiuuare vult, timens collisionem, aut minus idoneam defensionem, ex l. qui suspecta 29. ff. de inoffic. Auth. si heres. C. de litigiosis. l. principalem, alias principaliter. C. de liberali causa, capite cum super de re iudicat. potest allegare quidquid omisum est a re principali, etiam eo inuito, & facere omne, quod ipsi videbitur necessarium ad iudicij instructionem, ex doctrina gloss. verb. adesse, in dict. l. si suspecta. ff. de inoffic. & communiter recepta per omnes, ut tradit Couarr. pract. cap. 13. numero 1. vers. Primum ex his, plures referens Monter decis. Aragon. 42. numero 94. & sequentibus. Camill. de Laratha consil. 113. num. 6. & seq. & potest iudicem recusare, Gail. lib. 1. obseruat. 71. num. 7. & addendi, Abbas in cap. cum super, num. 2. de offic. deleg. Angel. in l. si suspecta, numero 1. ff. de inoffic. testam. Philippus Francus in capite cum speciali, numero 45. de appellat. Afflict. decis. 235. in fine. Petr. Barbof. in dict. l. venditor, numero 171. ff. de iudicis. Guzman de enict. d. quest. 6. num. 22. quamuis contrarium de iure nostro Hispano reperitur decisum in l. 15. tit. 10. lib. 2. Recop.
- 23 Et licet varij sint modi, quibus tertij possunt liti opponi; non enim solum restringuntur ad coadiuuantes, & excludentes, ut tradit Menoch. consil. 448. Couarr. pract. cap. 3. & Caluacan. 4. part. decis. 5. esse materiam intricatam, & amplam, & num. 32. tradit ceteri ad instar Hydra ex multis capitibus, vel iuribus, ex quibus tertij opponuntur iudicio, & ad instar Chamæleonis, quia quilibet diuersum colorem habet ex iure suo; tamen in hoc casu reus principalis non potest se opponere executioni facta contra illius fideiussorem, nisi ut coadiuet illius defensiones, & executio impediatur.
- 24 Et merito lis non protrahenda nouis dilationibus, quia, ut tradit Dom. Couarr. pract. cap. 13. num. 1. eis verbis: Sunt in praxi maxime notanda ad rectum iustitie ministerium, & ut calumnijs occurramus, que facillime contingunt in his oppositionibus, cum plerumque fiant potius iniuria, & malitia, quam iure. & rationem tradit idem Dom. Couarr. pract. cap. 14. ad fin. ibi, Quod equitati potissime conuenit, ob frequentes has oppositiones, que plerumque dolo & fraude fiunt, non alia ex causa, quam quod reus timens iustissimam condemnationem, dum differri valet; & ita obtinui.



ALLEGATIO LXXX.

Remissio facta à Principe pretij falis ob aliquam causam, ea non sequutà, non procedit.

- 1 Res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur.
- 2 Contractus correspectiuus censetur quando alterius causa & respectu fit.
l. quare, §. inter locatorem. ff. locati.
- 3 Subrogatum fieri debet cum omnibus qualitatibus eius, in cuius locum subrogatur.
l. si cum, §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.
- 4 Tempus adiectum delegationi, procedit etiam in illo, qui in delegatione successit.
l. si index, 32. ff. de iudicis.
Tempus intelligitur propter locum & rem.
l. si peculium 20. penultimo. de stat. liber.
l. 1. §. is autem. ff. ne quid in flumine publico.
Tempus in contractibus regulatur secundum effectum quem respiciunt.
l. si ita stipulatus 14. de verb. obligat.
- 5 Tempus concessum respectu certa causa non currit nisi causa illa prius existat.
Legatum datum Religiosis ut faciant capellam intra annum, alias amittant legatum, non currit tempus, nisi postquam legatum datum.
Vestigalia remissa, vel imposita habitantibus in certo loco per annum, non currit tempus, nisi postquam aliquis venerit ad habitandum.
- 6 L. tali 48. ff. de iure dotium.
Dote sine nuptiis esse non potest.
- 7 Terminus designatus à contrahentibus ad aliquid faciendum, non incipit currere nisi postquam factum sit quod praecedere debebat.
- 8 Obligatus ad certa quantitatis solutionem intra duos menses, si debet praecedere liquidatio, non currit tempus usquequò fiat.
- 9 Temporis limitatio sicut continet inclusionem earum quibus conuenit, ita expressam exclusionem eorum quibus non congruit.
Verba presentis temporis ratione adiuncti mutant naturam, & referuntur ad futurum.
Collecta ex tempore quo conferuntur, recipiunt interpretationem.
- 10 Renunciationes stricta quanto minus laedant accipiende.
- 11 Renunciatio non censetur quando pro iure quod omittitur aliquid subrogatur.
l. si donata 36. §. si sponsus. ff. de donat. inter.
- 12 l. sed quod 73. l. idem seruandum 74. de leg. 2.
Renunciatio qua respicit causas, non habet effectum nisi existant.
l. si super possessione 9. C. de transact.
- 13 Datum ob causam, ea non sequutà condicendam, quamuis à iure impediretur impleri.
l. si militem, C. de condiect. ob caus.
Princeps non potest omittere ea qua pertinent ad statum publicum & Regalem sustinendum.
- 14 Renunciatio rerum qua pertinent ad sustinendum Principatum, non valet etiam iuramento confirmata.
l. iuris gentium, §. si paciscatur. ff. de pactis.
Tributa sunt necessaria ad imperium sustinendum.

- 15 Salina & sal ex Regalibus consentur.
l. item publica. §. item salinarum, ff. de verb. signific.
c. super quibusdam, §. praterca, de verb. signif. cap. 1. vers. salinarum, tit. qua sint Regalia, in feudis.
l. forma, §. salina quoque, ff. de censibus.
l. magis puto, §. sed & salinas, ff. de rebus eorum.
l. generali, §. uxori, & §. idem quesuit, ff. de usufruct. legat.
 Salina omnes regali Patrimonio legibus nostris incorporata, & a priuatis abdicantur.
l. 11. tit. 28. p. 3.
l. 19. tit. 8. lib. 9. Recopil.
- 16 Principis proprium est salis pretium statuere, & omnibus vidualibus.
cap. 10. lib. 1. Machabeorum expenditur.
- 17 Salis indigentia, aut pretium maius omnibus Prouincijs graue visum fuit.
Lysimachus apud Thraces primus salis vectigal instituit, & remisit.

Pretium salis quod auctum, decretum fuit à Principe cessare à die Diui Ioannis, vt ex eo sissæ millionum eius loco subrogarentur, sissæ non solutæ vsque ad mensem Augusti, non ante pretium salis cessare debet.

Ro Rege nostro vt pretium maius salis vsque ad mensem Augusti exigi possit, non obstante quòd fuisset conuentum, vt die Diui Ioannis vigesimoquarto Iunij cessaret, suadetur aperte si attendatur contractus cum regno initus. nam conuentum fuit, vt in locum pretij sissæ subrogarentur, quod vltra quàm ex decretis regijs, & regni suffragijs apparet, etiam epistolæ, quas ad ciuitates, quæ in Comitibus generalibus suffragium habent, regnum scripsit manifestè insinuant, quæ enuntiant cessare pretium salis, quod graue subditis videbatur, vt pro eo sissæ soluerentur, in qua re admissa iuris sententia, vt quæcumque res per causas, per quas nascitur, per easdem dissoluatur. *cap. omnis res: de regul. iuris, in Decretal. cap. omnis 27. q. 2.* Augustinus Barbosa *Axiomat. 1. 9. num. 8.* nam sissæ quæ soluebantur credens Rex noster graues subditis esse, decreuit eas remittere, & in eius locum pretium salis taxatum subrogare, quod cum nimis durum & graue subditis videretur, inde factum, vt iterum piissimus Rex, etiam si ad Regalia eius pertineret, salis pretium libenter omittet, & diminueret, vt hodie est, & in locum diminutionis sissæ redirent & soluerentur.

Quo fit, vt quamuis dies præfixa fuisset, vt pretium salis cessaret, adhuc cessare non debeat, vsquequò sissæ soluerentur, nam hic contractus correspectiuus existimandus, ille enim est quando in consequentiam vnus, alter contractus factus, vt probauit Ancharr. *consil. 434.* Alexand. *lib. 3. consil. 90.* Baldus *in l. petens, numero 49. Cod. de pactis.* Corneus *consil. 10.* & facit textus *in l. quaro, §. inter locatorem, ff. locati,* vbi cum locator adiecta pœna se obligaret ad non expellendum conductorem; quærit Iurisconsultus Pau-
 Ioan. Bapt. Larrea *Alleg. Fiscal. Pars 11.*

lus, si aliquo tempore non soluerit conductor pensio- nem, an sine metu pœnæ posset locator expellere, & statuit rectè expellere potuisse, & addit rationem, ibi, *Ita videri conuenisse de non expellendo colono intra tempora præfixa, si pensionibus paruerit, & ideo si pœnam petere cœperit, qui pensionibus satis non fecit, profuturam locatori doli exceptionem; ac perinde cum regnum peteret à Principe, vt cessaret pretium maius salis, promittens eius loco sissas soluere, merito doli exceptio obstatè posset, si in eo tempore, quo sissæ non solutæ, nollet dependere pretium salis, quia eius remissio ex contractu correspectiuo sissæ solutionis subrogationem respexit.*

Tum etiam, quia cum hæc subrogatio fieret, debet esse cum eisdem qualitatibus temporis, vt ab eodem quo cessauerit pretium salis, sissæ soluantur, argum. *l. si Titius 33. ff. de usufruct.* vbi proprietatis & usufructus quæ correctiuè iudicantur, ab eodem tempore incipere traditur, & subrogatum in totum sequi tempus & naturam eius, in cuius locum subrogatur, notant communiter Doctores *in l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautionibus.* *Surd. consil. 127. & consil. 152.* Bart. Alex. Iason. Antonius Gabriel, Molina, Peregrin. Gratian. Mantica, Mastrillus, Castillo, Decius, Cephalus, Menoch. & Burfatus, vt ego probaui *in decis. Granatens. disput. 20. num. 20.*

Rursus comprobatur, nam tempus appositum in prima delegatione, semper repetitum censetur in persona eius, qui in locum primi delegatur, & ei succedit. *l. si index 32. & ibi gloss. ff. de iudiciis* maximè, quia semper intelligitur tempus propter locum, & rem. *l. si peculium 20. §. penult. ff. de statu liberis,* vbi gloss. *verb. potuerit,* quæ plura iura cumulat, facit *l. 1. §. is autem, ff. ne quid in flumine publico,* & tempus in contractibus semper regulatur respectu effectus quem respiciunt, *l. si ita stipulatus 14. de verb. oblig.* & notauit Baldus *in l. fideicommissum, de leg. 1.* tempus concessum respectu certæ causæ non currere nisi causa illa prius existat idem Baldus & Iason *in l. si cui legetur, de leg. 1.*

Et congruit quæstio quam proponunt, si legatum Religiosis relinqueretur, vt ex tunc in anno construerent capellam, aliàs amittant legatum, non currere annum ex tunc, quamuis expressum fuit, nisi à die in quo legatum traditum fuisset, ita similiter in præsentem remissio pretij in tempore præfixo fieri non debet, nisi illud quod in locum remissionis pretij subrogatum solueretur, & in vectigalibus, siue ad eorum onus, vel libertatem, si habitantibus in aliquo loco pro annoliberebantur, vel eis imponantur, non incipit tempus currere, vsquequo veniat habitare vt ex Pinello, Paulo Castrensi, Ripa, Cephalo, Deciano, Alciato, & Burfato, probauit Menoch. *consil. 1078. num. 34.*

Deinde comprobatur ex sententia textus *in l. tali 48. ff. de iure dotium,* vbi facta stipulatione spondes decem in anno proximo dotis nomine dare, & dubitaret Iurisconsultus an ex die stipulationis annus computandus, vel ex eo die, quo dos esse potuisset, vel nuptiarum, respondit annum computari ex die nuptiarum, quasi aliàs inconueniens sequeretur. Nota verba ibi, *Nam si aliter obseruaretur, si intra annum nuptiæ factæ non sint, videri possit dos ex ea obligatione deberi.* Ita quemadmodum dos sine nuptiis esse non potest, & valde absurdum contra esset, ita similiter ne Rex pretio salis fruere, nec etiam illud perciperet quod in eius locum subrogatum, maximè cum expressè dictum esset cessare tunc pretium salis, quando sissæ soluerentur, & ita cum non impleteretur ex parte regni sissarum solutione à mense Iunij, Rex noster ad remissionem pretij salis non debet esse obligatus.

Iuuat doctrina Bartoli *in l. si cui legetur, ff. de leg. 1.*



vbi si emptor obligatus fuit ad soluendum pretium rei intra annum, quod currit à die obligationis, adhuc non currit, vsquequo venditor ex se contractum adimpleat, & rem tradiderit, vt multis probauit Tiraquell. *de retractu conuentionali*, §. 2. gloss. *vnica*, num. 16. Aretin. quem sequitur Beccius *conf. 5. num. 7.* & hanc doctrinam confirmat & probat Surd. *conf. 38. num. 14.* vt terminus designatus à contrahentibus ad aliquid faciendum, non incipiat currere nisi postquam id factum quod præcedere debebat.

8 Vnde infert, si quis obligaretur ad certæ quantitatis solutionem intra duos menses si ad solutionem debet præcedere liquidatio, adhuc duorum mensium terminus non currit, vsquequo liquidatio fiat, ex quibus referens Tiraq. & Taf. *in d. l. si cui legatur*, in terminis collectarum circa pretiū falis, probauit idem Surd. *conf. 335. n. 43.* vbi cum Dux Ferrariæ statueret vendi pro duodecim solidis mensuram falis, postea moneta mutata, & valore intrinseco diminuta, vt viginti & octo solidi ex noua moneta non æquarent valorem duodecim solidorum antiquorum, quamuis ex obligatione anteriori, qua Syndicus vrbis Ferrariæ obligatus fuit pro eius ciuibus, videretur solutionem ad tempus obligationis referendam, adhuc defendit Syndicum, vt cum prætextu falis, qui tradendus erat, obligatio fieret, tempus traditionis spectandum ad solutionem, vt eius temporis solidos pro sale sufficiat præstare.

9 Et idem Surd. *conf. 403. num. 57.* ex Baldo tenet, vt sicut temporis limitatio continet inclusionem eorum, quibus qualitas requisita conuenit, ita expressam exclusionem continet, quoad eos, qui non habent qualitatem, ex quo cum pretium falis remitteretur ea qualitate, vt ex tunc fissa soluerentur eo tempore, quo prædicta qualitas cessaret, quia soluta non fuerunt, excluditur dispositum & remissio pretij prædicti iuxta doctrinam Alexand. Saliceti, Socini, & Afflicti. quos refert & sequitur Gratianus 3. *tom. disceptat. capite 497. numero 18. vt verba presentis temporis ratione adiuncti mutant naturam, & referantur ad futurum.* & idem tradit *num. 31.* & remissio vectigalis, quod in falis pretio impositum, etiam si ex tempore præsentis fieret ratione adiunctæ qualitatis, vt eius loco fissa soluerentur ad tempus futurum, vsquequo soluta sint, remissionem extendet, vt non antea competat; quibus in terminis addenda est Baldi doctrina *1. part. conf. 433.* vt collectæ ex tempore quo conferuntur recipiant interpretationem, iunctis quæ notantur Socinus senior *lib. 1. consil. 6. num. 2.* Menoch. *conf. 97. num. 149 cum seq.*

10 Quæcumque enim in hoc casu posset renunciatio considerari pretij maioris, & vectigalis falis, semper, vt omnes renunciationes sunt strictè interpretandæ, vt minus lædant renuncianti. Gratian. *tom. 4. disceptat. cap. 799. num. 22. cap. 2.* & ibi Doctores, *de renunciatione*, vbi Barbof. *in collect.* plures cumulat Tiraquellus *in l. si vnquam. C. de reuocand. in proemio, num. 149.* Menoch. *consil. 371. num. 16.*

11 Sed verè hæc non potest censeri renunciatio, quia Rex noster etsi vellet subditis semper consulere, non tamen propter onera imperij potuit, aut dimisit absolute pretium falis, sed vt in eius locum subrogarentur fissa, quos regnum commodius soluendos censuit, nec tunc dicenda renunciatio, vt ex glossa *verb. substitutus*, *in l. cum apud Sempronium, ad fin. ff. indic. solui*, & glossa *in l. Valerianus, verb. voluerit, ff. de prætorij stipulationibus*, cum Baldo, Afflicto, & Chaldas notauit Gratianus 4. *tom. disceptat. cap. 719. num. 24. & 25.* vbi distinguit inter simplicem renunciationem, quæ differt à renunciatione animo subrogandi, vt illa mutet statum in omnibus, ita vt faciat nouum

actum, ita retineat pristinam & antiquam qualitatem, propter virtutem subrogationis, & probatur textu eleganti *in l. si donata 36. §. si sponsus, ff. de donat. inter vbi cum sponsus alienum anulum sponsæ muneri mitteret, & post nuptias pro alieno suum dedisset, tradit IC. Paulus Neruam putare anulum fieri mulieris, quia tunc factam donationem confirmare videtur, non nouam inchoare. quasi quod loco alterius subrogatur ad eius tempus oporteat referri.*

Et faciunt verba textus *in l. sed quod 73. iuncta l. 12 idem seruandum 74. ff. de leg. 2. ibi, Vice permutari domini restituatur*, vnde cum subrogatio, vel permutatio pretij falis fieret, cum eo, vt fissa soluerentur, interim dum non soluta, nihil videtur renunciatum, *l. si super possessione 9. cum ibi notatus, C. de transact.* Natta *conf. 390. num. 3.* & ex Surdo *conf. 445. num. 31.* Socino *lib. 1. conf. 31.* refert & sequitur Gratianus *tom. 5. disceptat. cap. 858. num. 23.* & renunciatio quæ respicit causas, si effectum non habeant, nulla reddatur, & repetitio competat eius quod omissum, propter causam, ea non sequuta, ex *tit. ff. & C. de conditione ob causam datorum* Natta *conf. 452. n. 2.*

Et quamuis esset legis impedimentum, ne fieret *13 id cuius causa daretur*, adhuc quod datum condici poterit, *l. si militem, C. de condit. ob caus.* idque magis apparet, quia cum compertum esset, sine prædicta tributorum exactione, aut pretij falis, vel solutionis fissa, non posse statum regium sustineri, non poterat Princeps renunciare, arg. *l. ius publicum*, & quod ibi notatur, *ff. de pactis.* Gratian. 3. *tom. disceptat. cap. 534. num. 56.*


Nec iuramento posset fieri, aut confirmari hæc *14 renunciatio*, quæ publicum statum læderet, arg. *l. iuris gentium, §. si paciscar*, vbi Iason, *notabili ultimo, ff. de pactis.* Gratianus 1. *tom. disceptat. cap. 31. num. 23.* quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, *cap. cum contingat. de iur. iurando*, nec contra publicam utilitatem obseruandum, Fusar. *de substie. quest. 308. num. 26.* quia nullatenus Princeps potest tributa remittere, & ideo cum Imperator Nero vellet populo vectigalia portuorum remittere, & iuxta Cornelium Tacitum *lib. 3. annalium*, facere pulcherrimum beneficium, & donum gratissimum generi humano, à senioribus & grauioribus Senatoribus prohibitum fuit, quasi inde sequi posset Imperij dispendium, quod sine stipendiis, nec stipendia sine tributis, sustineri valerent.

Denique cum Princeps noster nihil amplius à sub- *15 ditis peteret*, quam vt publicum regnantis statum sustinerent, & quidquid commodius & sine magno grauamine solui posset, solum admitteret, quamuis sal & salina ex Regalibus censentur, *l. item publica, §. item salinarum, ff. de verb. significat. capite super quibusdam, §. præterea, eodem tit. cap. 1. vers. salinarum, quæ sint regalia*, cum Isernia, Alciato, Antiboli, Cepolla, & aliis probauit D. Alfarus *de officio fiscalis gloss. 20. §. 4.* Henricus Boic. & Sixtinus *de regalibus verb. salina*, ex Gama, Cabedo, Tobia Nonio, Tusch. Gratiano, Panziolo, Delrio, & Maiolo notauit D. Solorzano *de Indiar. gubern. tom. 2. lib. 5. cap. vnico, num. 34.* ex Alex. Ludouico Romano, & aliis pluribus, plena manu congestis, Camillus Botrellus *de præstantia Regis Catholici, cap. 25. per totum*, qui etsi contendat *num. 8.* posse salinas possideri à priuatis, ex *l. forma, §. salina quoque, ff. de censibus, l. magis pacto, §. sed etsi salinas, ff. de rebus eorum, l. generali, §. uxori, & §. idem quasiunt, ff. de usufr. legat.* tamen iure nostro Hispano ad Regem pertinent. *l. 11. tit. 28. p. 3.* & nouiori constitutione *l. 19. tit. 8. lib. 9. Recop.* qua omnes salina regali Patrimonio incorporantur, & nouioribus rescriptis confirmatum.

Vnde

16 Unde in multis prouinciis, vel ferè omnibus ad Principatum spectat salis venditio, & pretium statuerè, vt colligitur *Machabeorum lib. 1. cap. 10.* eis verbis. *Pretia salis indulgeo.* quod Rex Alexander filius, Antiochi Iudæi scripsit, & adducit Gregor. Lopez in *d. l. 11. gloss. 3.* & D. Alfarius *d. §. 4. num. 85.* vbi refert *d. capite super quibusdam*, Innocentium & Cepollam, Bertachinum & Alciatum pro eadem re, adde Surdum *conf. 335. per totum*, & generaliter ad Principem, & Magistratus eius nomine pertinere taxationem pretiorum victualium, ego notauì *1. tom. decif. Granat. 1. 1. per totam*, vbi plura latè congeffi.

17 Tamen, quia subditis nimis grauate, visum fuit pretij salis augmentum, liberaliter & clementer dimisit, vt Lyfimachus Rex apud Thraces, qui primus vectigal salis instituit, & postea remisit, iuxta Athenæum *Deipnosophistarum lib. 3. cap. 1.* & sapius ex salinis (necessitate qua solet corpora hominum sustinere, ex Aristotele, Plinio, Platone & aliis, probauit Borrellus *de praestantia Regis Catholici, cap. 25. num. 5.*) omnibus gentibus valde intolerabilis semper fuit eius indigentia: vel pretij augmentum, vt constat ex traditis à Strabone *lib. 7.* Crinito *de honesta disciplinalib. 3. cap. 5.* Sabellicus *lib. 5. Ennead. 5. Chronicon Francorum*, de Philippo Dalusio Hieronym. San Roman in *Rebus publicis mundi de Veneta, cap. 8. de Ethiopia, capite 3. Tartarorum, cap. 7. de Indis Occidentalibus, lib. 3. cap. 1.* & videndi Zurita *lib. 15. annal. cap. 17. Pineda in Monarchia Eccles. lib. 16. cap. 29. §. 6. & lib. 23. cap. 29. §. 3.* & alij plures.



ALLEGATIO LXXXI.

Causa finali, ob quam Princeps concessit, non impleta, concessum non procedit.

- 1 Concessio facta ob aliquem finem, eius defectu locum non habet.
l. si extraneus, ff. de condit. caus. dat.
l. qui se debere 7. §. sin autem, ff. eodem.
l. quod Seruius 8. ff. eodem.
l. si mulier 10. ff. eodem.
Finalis causa effectus.
- 2 Finalis causa defectus facit deficere dispositionem.
- 3 Causa impulsua non facit deficere dispositionem.
l. cum tale, §. falsam 1. ff. de condit. & demonstrat.
Causa finalis qua sit, vel impulsua, & quomodo differant.
- 4 Dictiones vt, vel prout, inducunt causam finalem, & conditionem.
l. cum alimenta §. 1. ff. de aliment. legatis.
- 5 Causa finalis, & forma actus.
- 6 Donatio facta postquam ex re aliquid solutum, si id totum consumit, nulla est donatio.
l. item quod Sabinus, §. 1. de hered. instit.
Reliquum relictum nullum est quando nihil restat.
- 7 *l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legat. 2.*
- 8 *l. deducta §. 8. §. quod ex hereditate, ff. ad SC. Trebellian.*
- 9 *l. deducta, §. fin. ff. eodem.*
- 10 Dictio reliquum, denotat residuum post illud, de

- quo dispositum fuit.
l. si ita quis, §. Seio, ff. de verb. obligat.
l. quod Manius, ff. de hered. instit.
l. 2. C. eodem.
l. rescriptum, ff. de his quibus vt indignis.
- 11 Reliquum omne comprehendit, si ex eo nihil dispositum.
l. amisi, ff. de fideiuss.
l. si decem, ff. de solut.
l. decem, ff. de verb. obligat.

Rex noster in Comitibus generalibus Regno concessit quod debebat ex salis transportatione, vt suis expensis Regnum postea faceret, quia antea regalis Patrimonij expensis facta transportatio, & reserua-ta fuit summa, qua à Rege consignata negotiatoribus, quos dicimus Assentitas, & reliquum donatum; Regnum petit hanc summam, fiscalis negat, quia ex parte Regni non est adimpletum quod facere tenebatur.



NILLVM ius in hoc casu Regnum habere ex prædicta concessione manifeste constat, quia, vt ex actis apparuit, & relatione calculatorum Regis, quorum curæ erat dispositio eorum, quæ in hac re gesta fuerunt, eo prætextu populis Castellæ Regem concessisse eam summam, vt deinceps pretium ad quod sal redactum, Princeps perciperet sine vilo suo sumptu, & populi facerent expensas transportationis, quas verè numquam populi fecerunt, sed ex suo arario Princeps transportationis expensas erogauit, vt in eo ferè ducenta millia aureorum annua occuparet, ac perinde deficiente finali causa, ob quam id concessum fuit, locum non habere concessionem prædictam dicendum est, argum. *l. si extraneus, ff. de condit. caus. dat. l. qui se debere 7. vers. sin autem, l. quod Seruius 8. l. si mulier 10. ff. eod.* & notant communiter Doctores in eis iuribus, & rationem tradunt ex Aristotele, cum dixit, *omne agens agit propter finem*, & causa finalis est obiectum voluntatis, sicut signum & obiectum visus, & portus nauigantium, quæ sunt verba Baldi in *l. 1. num. 17. C. de falsa caus. adiect.* & finis est primum in intentione, licet sit vltimum in executione, & causa finalis funditur & ex toto (vt loquamur verbis practico-rum) mouet animi disponentis, alioquin non facturum, vt ex multis tradit Petrus Surdus *conf. 217. num. 45. & 31. Raudensis de analogis lib. 1. cap. 2. num. 3. & sequentibus. Calanate conf. 10. num. 37. Gratianus 1. tom. disceptat. cap. 96. num. 27. & 28.*

Ideo causa finali non sequuta, vel deficiente, dispositionem omnino cessare tenuerunt communiter Interpretes, in *l. fin. ff. de hered. instit.* Rolandus *vol. 4. conf. 44. num. 22.* Tellus Fernandez in *l. 17. Tauri n. 76. & 77. Molina lib. 4. de Hisp. primog. cap. 2. num. 18.* Mieres de maioratibus *1. part. quest. 39. numero 11.* Angelus de meliorationibus *l. 1. glossa 7. numero 19.* Matienzo in *l. 1. tit. 6. lib. 5. Recopil. glossa 8. numero 9. & 10.* Baëza de meliorandis ratione *dot. fil. cap. 21. numero 13. & seqq.*

56 De concessione facta ob aliquem finem.

Barbosa in l. si cum dorem 13. in principio num. 50. & 51. ff. solut. matrimonio. Molina de ritu nuptiar. lib. 3. quest. 6. num. 52. & 60. Fontanella de pactis nuptialibus tom. 1. claus. 4. gloss. 1. num. 50. & 53. Caldas Pereira conf. 52. num. 13.

3 Nec obstare poterit quod aliqui tradiderunt, causam impulsivam non facere deficere donationem, iuxta quod notarunt Bald. in d. l. fin. Cod. de falsa causa adiecta, num. 3. Tusch. pract. conclus. lit. F. conclus. 62. num. 36. Molina de ritu nuptiar. lib. 3. quest. 21. num. 10. Mantica de coniect. ultim. volum. lib. 3. tit. 12. numero 16. Fontanella dict. clausul. 4. gloss. 1. num. 27. & 28. id quippe procedit ex eleganti ratione Papiniani in l. cum tale. §. falsam 1 ff. de condit. & demonstrat. ibi, quia legandi ratio legato non coheret. tunc enim solum esse causam impulsivam, denotat, & defectum non infirmare dispositionem, & differre à causa finali, nam eius defectus in totum irritat, quod in eam collatum, & probatur eodem textu eis verbis, Sed plerumque doli exceptio locum habebit, si probetur alias legaturum non fuisse, & ita in hoc casu sine dubio causam fuisse finalem, dicendum est, quia dispositioni coheret, & inest, ut dist. nguunt Bart. in l. demonstratio 17. §. quod autem. num. 13. ff. de condit. & demonstrat. vbi Castrensis num. 9. Alex. lib. 6. consil. 81. num. 26. Mantica de coniect. ult. voluntat. lib. 6. tit. 14. num. 17. Guido Papæ q. ult. Menoch. lib. 4. presumpt. 24. Calganetus de conditio. 2. part. cap. 4. quest. 2. Accacius Ripoli de condit. & demonstr. §. quod autem, num. 5. Franciscus Barri de success. testati, & intestati, lib. 17. tit. 1. n. 3.

4 Dispositioni verò coherere causam, & ideo finalem dicendam, colligitur, quia, ut apparet ex actis, ideo populis remissa fuit quantitas quam debebant ex salis transportatione, & aperte expressum, ut deinceps, & pro eo populi expensis suis conducerent salem, & dictiones, paraque, latine ut, vel prout, inducunt causam finalem l. cum alimenta. §. 1. ff. de aliment. legat. Caldas Pereira de nominat. emphyteut. quest. 2. num. 3. Monterà Cueva decis. 10. num. 17. & de dictione pro, Bald. in l. 1. num. 16. C. per quas pers. & post multos Galganetus de condit. & demonstrat. 1. part. cap. 98. num. 7. Fontanella d. clausula 4. gloss. 1. num. 58. 59. Gratianus 1. tomo discept. cap. 96. num. 26. ex Cardinali Bertachino, & aliis, probavit Barbosa dictione 439. num. 1. & inducere conditionem, ex Iafone, Bologneto, Aretino, Curtio iuniori, Tuscho, & aliis idem Barbosa dictione 296. num. 13.

5 Et prædicta remissio ideo facta fuit, ut suis expensis salem populi in posterum transportarent, & pro illo onere quod in se suscipiebant, quo deficiente, similiter remissio cessabit, ex prædictis, & quia causa finalis, ut dicit gloss. in l. iuris gentium, §. quod ferè, ff. de pactis, est quæ regit & gubernat dispositionem ipsam, cum sit substantia ipsius dispositionis & actus, ex gloss. in §. si quis postulante. Instit. de actionibus, appellavit causam finalem formam actus, & Bald. in l. eam quam, C. de fideicommiss. vers. venio, ad notata tradit, causa finalis est fons causatum, & in l. auia, C. de iure dot. causam finalem esse primum principium intentionis. Tiraquell. tract. Cessante causa, limit. 1. n. 21. Menoch. d. lib. 4. presumpt. 24. numero 3. quibus adde quæ de causa finali ego notavi in decisionibus Granatenfisibus disputat. 33. num. 13. 14. & 15. & disputat. 46. num. 24.

6 Deinde quod ius Regni excludit manifestè, etiam si non deficeret causa finalis, & Regnum ex suo latere adimpleret, quia Princeps concessionem & remissionem fecit eius quod ex salis transportatione debebatur, si prius inde solueretur quod negotiatoribus à Rege ibi consignatum fuerat, & calculatione facta appa-

ruit plusquam ducenti millium aurei negotiatoribus consignati, & non deberi à Regno ex salis transportatione centum mille aureos, quo casu cum reliquum soluta consignatione donaretur, si appareat nil remanere, nihil donatum censebitur argum. leg. item quod Sabinus 17. §. 1. ff. de hered. instit. vbi omni asse relicto à testatoris heredibus, quos nominaverat, & postea alio hærede instituto, eis verbis, Ex reliqua parte heres esto, tradit Iuriscultus, quoniam cum nihil reliquum sit, ex nulla parte heres institutus est, probant Bartol. ibi, & Additionat. ad eum Tiraquell. in l. si unquam, verb. donatione largitus, num. 7. C. de renovand. donat. ex Baldo, & Angelo, Greg. Lop. in l. 19. gloss. 6. tit. 3. p. 6.

7 Et expendo textum in l. cum pater 77. §. dulcissimis, ff. de legat. 2. vbi cum testator legasset, avunculus quemcumque ei superesset in Pamphilia, Liria, vel ubicumque de maternis bonis; tamen tradit Iuriscultus omne quod ex eisdem bonis, percepta pecunia, in proprium patrimonium redactum, & ad fideicommissum non pertinere, ut notarunt post Baldum in eod. textu Bartol. in l. demonstratio. §. 1. num. 16. ff. de conditio. & demonstrat. Riminaldus in princ. Inst. de testam. num. 82. usque ad 93. Menoch. consil. 1020. num. 39. Garcia tom. 1. discept. cap. 3. num. 4. & tom. 4. cap. 7. 16. num. 22. ita quod Princeps ex debito quod Populi Regni deberent ex salis transportatione, in suum patrimonium conuertit, data consignatione negotiatoribus, nomine eius quod superesset, comprehendendi non potest.

8 Et facit ratio textus in l. deducta 58. §. quod ex hereditate, ff. ad SC. Trebell. vbi grauatius restitutione eius quod ex hereditate superfuisset, non debet fructus restituere, addita ratione à Iuriscultus, cum ea verba diminutionem quidem hereditatis admittunt fructum, additamentum non recipiant, probant Iason in l. domos, ff. de legat. 1. num. 2. Ruinus lib. 4. consil. 165. ad finem, & aliis tradit Menoch. lib. 3. presumpt. 32. num. 3. & 4. ex Bartolo, Alexandro & Imola, idem Menoch. lib. 4. presumpt. 188. num. 25. & cum illud quod reliquum, vel superfluum post consignationem respiceret, ut diminueret remissionem debiti, non potest ut augeatur sub duce consignario.

9 Et iuvat textus in d. l. deducta, §. fin. vbi hæres qui honorum superfluum post mortem suam restituere fuerat rogatus, pignori res hereditarias datas liberare non cogitur, cuius rationem tradiderunt Doctores, quia grauatius restituere post mortem, quod ex hereditate supererit potest in vita sua hæres bona alienare, ut tenuerunt Cynus, Bartolus, Baldus, Odofredus, Castrensis, Salicetus, Angelus, Alexander, Parisius, Corneus, & alij, quos refert Menoch. lib. 4. presumpt. 188. num. 1. ad fin. ac perinde Princeps qui reliquum debiti Regno concessit, non tenetur liberare quod antea negotiatoribus pignerauerat, ut sic loquamur, data consignatione.

10 Et confirmatur ex eo quod ex l. si ita quis, §. Scio. de verb. obligat. Castrensi, Baldo & Saliceto notavit Surdus consil. 308. num. 42. dictiones reliquum, residuum, denotare partem iam esse solutam, vel depositam, probant Alex. vol. 7. consil. 216. num. 4. Berolius vol. 1. consil. 192. num. 1. Neuzano consil. 84. num. 11. Natta consil. 102. num. 6. Beccius consil. 47. numero 6. & cum in hoc casu, quod superesset eius debiti Regno donaretur, eo ipso videtur partem esse depositam & consignatam, quamvis expressè non adiceretur dari quod remaneret solutis consignationibus, & verb. residuum superfluum, totum contineri, & comprehendendi, ex l. quod si Menius, ff. de hered. instit. l. 2. C. eod. Ias. vol. 1. consil. 9. n. 25. Cumanus consil. 105. Surd. decis. 65. n. 4. id verò si dimi

diminutum non fit, & aliquid detractum, vt ex *l. rescriptum. ff. de his quibus vt indignis*, & aliis probauit Albericus in *Dictionario verb. Reliquum. l. ceterorum*, & ibi Alciat. *ff. de verbor signif.* Alexander, Berouius, Bertrandus, Hugo de Celso, Zabarella & alij, quos refert Barbofa, *de appell. verb. appellat. 36.*

¶ 1 Quo fit, vt quamuis si ex debito Regni nihil esset consignatum, omne comprehenderetur *verb. reliqui, l. admissi. ff. de fideiussor. l. si decem. ff. de solutionibus. l. decem. de verb. obligat.* tamen illud quod detractum & consignatum ex reliquo, debet diminui, vt praediximus, & prius quod consignatum est soluendum, iuxta legem contractus, vt Regnum, nisi prius soluta consignatione, quod reliquum, petere non valeat.



ALLEGATIO LXXXII.

Officia à Rege vendita quando non admittant laesionem?

- 1 Officij personalis occupatio compensanda cum valore.
Estimatio proprij laboris ex fructibus officij deducenda.
- 2 Exactio partium habet incommoda.
l. planè 3. ff. familiae erciscunde. l. tutor. §. Lucius. ff. de vsuris. l. quidam existimauerunt. ff. si cert. petatur.
- 3 Laesio ex aliquorum sententia ad iudicis arbitrium reducenda; debet tamen arbitrium iuxta leges esse.
l. 1. ff. de vsuris.
- 4 Officia regia equiparantur dignitatibus.
cap. 1. de consuetudine. lib. 6. Dignitas officij in aestimatione computanda. l. aestimationem 16. §. qui pro honore. ff. de muner. & honor. l. 1. vers. non semper. ff. de pollicitation.
- 5 Officia regia regulariter debent renuntari, tit. 4. lib. 7. Recopil.
Officiorum perpetuitas concessa, & alia pacta eorum pretium augent. l. fundi partem 79. ff. de contrah. empt.
- 6 Officia publica magis respiciunt auctoritatem, quam commodum pecuniarium.
Pretium istud designat subhaestatio. c. 1. de empt. & vendit. Opinio Doctoris etiam sine auctoritate loquentis, si nullus contradicat, admittenda.
- 7 Impossibile censetur quod ex Principis voluntate pendet.
l. apud Iulianum 40. §. constat. ff. de legat. 1.
- 8 Iurisdictio quodammodo sacra & sancta consideratur.
- 9 Tertia licet Ecclesiastica sint antequam à Pontifice laicis concessa, postea temporales creduntur, & vendi possunt.
- 10 Qualitates rei aestimanda ad laesionem.
- 11 Census perpetuus ad plus quam vnus pro triginta aestimandus.
Authentic. de Ecclesiasticis titulis, §. si autem.
- 12 Officiorum publicorum labor cum vilitate compensandus.
- 13 Dolus est non exigere quod exigi potest.
l. dolus 44. ff. mandati. l. 1. §. idem Pomponius. ff. de dolo.

l. in fraudem 4. ff. quae in fraud. credit. l. seruos 25. ff. de pignorat. actione.

14 Testibus potest index non credere, ex iustis causis.
l. 3. §. 1. ff. de testibus. Probatum quod articulis non comprehensum, nec allegatum, non prodest. c. testibus. 29. de testibus.

De officio quod à Rege venditur, an laesio in eo possit considerari, ad explicationem l. 1. tit. 1. lib. 5. Recop.



Ro quindecim mille aureis officium venditum fuit, quod habebat quingentos aureos pro annuo salario, & ex parte emptoris laesio intendebatur in dimidia iusti pretij, ex *l. 1. tit. 1. lib. 5. Recopil.* quasi sex mille aureos non valeret, quia ultra salarium exercitium personale & occupationem habebat, & haec compensanda sit cum fructibus officij. Panormitanus in *cap. ad nostram. num. 8. de rebus Ecclesie. Bald. in l. si quis sciens. c. de rei vindicat. Castrensis in l. diuortio. §. impendia. ff. solut. matrim.* vbi communiter notant omnes, & proprium laborem aestimationem recipere, & ex fructibus deducendum esse, ex Boerio, & aliis probauit Ioann. Garcia de *expensis. c. 1. n. 14.*

Tum etiam & salarium à pluribus inferioribus ministris exigendum, ex quo minoris existimationis iudicandum, quia exactio partium non minima incommoda habet. quae sunt verba textus in *l. planè 3. ff. familiae erciscunde*, & ibi notat gloss. & omnes communiter, & in *l. tutor. §. Lucius. ff. de vsuris*, & in *l. quidam existimauerunt. ff. si cert. petatur.* D. Couarruu. Fanus, & alij, quos refert & sequitur Surdus *decis. 345. numero 9.*

Tum quia licet ex aliquorum sententia ad arbitrium iudicis laesio reducat, vt constat ex eis quae tradiderunt Menoch. Mascardus, Molina, Bursatus, Chaldas, Scaccia, Cancerius, & alij plurimi ex antiquioribus, quos refert Giurba *decis. 110. num. 3. & 4.* tamen arbitrium hoc non ex capite, sed iuxta iuris regulas sumendum est, arg. *l. 1. ff. de vsuris.* ibi, *Arbitria iudicis vsurarum modus constituitur, ita tamen vt legem non offendat. capite super his, de accusat.* tradit Andreas de Ifernina in *cap. 1. §. fin. numero 29. de Capitaneis qui Curiam vendidit. Romanus consil. 376. col. 2. circa fin.* Ex quibus id notauit Caesar Ursillus in *addit. ad Afflictum. decis. 225. num. 3.* & Mandellus Albenis idem sentire videtur *cons. 99. num. 7.* quemadmodum non debet iudex aequitatem ex voluntate sua statuere, sed ex iuris regulis, vt resoluit Decianus *lib. 1. consil. 136. num. 44.*

Verumtamen his non obstantibus, dicendum est, in hoc casu non potuisse laesionem locum habere, quia officia equiparantur dignitatibus, & personatibus. *cap. 1. vbi Archidiaconus de consuetudine. lib. 6. Federicus de Senis consil. 20. num. 4. Tuschus tom. 5. verb. officium. concl. 92. num. 2. & 3. & officia honorem cumulant. Boherius decis. 222. numer. 2. & 3. cum aliis. Rectè tradit Laurentius Siluanus consil. 1. num. 41. aliquid Azeued. in l. 7. tit. 9. lib. 3. noua compil. numer. 7. Bobadilla lib. 5. Politica, cap. 1. numero 2. Dignitas enim in aestimatione debet computari. *l. aestimationem 16. §. pro honore. ff. de muneribus, & honoribus. l. 1. vers. non semper. ff. de pollicitationibus.* & ideo in muneribus*

Decurionum consideratur dignati æquialere magnum pretium, vt communiter æstimantur, et si nullæ utilitates, & ferè nullum eorum salarium sit.

- 5 Quæ utilitas etiam consideratur ex perpetuitate, cum in hoc officio concessa fuisset: nam venditio facta, quàm vulgò dicimus *por inro de heredad*. & cum aliàs officia quæ à Rege venduntur, debeant renuntiarī, aliter ad Regem redeunt, ex *toto titulo 4. lib. 7. Recopilat.* id quasi pretium æstimari oportet, & renuntiationem non esse necessariam in hoc officio expressè adiectum fuit, & à muliere, si in eo succedat, posse nominari, qui illud exerceat, quod etiam in pretio computandum, arg. *l. fundi partem 79. ff. de contrab. empt.* fauent de huiusmodi officiis agentes, Molina Iesuita *tom. 1. de iustit. & iure, disp. 91.* Cabedo *decis. Portugallie 24. 2. part.* Tellus *Ferdinand. in l. 26. Tauri, à num. 12.* Gama, & eius Additionator, *decis. Felician. de censib. lib. 2. cap. 3. ex num. 23.* Auend. *iunior. in eod. tract. q. 55.* Rota Romana inter nouissimas sacri Palatii *decis. 682. part. 1.* Seraphinus *decis. 1294. per totam.*
- 6 Sed etiam in officiis, & eorum venditione læsionem admitti non posse, quasi magis respiciant honorem & auctoritatem, quàm utilitatem pecuniariam, nec ea quæ iuris publici sunt, commodè æstimari possunt, & pretium iustum designat publica subhastatio. *cap. 1. de empt. & vendit. ex pluribus Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. num. 6.* & cum venditio officiorum in subhastatione & foro publico fiant, non poterit rectè aliunde pretium colligi, ex Socino, Baldo, Felino, Antonio de Burrio, Afflicto, Greg. Lopezio, Menochio, & Mexia probauit D. Alfaro *vbi proxime num. 55.* & in terminis probauit D. Alfaro *de offic. fisc. gloss. 34. §. 1. speciali 8. n. 50. cum seq.* cuius opinio, quia expressè à nullo improbatur, admittenda, ex traditis à Francisco Beccio *lib. 1. conf. 2. num. 11.* dum probat, vbi non est contradictor, opinio alicuius Doctoris etiam sine auctoritate loquentis, quasi casus legis habenda. Riminald. *iunior vol. 6. conf. 689. numero 160.* Menoch. *conf. 73. num. 17.* Sesse *2. part. decis. 230. num. 6.* Gratianus *2. tom. discept. cap. 281. numero 19. & cap. 335. num. 23.*
- 7 Idque eo maximè procedit, quia hæc venditio de qua agimus, facta fuit de prima creatione officij, quod & eius ad alium translatio siue indulgentia Principis, & concessione fieri non potest, & vt peculium priuati fiat officium & bonis eius adquiratur, ex nutu Principis pendet, & ideo impossibilis censerī poterat vulgata *l. apud Iulianum 41. aliàs Africanus. §. constat. ff. de legat. 2. ibi, Quoniam commercium eorum, nisi iussu Principis, non est, cum distrabi non soleant, & id quod iuris publici est, in officiis non rectè potest æstimari, vt notauit Auend. respons. 9. numero 2. in vers. & ratio potissima.*
- 8 Rursus, quia istud officium aliquale iurisdictionem habebat in ministris inferioribus, & iurisdictione quodammodo sacra & sancta reputatur. Francisc. Marcus, *decisio Delphinal. 747. num. 13. 1. part. ibi, Quia iurisdictione est spiritualis, & omnis potestas, & iurisdictione à Deo est, secundum Paulum ad Roman. 3. & potest adaptari interpretum doctrina, & communis conclusio: vt in actibus & contractibus circa res sanctas, & sacras non habet locum læsio, vel restitutio. Baldus num. 22. & Cagnolus num. 57. in l. 2. C. de rescind. venditione. vbi etiam Padilla num. 18. & Pinellus 1. part. capite 3. num. 16. D. Couar. lib. 1. variar. cap. 5. num. 8. Gregorius Lopez gloss. 4. post principium, in l. 56. titulo 5. part. 5. Chaldas Pereira in l. si curatorem habens. C. de integritate restit. verb. hunc contractum num. 29. & verb. læsis. n. 38. Steph. Gratian. discept. 1. tom. cap. 110. num. 6. Tusch.*

tom. 5. verb. læsio, concl. 296. n. 59. Thom. Sanch. lib. 7. de matrim. disput. 37. num. 17. cum aliis, Vincent. Carrot. decis. 95. num. 10.

Nec inconueniet officia vendi, & iurisdictiones, quod non admittitur in factis, nam tercia decimarum quæ concessione Summorum Pontificum pertinent ad Reges Hispaniæ, etiam si antequam ad eos venirent, Ecclesiasticæ erant, & vendi non poterant, tamen postquam laicis concessæ, temporales existimantur, & in quemcumque transferri possunt venditione, iuxta tradita *ad tit. 21. lib. 9. Recopil. & per D. Couar. in practico. cap. 35. num. 2. & lib. 1. var. cap. 17. à num. 5.* Suarez *allegat. 28.* Auendaño *2. p. pratorum, cap. 4. num. 21.* Belluga *in speculo Principum, rubric. 13. de decimis, §. restit.* Ioan. Garcia *de expensis, cap. 9. num. 92.* Gutier. *lib. 1. practico. q. 13. & 14.* Lazarte *de gabellis, cap. 19. numer. 28.* Parlador. *in sesquicenturia, differentia 24. §. 2. num. 6.* Camill. Borrell. *de prastantia Regis Catholici, c. 59. & c. 71. num. 348. cum seq.* Barbosa *in l. Titia 35. ff. solut. matrim. n. 39.* Ceuallos *lib. 3. communium contra communes, q. 822. num. 67. & lib. 4. q. 897. n. 636.* Cabedo *decis. Portugallie 62. p. 2.* Ioseph. Sesse *decis. 162. Regni Aragonum, parte etiam 2.*

Maxime, quia, vt animaduertimus, plures in hoc casu res æstimabiles huic officio concessæ fuerunt, videlicet semper esse perpetuum officium non egere renuntiatione, posse vinculo maioratus subiici, si mulier in iure officij succederet, illam posse nominare qui officium exerceat, ex officialibus inferioribus, qui ei subditi sunt, redditus quingentorum aureorum proprio iure & iurisdictione sua posse exigere & recuperare, & alia, quæ omnia longè pretium, & æstimationem huius muneris augent, & nisi hæc omnes qualitates & circumstantiæ cognoscantur, & testes de illis iudicare possint, non poterit rectè probari læsio, vt tradit Tiraquellus *de retractu convention. in prefatione ex n. 20. & 25. ad finem.* Carolus Ruinus *lib. 4. consil. 16. num. 5. ibi, Et ideo non sufficit tunc simpliciter probare quod pretium sit infra dimidiam iusti pretij, sed debet capitulari & probari, quod attento etiam predicto pacto venditor fuit ultra dimidiam deceptus, aliàs non concluderet probatio.* latè *Rolandus à Valle vol. 2. consil. 96. num. 42.* Ioseph. Ludou. *decil. Perusina 97. numer. 3. & 7. ex pluribus Matienzo l. 1. gloss. 2. tit. 11. lib. 5. Recopil. num. 24. & ex Iafone numer. 26. tradit, ibi, Tanto pluri valet res, quanto ius & dominium pinguius vberiusque transfertur, & ita ex contrario eo minoris valet, quo tenuius infirmiusque transfertur.*

Et vt notauit Bald. *in l. fin. n. 5. C. communia de legat. 11. res debet æstimari ex inspectione oneris, & qualitatis rem efficiens.* & tradit Alex. *in rubrica de noui operis nuntiat. numer. 29. Qualitas meliorat subiectum.* adde *Corneum lib. 3. consil. 48. num. 6. & ideo Antonius Faber lib. 4. Codicis, tit. 30. distinct. 20. non rectè probari læsionem, si non omnium circumstantiarum ratio habeatur. & cum salarium sit quingentorum aureorum, idque perpetuum, nõ redimibile solum redditus pecuniarij absque aliarum qualitatum consideratione excedunt pretium quindecim millium aureorum, nam redditus perpetui ad triginta regulantur, iuxta D. Couar. lib. 3. variar. cap. 9. num. 6. & Felician. lib. 2. de censibus, cap. 1. num. 16. ad triginta quoque posse computari, tradit ex authentico *de Ecclesiasticis titulis, §. san. autem.* quod refert Auendaño *de censibus, cap. 31. num. 6. & ad minus cum legibus nostris nullum certum pretium census perpetui & irredimibilis statutum sit eo tempore quo census redimibilis ad vnum pro quatuordecim computabatur, ad viginti quinque referendum admittit, ac perinde cum ex legibus nostris census redimibilis hodie pretium statutum habeant vnum pro viginti,**

ex Pragmatica anni 1608. & confirmatum Pragmatica anni 1621. videtur si cum hoc ex consuetudine conferendum pretium, census perpetuo irredimibiles longè pretium vnum pro triginta excedere oportere, & ideo redditus annui quingentorum aureorum, si ita computatio fiat, longè excedere pretium quindecim millium aureorum, vt non debeat læsio in hac venditione considerari.

- 12 Nec quæ in contrarium adducta aliquid mouebunt, videlicet laborem ex pretio deducendum, quod aliqui tenuerunt, etiam fatemur: sed hoc munus ferè nullum laborem habebat, illeque cum honore, autoritate, iurisdictione, & aliis compensandus quemadmodum, vt notauimus, euenit in muneribus Decurionum, & aliis similibus, vbi etiam si longè maior labor sit, & ferè nulli redditus, hæc omnia cum munerum autoritate compensantur.
- 13 Deinde quod obiectum salarium minutatim ex pluribus personis exigendum, idque non leue incommodum adfert, quia potius ex eo quod exiguiore summae sint, facilius exactio existimanda, & cum is qui officium emit, possit iure suo exigere ab officialibus inferioribus, impediens eis vsum officiorum nisi soluant quod ei propter eorum præfecturam, (vt sic loquamur) assignatum fuit, potius illi imputandum est, ex textu in l. dolus 44. ff. mandati. ibi, Dolus est si quis nolit persequi quod persequi potest, aut si quis non exegerit, quod exigere potest. l. 1. §. idem Pomponius. ff. de dolo. l. in fraudem 4. ff. quæ in fraud. credit. Socinus lib. 2. consil. 273. Becius lib. 1. consil. 37. & consil. 105. num. 26. & quod de delicato debitore traditur in l. seruos 25 ff. de pignorat. actione, rectè ad creditorem in hoc casu posset referri.
- 14 Denique non obstat pluribus testibus probasse emptorem læsionem, quia vltra quam poterit Iudex, ex aliquorum sententia, testibus non credere, & argum. l. 3. §. 1. de testib. notauit Bart. in l. Lucius 21. ad fin. ff. de his qui not. infamia. Decius consil. 94. num. 1. & consil. 105. num. 5. Grammaticus decis. 92. num. 24. Albenis consil. 99. num. 7. & consil. 224. num. 1. & 2. Curtius iunior consil. 178. post princip. Viuius lib. 1. consil. 10. num. 12. & consil. 31. num. 5. Beccius lib. 1. consil. 2. num. 85. Siluanus consil. 36. num. 5. Honded vol. 1. consil. 15. num. 7. & consil. 17. num. 33. Peregr. decis. 36. num. 5. & in terminis læsionis Pinell. ad l. 2. C. de rescind. vendit. 3. part. cap. 4. num. 44. etiam si hoc indistinctè admitti non possit, tamen, iuxta quæ notauimus, nisi de omnibus qualitatibus, quibus hoc officium venditum fuit, testes deponerent, nec probatio prodesset, necdum articulis emptoris officij prædictæ qualitatis expressæ, & quamuis de aliquibus ex dictis qualitatibus testes deposuerint, tamen cum articulis probationum nec comprehensæ, vel expressæ, non debet attendi, vel prodesse. cap. testibus 29. & ibi Canonistæ communiter, de testibus. glossa fin. in l. si quis libertatem 7. ff. de petit. hered. Mascard. concl. 1371. Pinellus ad rem d. 3. part. cap. 3. num. 28. Farinac. in praxi crim. tom. 2. q. 71. opposit. 24. num. 207. Vnde iuxta prædicta quando testis deponere non potest, de certo pretio officij non doctus, de eius qualitatibus quibus venditum rectè iudex testibus non credit, nec id ex capite erit, sed ex iusto arbitrio iuris regulis adæquato, præsertim, iuxta quod supra notauimus, non esse admittendam læsionem officiorum quæ à Rege venduntur, ex opinione D. Alfari, & rationibus num. 4. 5. 6. & 7. supra adductis.



ALLEGATIO LXXVIII.

De moneta ærofa, nostra Pragmatica anni 1628. & 1642. diminuta, quæ inuenta fuit apud Thesaurarios regios.

- 1 Thesaurarij officium pertinet ad custodiendam pecuniam Principis quasi depositarius. l. licet. §. rei deposita. ff. depositi. l. 2. tit. 3. p. 5.
- 2 Periculum rei spectat ad dominum. l. si creditor. l. si nulla. l. que fortuitis. l. pignus. C. de pignorat. actione.
- 3 Thesaurarij debent probare pecuniam qua diminuta processisse ex vectigalibus, vt Principi tribuatur periculum diminutionis.
- 4 Identitas non præsumitur, & probanda ab eo, qui allegat. l. creditor oblatam 102. ff. de solutionib.
- 5 Subrogatio pecunie vnus pro alia, an possit fieri Thesaurario, vel ex actore vectigalium. l. cum tabernam. ff. de pignor. & 1. n. 12. l. ex facto. §. rerum Italicarum ff. de hered. instit. & num. 13.
- 6 Thesaurarius qui satisfactionem dedit pro pecunia, an possit ea uti. l. 1. ff. ad l. Iul. peculatus, & n. 14. l. in nauem Saufey, versic. nam si quis, ff. locati.
- 7 Pecunia utens quam custodiendam quis habet, tenetur ex tradito. l. quod ab initio. l. certi conditio. §. fin. de rebus credit. l. Procuratoris §. §. planè. vers. sed si dedi. ff. de tribut. actione.
- 8 Thesaurarius exactor vectigalium, vel depositarius, qui utitur pecunia, eius periculum sustinebit.
- 9 Periculum non est pecunie, eà consumptæ.
- 10 Periculum pecunie pertinet ad eius dominum. l. incendium 11. C. si cert. petatur. l. naturalis. §. scyphos. ff. de præscr. verbis. Accidens & qualitas rei non potest superesse re consumpta. l. eius qui in pronincia. vers. quoniam ff. si tert. petatur. l. 2. ff. de usufructu.
- 11 Dominium non acquiritur destinatione tradendi, sed ipsa traditione. l. traditionibus. C. de pactis.
- 12 Taberna pignori supposita omnes merces qua tempore mortis debitoris, cedunt pignori.
- 13 Pecunia consumptione eius dominium abdicatur.
- 14 Thesaurarius qui accepto cambio pecuniam in alio loco soluendam, vel transportandam recepit, periculum subire debet. l. sacrilegij 9. §. Labeo, & §. is autem. ff. ad legem Iuliam peculatus.
- 15 Thesaurarius ad quem pertinet periculum pecunie, eius debet consequi lucrum.
- 16 Moroso debitori tribuendum periculum diminutionis pecunie. l. quod te mihi. ff. de rebus creditis. l. si soluturus. l. qui decem. l. creditor. ff. de solutio.

- 17 Res qua eodem modo peritura, quando non imputandum periculum ei, qui retardauit traditionem.
l. si plures, §. siue autem, ff. de positi.
l. Iulianus, §. est & alia exceptio, ff. quod vi, aut clam.
l. si uehenda, §. si ea conditione, ff. ad legem Rhodiam de iactu.
- 18 *l. & in totum 4, ff. de impens. in res dot. fact.*
- 19 Rex Hispanus multis eget pecunijs ad exercitus in toto orbe sustinendos.
- 20 Periculum rei peritura non imputandum illi, qui recipere debebat si vitaret distrabendo.
l. item si verberatum, §. si seruus petitus, ff. de rei vindicatione.
l. cum res 47, §. ult. ff. de legat. 1.
l. filio 26, §. post diuortium, ff. soluto matrimonio.
l. apud Iulianum 40, §. fructus, ff. de leg. 1.
l. illud 43, in principio, de petitione hereditatis.
l. de eo 12, §. si post ff. ad exhibendum.
l. si is qui 57, in fine principij, ff. de iure dotium.
- 21 Administrator bonorum debet sibi soluere, & à se exigere, alias ei imputabitur.
l. in fundo, ff. de rei vindicatione.
l. sed si lege 28, §. quod ait Senatus, ad finem, ff. de petitione hereditatis.

Exactiones portuorij, vel Theaurarij Regis, quid probare debeant vt Pragmatica diminutionis moneta aërofa, que apud nos facta possit eis nocere in pecunia, que apud eos inuenta, sed periculo Principis diminutio cedat.



- M**NES isti iuuantur ea ratione, quia Theaurarij officium respicit custodiam, & conseruationem pecuniæ Principis, ita vt quasi eius depositarius censetur, vt notauit Petrus Surdus *conf. 391. numero 11.* & cum dominium eius pecuniæ non sit Theaurarij, sed Principis, *l. licet, §. rei depositaria, ff. de positi, l. 2. tit. 3. part. 5.* Conanus *lib. 7. commentar. cap. 5. in principio.* Petr. Gregor. *Synagm. iuris, lib. 23. cap. 3. num. 14.* Corraus *lib. 3. miscellaneorum, cap. 20. numero 4.* Bellonus *lib. 1. supputationum iuris, cap. 9.* Donellus *lib. 5. comment. cap. 13.* & quæ ex Duarenò, Grangiano, Pacio, & Charonda notauit Olvvaldus *ad d. cap. 13. littera F.* Menoch. *conf. 37. numero 20.* Franciscus Ponte *conf. 56. num. 5. 12. & 15.* D. Castillo *lib. 3. controuers. cap. 16. n. 23.*
- 2 Ex quo apparet cum periculum rei ad dominum semper spectet, *l. si creditor 4. l. si nulla, l. pignus 9. l. que fortuitis, Cod. de pignorat. actione.* D. Pichard. *in §. cum autem, num. 2. Institut. de empt. & vendit.* nullo modo debeat pertinere ad istos exactores, vel Theaurarios, vt in terminis notauit Decius loquens de Theaurario Principis, vt non ad eum, sed ad Principem spectet periculum pecuniæ, *conf. 473. ex num. 1. per totum, quod tenuerunt Antonius Gabriel lib. 3. commentum, tit. de rebus creditis, conclus. 12. numero 5.* Medicus de casibus fortuitis, *quest. 10. num. 63.* Hondedeus

vol. 2. conf. 43. n. 23. Surd. *d. conf. 391. numero 27.* Festafius de aërofa & collectis 3. *part. cap. 1. num. 17.* & similiter agens de Theaurario Principis, idem tenuit Burfatus *conf. 325. num. 55.*

Sed tamen adhuc dicendum est, exactores istos tributorum, vt possint imputare Principi diminutionem monetæ, & periculum, probare teneri, eandem pecuniam quæ periit, vel diminuta est, processisse ex vectigalibus, quorum exactio ad illum Theaurarium, vel exactorem pertinebat, nam cum nisi ea pecunia processisset ex dictis vectigalibus, non potest Principi diminutio & periculum pecuniæ imputari, necessarium hæc qualitas quasi in ea fundetur, probanda est, vt notauit Mascard. *de probat. conclusio. 667. num. 48. & conclus. 873. num. 20.*

Tum, quia identitas non præsumitur nisi probetur, & necessarium probanda ab illo, qui eam allegat, Zabarella *conf. 108. ad finem.* Crauetta *conf. 198. numero 4.* & referens Siluanum, Ruinum & alios, tenuit expresse Mascardus *de probat. conclus. 874. num. 11. & 12.* & probare videtur *l. creditor oblatam 102. in principio, ff. de solut. ibi, Item pupillaris pecunia, vt possit idoneis nominibus credi, ita interempta est, vbi ad hoc vt in damnum pupilli cederet diminutio pecuniæ, aperte traditur, pecuniam esse pupillarem, & glossa tradit, pecunia pupillaris seruata fuit tuto loco, quasi inde aperte constet eandem esse quæ diminuenda, & expresse notauit Cumanus *in d. l. creditor, num. 1.* eis verbis, *ibi, Ideo non fuisse periculum creditoris, quia non apparet, quod illam pecuniam perierit, forsitan ante eam alibi dispensauit debitor, prius quam fuerit reprobata, sicut diximus in simili in l. qui decem, supra eod. debet enim probare quod illa ipsa pecunia perierit verè, vel præsumptiuè.**

Verum opponi poterit licitum esse administratori, vel depositario pecunia vt, dum tamen aliam subrogatam habeat indilate reddendam, quia tunc quasi eadem ipsa pecunia existimatur, vt periculum pecuniæ ad administratorem, vel depositarium non pertineat, argum. *l. cum tabernam, ff. de pignoris. ibi, Et si eas merces per tempora distraxerit, & alias comparauerit, easque in tabernam intulerit, quasi subrogata videantur eadem, vt alia qua à principio erant, & quamuis mutauerit de vno loco ad alium pecuniam Principis literis cambij quo casu corpora nummorum qui ex vectigalibus colligerentur, consumpti fuerunt eis nummis, qui literis delegantur, aliorum loco subrogatis, adhuc nullum præiudicium considerari potest, iuxta legem ex facto, §. rerum Italicarum, ff. de hered. instis, eis verbis, ceteroquin si tempore in quo transtulit in alium locum, non vt ibi haberet, sed vt denuo ad pristinum locum reuocaret, nec augebit quod transtulit, nec minuet unde transtulit.*

Maximè cum nullum damnum obuenerit, propter, vsum pecuniæ, quia exactor vectigalium ex fideiussoribus, sub quibus administratio comissa, securam debet reddere pecuniæ, & ideo potest ea vt ad vsus proprios, ex *l. 1. ff. ad legem Iul. peculatus.* vbi regulam statuens, vt delictum committat quoties, quis vitur pecunia publica, & eam conuertit in suos vsus, addit exceptionem, nisi cui vti que lege licebit, & glossa in eo textu exemplum proponit in Officiali, ad cuius priuilegium pertinet pecunia publica, liceat ea vt, & in suos vsus conuertere, & probarunt Menoch. *de arbitrarijs, centuria 6. casu 586. num. 14.* Molina *de Iustitia & iure, disputatio 695. num. 18.* Gratian. *tom. 2. disceptationum, c. 304. n. 20. & 21.* & in terminis, vt depositarius, Administrator, & similes, non teneantur eadem corpora nummorum reddere, sed sufficere similem pecuniam restituere, vt deminutæ pecuniæ periculum effu

effugiant, argum. *l. in nauem Saufey, vers. nam si quis, ff. locati. ibi, Nam si quis pecuniam numeratam ita deposuisset, ut nec clausam, nec obfirmatam traderet, sed numeraret, nihil aliud eum debere, apud quem deposita esset, nisi tantundem pecuniam soluere.* & in terminis tenuerunt Antonius Faber *de nummarijs solution. cap. 20. vers. si verò.* Thesaurus *de augmento monetae 2. part. num. 70.* quos refert & sequitur Soler. *ad edictum Cataloniae super reformatione monetae, cap. 4. num. 27.* & in specie Thesaurarij Principis, *Burfatus conf. 325. n. 55.*

7 Sed licet hæc omnia iuuare viderentur Thesaurarium & exactorem in hoc casu, adhuc dicendum est, vt euitet periculum diminutæ pecuniæ, & Principi tribuat, ille debet probare omnino ipsam quæ diminuta pecunia, fuisse Principis, & ex vectigalibus exactam, aliàs eo ipso quo pecunia vsus fuerit, administrator, vel depositarius tunc in mutuum abire & creditam fieri pecuniam probatur, *l. quod ab initio. ff. de rebus creditis. ibi, Creditam non esse antequam mota sit, quoniam debitum iri non est certum, quasi quoties mouetur, & quis vitur pecunia, tunc creditum contrahatur, argum. l. certi conditio. §. fin. ff. de rebus creditis, vbi expresse traditur, tenuerunt Castrensis in l. si quis nec causam 4. per textum ibi, num. 2. & 13. de rebus creditis. Idem Castrensis conf. 23. numero 11. Cephal. & alij, quos refert Hondedeus *consil. 43. num. 12. Alex. lib. 3. conf. 80. num. 4. ex Decio, Ripa, Riminaldo, Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 10. tit. 2. num. 10. Parisius lib. 4. conf. 131. num. 22. Peguera decis. 38. num. 14. qui expendit textum in l. Procuratoris §. 9. planè, vers. sed si dedi. ff. de tributo. actio, ibi, Etsi quidem in creditum ei abijt, tributum locum habebit.* sequitur Fontanella *de pactis nuptialibus 2. tomo claus. §. gloss. 8. p. 7. num. 11.**

8 Rursus in terminis, vt administrator, exactor, vel depositarius, si vterentur pecunia aliena, quæ in eorum potestate erat, tunc periculum pecuniæ non pertinet ad eum cuius erat antea, quàm consumeretur, sed ad depositarium, vel administratorem, tenuerunt Decius in l. si certi conditio. §. depositi, num. 4. ff. si certum petatur. Ioannes Andreas, quem sequitur Iason in d. l. si quis nec causam, num. 26. Balduinus in §. prater ea, *Instit. quibus modis re contrahitur obligatio. Siluester in summa, verb. solutio. Barbosa in l. si mora 10. num. 8. ff. solut. matrimon. ex decisione Pedemont. & aliis Surd. conf. 392. num. 3. cum Hondedeo & pluribus D. Castillo lib. 3. controuers. cap. 16. num. 34. Afflict. decis. 90. num. 4. Trentacinq. lib. 3. variar. tit. de deposito, resolut. 2. num. 7. ex Mandello, Gomezio & aliis, Morla tit. de rebus creditis, in premissis, num. 29. Scaccia de commercijs, §. 1. quest. 7. part. 2. ampliatione 3. num. 20. & idem §. 2. gloss. 5. num. 189. Pirrus in speculo disput. 8. de deposito, quest. 5. num. 8. Azor 3. part. *Instit. moralium, lib. 4. cap. 35. vers. tertio queritur, & lib. 7. tit. de deposito, cap. 7. vers. nonò queritur.* Bonacina *de contractibus. referens Molinam disput. 3. quest. 13. puncto 1. de deposito, propositione 2. numero 1.* Valerius Reginaldus in *praxi criminum penitentia- lium, lib. 25. cap. 46. num. 573.* & in terminis notauit Lessius *de iustitia & iure, lib. 2. cap. 27. de deposito, disputatione 2. num. 8.* vbi excusat depositarium, Thesaurarium & similes, si vtantur re deposita vsu consumptibili, nec inde peccent, cum nullum incommodum irrogetur deponenti, quia reddendum tantundem eiusdem mensuræ, numeri & bonitatis, & addit hæc verba, *imò hoc credere in deponentis commodum, quia etiam si res casu, vel culpa lenissima depositarij periret, maneret deponenti, salua aliàs ipsi peritura.**

9 Iuuat quod notauit Molina *de iustitia & iure to- Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fiscal. Pars II.*

mo 2. disp. 24. n. 2. & in specie pecuniæ, & eius diminutionis tenuit Farinac. 2. tomo *nummularum decisio- num, decis. 102. num. 7.* & agens de nostra Pragmatica, qua moneta ærofa diminuta, noster Carranza in *trac- tatu monetarum 4. p. cap. 1. §. 7. puncto 1. vers. 9. & vers. lo- dicho, vbi contra Depositarium Hispalensem, & alios probauit, non potuisse eo casu, cum nummis vsi fue- runt, effugere periculum diminutionis.*

Idque euidenter ex Iuris principiis, ea solida rati- 10 tione fundatur, nam cum, vt prædiximus, periculum diminutionis pecuniæ ad eius dominum pertineat, *l. incendium 11. C. si certum petatur. l. naturalis, §. sed si scyphos, ff. de præscriptis verbis.* Gratian. *discept. 2. tomo c. 307. n. 35.* & in pecunia probatur, *d. l. creditor 102. de solut. nullo modo poterit deponentis in nummis depositis, aut Principis in pecunia vectigalium, domini eorum nummorum manere (cum exactor, vel depo- sitarius eos consumeret) & subducto dominio, subiacere Principem, vel deponentem periculo mutationis, non enim potest manere accidens & qualitas periculi, consumpta pecunia, & dominio, ex quibus periculum prouenire, debebat, argum. l. eius qui in prouincia, vers. Quoniam, ff. si certum petatur. l. 1. ff. de usufructu, Tira- quell. de iure primogenitura, q. 55. n. 10. Antonius Gomez 1. variar. cap. 10. num. 43. Ceuallos tom. 4. commu- nium, q. 905. num. 80.*

Nec etiam sufficiet aliam pecuniam indilate red- 11 dendam, paratam habere depositarium, vel admini- stratorem quia cum periculum appendix sit dominij, nec dominium adquiretur destinatione, aut præpara- tione pecuniæ antequam tradatur, argum. *l. traditio- nibus, C. de pactis,* non poterit antequam dominium adquiret, deponens pecuniæ, quæ loco depositæ sub- rogatur, vel Princeps nummorum, qui parantur loco eorum, quos ex vectigalibus administrator consum- pfit, periculum reprobationis, vel diminutionis fen- tire, & ita in Cancellaria Granatensi contra deposita- rium, qui pecunia vsus fuit, (me Iudice) pronuncia- tum fuit, cuius rei fundamenta late notauit 1. part. de- cif. *Granatensium disput. 14.* ad quam lectorem mitto, vbi ad saturitatem inueniet.

Nec obstant Iura quæ contrà adducta, nam dicta 12 *lex cum tabernam, ad rem non facit, quia in longè dis- simili specie procedit, loquitur enim in casu, quo ne- cessariò merces tabernæ vendi deberent, aliàs cessa- ret commercium, & vsus tabernæ, & sufficit quando taberna pignori subiicitur, ea contineri pignote, quæ tempore mortis debitoris in taberna fuerunt, vt no- tarunt D. Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 12. num. 20. Caualecanus 2. part. decis. 51. num. 9. Heigius *miscell. 20. part. q. 15. Colorus de proces. execut. 2. part. cap. 3. num. 6.* quod diuersum est à nostra specie, in qua consum- ptione pecuniæ domino eius absimitur dominium, & illo consumpto, non debet, nec potest periculum re- manere.*

Textus verò in d. l. ex facto, §. rerum Italicarum, 13 procedit in diuersa specie, quando ex mutatione rei, vel transportatione dominium non mutatur ab eo, cuius antea fuerat: at verò nos loquimur quando con- sumptione pecuniæ & vsu dominium domino abdi- catur, vt certissimum est, & probatur argument. l. 1. ff. de usufruct. earum rerum, §. constituitur. *Instit. de usu- fructu.* vbi ex Pinello, Conano, & Petro Gregorio probat D. Richardus *ibi.*

Maiorem difficultatem facit textus in d. l. iuncta 14 *gloss. ff. ad l. Iuliam peculatus,* quæ videtur permittere officiali vti pecunia suæ administrationis, sed tamen locum habet, vt aperte colligitur ex eo textu, ne teneatur crimine peculatus, & glossa expresse rationem de- notat, vt officiali publico ideo pecunia vti permissu sit, 15

quia eius periculo est, & idem probat textus in *l. sacrilegij* 9. §. *Labeo*. ff. eodem. ibi, *Cuius periculo fuit*, & cum administratores, & Thesaurarij pecunia utuntur, eamque expendunt, ut postea Principi in aliquo loco pecuniam solvant, vel in Curia recepto cambio quinque, vel sex pro centum, iuxta distantiam loci, ut motis est in consilio regalis Patrimonij, tunc sine dubio est, periculum pecuniæ ad Thesaurarium, vel administratorem pertinere, & probatur expressè d. *l. sacrilegij* 9. §. *is autem*, ibi, *Is autem qui pecuniam traiciendam suscepit, vel quilibet alius, ad cuius periculum pecunia pertinet, peculatum non committit*, & ita accipiendus est Menoch. d. *centuria* 6. de *arbitrariis*, casu 586. vbi numero 21. refert Cepollam, Decianum, & communem DD. sententiam in *l. sacrilegij* 9.

15 Et inde explicandæ plurius sententiæ, ex quibus si quod receptionis, vel solutionis lucrum fuerit ex pecunia, quæ apud Thesaurarium, tunc ad ipsum & non ad Principem, cuius Thesaurarius, pertinebit, quasi cum periculum pecuniæ sustineat, etiam lucrum capiat, & non tam Principis pecuniam, quam suam videatur expendere Thesaurarius, cuius periculo pecunia est, ut in terminis, Thesaurarij probantur Cumanus *conf. incipit*, *Thesaurarius*, num. 2. Burfatus *conf. 320. numero* 17. & probans Thesaurarios heberi ad instar administratorum, ad quos transit dominium, ex Baldo, Iafone, & aliis notavit Alciatus agens de Thesaurario Ducis Ferraræ *conf. 100. in antiquis*, numero 15. & in *novioribus*, lib. 5. *conf. 12. tom. 2. num. 21.* & in Thesaurario Principis Plumbini, idem tenuit & probavit Decius *conf. 6. per totum*. Si ergo lucrum conceditur, quia periculum pecuniæ sustinet, excusari ab eo non poterit, & fit ex eo si ad evitandum delictum peculatus, attenditur periculum pecuniæ publicæ, ut pertineat ad officialem, qui ea usus fuerit, nullo modo poterit excusari à diminutionis periculo, ne ipsum contingat, sibi enim imputet, qui pecunia usus fuit.

16 Rursus, quia isti Thesaurarij, vel exactores tributorum tenentur ex suo munere & obligatione, quando admittuntur in consilio regalis Patrimonij ad certum tempus & diem præfinitum pecuniam postquam exacta est, Principi tradere, & si non tradiderit, non potest à mora excusari, & in iure certissimum est moroso debitori imputari debere periculum pecuniæ, & diminutionem, ut notatur in *l. quod te mihi*. ff. de *rebus creditis* & in terminis *l. si solutus*. *l. qui decem*. *l. creditor*. ff. de *solut.* vbi omnes communiter, Bald. in *capite quanto*. col. *fin. vers. extra quæro*, de *iurjurando*, vbi Panormitanus numero 12. Tiraquell. de *retract. conuente*. §. 4. *gloss. 6. numero* 34. Budellus de *re numar. cap. 26. numero* 6. pluribus Martin. Laudens. de *monetis quest. 14. vers. circa quartum*. Brunus eodem tractatu, *particula* 18. *limit. 1. numero*. 2. ex Zabarella, Rubeq & aliis Antonius Sola de *monetis*, casu 12. Afflict. *decis. 150. per totam*. Ioannes Bapstista Lupus de *usuris comment. 2. §. 4. numero* 13. Foller. in *praxi de censibus*, verb. *instrumento*, num. 50. Ludouicus Cencius eodem tractatu 3. par. *capite* 1. *quest. 13. articulo* 9. numero 61. Antonius Gabriel lib. 3. *communium opinionum*, titulo de *solution. conclusion. 1. numero* 6. Thesaurus *decis. 174. numer. 4.* & de *augmento moneta* 1. *part. numero* 53. Scaccia de *commerciis*, §. 2. *gloss. 5. numero* 147. & 153.

17 Nec obstat quod regulariter à pluribus obiectum fuit in hoc casu, pecunias quibus vsi fuerunt exactores, vel Thesaurarij, eodem modo perituras nostra lege & Pragmatica diminutionis monetæ ærofa, ac per consequens nihil eis imputandum, arg. *l. si plures*.

§. *sine autem*. ff. *depositis*, ibi, *Quia equum esset naturalem interitum ad actorem pertinere, utique cum interitura esset ea res, etsi restituta esset actori*. leg. *Julianus*, §. *est & alia exceptio* ff. *quod vi, aut clam*. ibi, *Quia nullam iniuriam, aut damnum dare videtur equè perituris adibus*. leg. *si vehenda*. §. *si ea conditione*. ff. *ad legem Rhodiam de iactu*. ibi Paulus, imò contra, *si modò ea navigatione utraque navis perit, cum id sine dolo & culpa nautarum factum esset*.

Imò, & quod plus est, etiam si culpa præcederet, 18 adhuc tamen similiter attenditur rem esse perituram, ut excusetur à culpa qui eam commiserit, & probat Paulus Iuriconsultus in *leg. & intotum* 4. ff. de *impensis in res dotales factis*. nam quamuis marito imputetur si insulam, vel domum dotalem ruentem non fulserit, & à iudice condemnandus est quanti mulieris interfuerit eas expensas fieri; tamen si non fecerit; & insula deusta fuerit, ad nihil tenebitur, ut patet ibi ad *finem textus*: *si non fecerit, deusta ea nihil præstabitur*, quasi eodem modo insula dotalis, quamuis reficeretur, esset peritura, & ex eo casu fortuito purgatur culpa præcedens mariti. ita voluerunt Thesaurarij, & isti exactores, ut quamuis ad diem præfinitam pecuniam Principi non traderent, & ideo in mora censerentur, tamen id eis non sit imputandum, quia æquè diminuenta erat pecunia apud Principem, præsertim cum ille diminutionis causam præberet sua lege, iuxta quod notarunt Albertus Brunus de *monetis*, *particula* 18. *limitat. 7. n. 2.* Antonius Thesaur. de *augmento moneta* 2. p. 67. & ego notavi in *decisio. Granat. 1. part. disput. 18. num. 17.*

Sed longè Thesaurarij hoc colore decipiuntur, quia 19 non constat pecuniam æquè apud Principem perituram; cum enim Princeps multis egeat pecuniis, præsertim Hispaniæ Rex, qui in diuersis totius Orbis Regionibus, Europa, Asia, Africa, & America, ad regna sua sustinenda & exercitus alendos pecunias suppeditat, ut de momento ad momentum ingentes, & ferè incredibiles nummorum summas expendat, vnde probavit Thesaurarius, aut exactor tributorum, eam pecuniam, in cuius solutionem moram fecit, æquè apud Principem esse perituram.

Præsertim, quia cum in cuiusque vectigalis reditu- 20 bus tot annui census (id est, *Iuros* vasallis consignati sunt, illis solui potuerunt dictæ pecuniæ, quia tempore regis mutationis editæ iam aliquibus mensibus transactis cesserat solutionis dies reddituum, qui priuatis debebantur, & tunc Princeps distraheret, & nullam haberet pecuniæ damnum, argum. textus, qui expressè probat, in *l. item si verberatum*. §. *si feruus petitur* ff. de *rei vindicatione*. ibi, *Sed verius est, si forte distrahtur ruserat petitur, si accepisset, moram passio debere præstari: nam si ei restitisset, distraxisset, & pretium lucratus esset*. quasi tunc non debet imputari damnum ei, qui alias passurus non erat. *l. cum res* 47. §. *ult. ff. de leg. 1. eis* verbis, *potuit enim eum acceptum legatarius vendere*. *l. filio* 26. §. *post diuortium*. iuncta *gloss. verb. omnimodo*, ff. *solut. matrim. l. apud Iulianum*. 40. §. *fructus*, ff. de *legatis* 1. facit *l. illud* 43. in *principio*. ff. de *petitione hereditatis*. *l. de eo* 12. §. *si post ff. ad exhibendum*. *l. si is qui* 57. in *fine principij*. ff. de *iure dori*. notarunt Ioannes Robertus lib. 1. *sent. Iur. cap. 23.* Bart. Bald. & Iaf. ad *dict. l. 47. §. fin.* & in *d. l. item si verberatum*. §. *fin.* pro cuius exornatione & explicatu videndi Bartolus in *l. quod te mihi* ff. *si certum petatur*. *Hottom. questio illustr. quest. 28.* Robertus vbi proxime, & periculum non pertinere ad eum, cui si res traderetur, potuit vitare si moram fecerit in tradendo. Iafon §. 1. num. 70. *Institut. de actio. ex Aretino*, Fulgofio, Ripa, Curtio, Bologneto, Maino, & aliis

Morla in emporio, tit. 8. in premissis, numero 48. adde l. 20. gloss. 3. tit. 2. part. 3. Vnde in hoc casu non debet ad Principem pertinere periculum pecuniæ, cuius utilitate in integram haberet, si congruo tempore soluta fuisset.

21 Denique multo magis excluditur quod aliqui istorum officialium intendebant, non computare salarium quod ei soluendum pro sua administratione in pecunia, quam receperunt, nec ab ea quam diminutam fuisse dicebant, quantitatem salarij retinendam, sed postea intendere illud exigere quod antea exigendum erat, & retinendum, quia ultra quam cum tot nummorum summas apud se haberent, permittendum non est, ut augeant Principis damnum, & diminutionem pecuniarum, & dolo proximum salaria sua debito tempore non computare, & in iure malitijs non indulgendum. l. in fundo, de rei vindic. & sibi ipsis soluere tenebantur id quod propter salarium eis debetur, quemadmodum, quod difficilius est, à se ipso teneretur qui debebat exigere, textus expressus in l. sed si lege 28. §. quod ait Senatus, ad finem, ff. de petis. heredit. ibi, Et ideo ab eo qui ab alio non exigit, vel à se ipso, si tempore liberatus est, peti hereditas potest, utique si exigere potuit. & notarunt Bald. lib. 2. cons. 190. Angelus in l. sed si damnum, §. peculium, ff. de peculio, per textum ibi, Afflictijs, Caualecanus, Castrensis, Crauetta, Socinus, Neuizanus, Alexander, & Plotus, quos refert Surdus consil. 290. numero 33. Tuscus practicarum littera C. conclus. 493. num. 6. & adde quæ notauimus 1. part. allegat. 41. n. 34. vsque ad 38.



ALLEGATIO LXXIV.

Debitor generis non excusatur moneta diminutione.

- 1 Conductores gabellarum sunt debitores generis & pecunia, & num. 2.
Pecunia nomen respicit genus.
l. pecunia verbum 178. de verb. signific. & numero 4.
l. 1. §. 1. ff. de calumniatoribus.
Debitor quantitatis differt à debitore speciei.
l. si merces, §. vis maior, ff. locati, & numero 4. & 5.
- 3 Coloni partiarj differentia, & n. 4.
l. si apes, §. 1. ff. de furtis.
- 4 Debitor species, que in se recipit subrogationem, generis debitor existimatur ad casus fortuitos.
Moneta mutatio est casus fortuitus.
- 5 Pecunia verbi significatio.
l. 2. §. creditum, ff. de rebus creditis.
- 6 Debitor quantitatis est debitor generis, ut non excusetur à casu fortuito.
l. quod te mihi, ff. si certum petatur, & numero 11.
Genus perire non potest.
l. incendium, ff. si certum petatur.
l. 10. tit. 1. p. 5.
Debitor generis non potest soluere quod respicit speciem.
Debitor pecunia non potest satisfacere in massa pecunia.
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

- l. quod tamen, §. massa vsusfructus, ff. quibus modis vsusfruct. amittat.
- 7 Venditor generis, debitor speciei, non tenetur omnino facere dominum emptorem, sed transferre dominium, si habet alias vsucapiendi conditionem; secus vero emptor, quia debitor pretij pecunie & generis debet facere pretium venditoris.
Pretium in pecunia numerata consistit, §. item pretium Instit. de empt. & vendit. & numero 12.
l. rem alienam ff. de contrah. empt.
- 8 l. ex empto, §. in primis, ff. de action. empt.
- 9 l. naturalis, §. & si quidem, de prescript. verbalibus.
l. fin. ff. de conditio. causa data.
l. ubi ita donatur, ff. de donat. caus. mortis.
l. 1. ff. de rer. permutat.
- 10 Marauedinus non est nummus, sed numerus nummorum.
Debitor marauedinarum est debitor generis, non speciei.
- 11 Debitor generis non liberatur casu fortuito.
- 12 Venditor est debitor speciei, quia debet rem venditam: emptor generis, quia debet pecuniam.
§. cum autem. Instit. de emptio. & vendit.
l. necessario, ff. de periculo & commod. rei vendita, & 18.
- 13 l. 2. in princip. ff. de reb. creditis.
l. certi conditio 9. §. deposui, ff. de rebus creditis.
l. quod si ab initio, ff. eod.
l. 1. §. vestimenta, ff. de positi.
l. 3. tit. 3. p. 5.
- 14 Debitor quantitatis respectu speciei an liberetur perempta specie, & n. 15. 16. 17. 18.
l. Titia textores 46. §. si alteri, ff. de legat. 1.
l. quidam testamento 96. §. si seruus, ff. de legat. 1.
l. electio, §. si is quem, ff. de noxalibus act.
- 15 Conductoris gabellarum obligatio non se refert ad tributata, sed per se in pecunia consistit.
- 16 l. 2. tit. 9. lib. 9. Recop.
l. si ut certo, §. nunc videndum, ff. commodati.
- 17 l. 3. tit. 9. lib. 9. Recop.
- 18 l. si hereditaria, ff. de negot. gest.
l. si hominem ff. mandati.
- 19 Debitor quantitatis non excusatur diminutione monetarum.
- 20 Moneta imaginaria obligatio respicit valorem, quia erat tempore obligationis, non solutionis.
- 21 Moneta mutatio in valore extrinseco facit, ut eius æstimatio tempore solutionis attendatur.
- 22 l. 1. tit. 16. lib. 9. Recopil.
- 23 Princeps ex nullo contractu potest impediri leges pro bono publico edere.
l. 3. tit. 9. lib. 9. Recop. & n. 24.
l. si quis fundum 10. in princ. ff. locati.
- 24 Decisio Granatensis contra gabellarios adducitur.

*Conductores gabellarum an censeantur debi-
tores generis, vel speciei, id est, eius quod
ex vectigalibus procedit; ut diminuta pe-
cuniae damnum effugiant, si dixerint esse
apud eos nummos ex vectigalibus, tempo-
re, quo lex diminutionis edita fuit. Pro
explicatione legum 1.2. & 3. tit.9. lib.9.
Recopilationis.*



- P**LVRA de hac re tradidimus 1. p. dec. Granatensi 18. per totam; sed alia circa id, quae ibi non adducta sunt, notanda.
- Et debitores generis conductores gabellarum esse censendos, ex eo colligitur, quia illi non restringunt suam obligationem ad eam pecuniam, quae ex vectigalibus processerit, aut aliquo modo respectu fructuum, sed absolute sine aliqua limitatione obligatio eorum quantitatem pecuniae soluendam respicit, quae obligatio generica est: nam ultra nomen pecuniae, quae genus continet, l. pecunia verbum 178. de verbor. signific. gloss. in l. litigatores, verb. alia res, & in l. non lex omnibus ff. de arbitris. l. 1. §. 1. iuncta gloss. fin. ff. de calumniator. debitor quantitatis longè differt ab eo, qui fructus, vel eorum partes debet, argumento textus in l. si merces. §. vis maior. ff. locati. eis verbis: apparet autem de eo nos colono dicere, qui ad pecuniam numeratam conduxit, alioquin partarius colonus quasi societatis iure damnus, & lucrum cum domino patitur, ubi casus fortuitus in solidum nocet colono, qui ad pecuniam conduxit.
- Quasi debitor generis sit, cum tamen damnum ex casu fortuito diuidatur inter colonum, qui partem fructuum debet, & dominum fundi locatorem, eamque differentiam rectè insinuant textus in l. si apes 26. §. 1. ff. de furtis, ubi distinguit Iurisconsultus inter colonum, qui obligatur ad pensionem in pecunia soluenda, vel in fructibus, nam qui in pecunia debet reddere pensionem, dominium acquirit fructuum fundi, quod secus est in eo qui partem fructuum domino dare debet, & eum qui pecuniae pensionem praestat, quasi debitor generis sit, traditur in eo textu esse colonum qui nummis colit. quo modo explicant Accursus. in l. si seruus communis 63. §. locati. ff. de furtis. Bart. in d. l. si apes. §. 1. Gregor. in l. 1. gloss. 7. & 8. tit. 14. part. 7. Surdus decis. 96. numero 8. cum seq. & ultra grossam in d. §. 1. eandem distinctionem admittit gloss. in l. cum plures 62. §. messem, verb. condicere, ff. locati, & notarunt in eis Iuribus classici Doctores melioris notae, & videndi Brissonius, & Calvinus de verb. Iuris, verb. Colonius.
- Quod adèd verum est, ut quamuis quis debeat rem, quae potest ad speciem referri; si tamen recipiat subrogationem in alia eiusdem generis, sustinebit damnum casus fortuiti, ut verè mutatio monetæ pro casu fortuito reputetur, & ut vis maior, cui resisti non potest, quasi ex Principis voluntate pendeat, Aeneas Robert. lib. 1. rerum indicat. capite 16. ad fin. pag. 284. Nam quamuis colono partario fiat remissio pensionis, propter sterilitatem, vel casum fortuitum, dicto §. vis maior, adhuc plures in eo tenuerunt, si fundus conductoreretur, non pro parte fructuum, ut colonus partarius dicatur, sed pro certa quantitate, ut pro tot amphoris vini, olei, aut mensuris tritici, tunc quia non potest partarius colonus censerì, cum conductio

non referetur ad partem fructuum, quae colligeretur, sed ad certum numerum designatum, qui absolute debetur, & quia obligatio consistit in illis rebus, quae pondere, numero, vel mensura constant, ut vinum, oleum & frumentum, & haec omnia in genere suo functionem recipiant, obligatio generica existimatur, ut non possint excusare colonum casus fortuiti, & textus in d. §. vis maior, qui distinguit colonum partarium ab eo, qui debet pecuniam, ita accipiunt supra relati, quasi pecuniae verbum comprehendat omnia, quae pondere, numero, vel mensura constant. dict. l. pecunia 178.

Et in terminis facit lex 2. §. creditum. ff. de rebus creditis, ubi dum traditur mutuum consistere in rebus quae pondus, numerum, vel mensuram habent; statim subiicit: mutuum esse non potest, nisi proficiatur pecunia. insinuans pecuniae verbum referri ad haec omnia, quae numero, pondere, vel mensura constant; & quamuis ego non acquieuerim huic interpretationi, ex eo quod traditur in d. §. vis maior, ubi eis verbis, qui debet pecuniam, adiicit textus, numeratam, quod videtur restringere extensionem quam facere intendimus de verbo pecunia, ut referatur ad omnia, in quibus mutuum consistere potest, sed tamen sufficit, ut debitor pecuniae omnino differat à debitore speciei.

Rursus certum est, debitorem quantitatis esse debitorem generis, & quemadmodum genus perire non potest, ita ex nullo casu fortuito excusatur, ut notant omnes communiter in l. quod te mihi ff. de rebus creditis, & in terminis Menoch. conf. 300. num. 42. ibi: Cum ergo nostro casu haec competens actio Sansoni faeneratori daretur contra Forlinum ad pecuniam quantitatem, sicque ad genus, quod perire non potest. l. incendium. C. se certum petatur, per Bartolum in l. inter stipulantem. §. sacram. num. 6. ff. de verbor. obligat. sequitur dicendum comitari hanc ipsam quantitatem, & genus. Idem Menoch. conf. 608. num. 19. ad finem, eis verbis: Quod cum dicti emptores mercium fuerint debitores quantitatis, atque ita generis, non dicuntur liberati, ex quo genus nunquam perit, &c. Dueñas reg. 156. D. Pichard. in §. cum autem num. 7. Inst. de empt. & vendit. & probatur l. 10. tit. 1. part. 5. & inde fit, ut obligationi generice pecuniae non possit satisfieri cum eo quod respicit speciem; ut qui debet pecuniam, non potest soluere in massa & materia pecuniae, argum. l. quod tamen. §. massa ususfructus. ff. quibus modis ususfruct. amittatur, cum Baldo, Ripa, Bruno, & aliis tenuit Surd. consil. 278. n. 6. & 7. post Bart. in d. l. 2. §. mutui datio, ex Romano & aliis Antonius Natta conf. 344. n. 3.

Vnde nascitur singularis differentia, quam omnes constituunt inter pretium rei venditæ, & ipsam rem venditam: nam cum pretium esse debeat in pecunia numerata, §. item pretium, Inst. de empt. & vendit. idque respiciat obligationem generis; quia non restringitur magis ad vnam pecuniam, quam ad aliam, tenetur emptor transferre dominium pretij in venditorem, quamuis ipse venditor non sit omnino obligatus ad transferendum dominium rei venditæ in emptionem. Sed si dominus fuerit venditor, dominium faciet emptorem, aliàs solum transfert usufructuendi conditionem, & ideo valet venditio rei alienæ. l. rem alienam. ff. de contrahend. empt.

Et hanc differentiam insinuat textus in l. ex empto. §. in primis. ff. de actionibus empti. ibi, Ipsam rem prestare venditorem oportet, id est, tradere, & si dominus fuit venditor, facit emptorem dominum: si non fuit, emptionis nomine debitorem obligat; emptor autem nummos venditoris facere cogitur. notarunt Bartol. in l. si finita. §. Iulianus, num. 44. ff. de damno infecto, & in l. si stipulationes, num. 39. de verb. obligat. Iason in §. sic itaque discretis. num. 11.

num. 11. & in §. actionum, num. 50. Institut. de action. Paz in praxi, tom. 3. cap. 6. §. 2. num. 4. Cumanus lib. 7. comment. cap. 7. Anton. Faber lib. 7. coniect. cap. 9. Donel. lib. 13. comment. cap. 15.

9 Ex quibus percipies verba, & conciliabis difficultatem iurium difficilium in l. naturalis, §. etsi quidem, ff. de prescript. verbis, ibi: *Etsi quidem pecuniam dem. & rem accipiam, emptio & venditio est.* vbi ad pecuniam ex parte emptoris, iuxta prædicta, quia tenetur venditorem facere dominum pretij, vsus fuit verbo dare, quod significat dominium transferre: at verò ex parte venditoris, qui rem præstare debet, nec præcisè teneatur dominium transferre, si illud non habuerit, vsus fuit verbo accipiam, quod solum refertur ad traditionem, & conciliatur ille textus cum l. fin. de condit. causa data, vbi quamuis interuenit pecunia pro re, id est, quia dedi tibi pecuniam, vt mihi Stichum dares, adhuc non esse venditionem, sed permutationem, statuitur, contra d. §. etsi quidem, & omissis variis interpretum sententiis Ioannis antiqui Glossatoris, Azoris, Bartoli, & Fulgosi in d. §. etsi quidem. Decij in l. certi conditio, num. 12 de rebus credit. & ibi Ripa numero 13. & notatis à classicis nouioribus, Corraf. lib. 2. miscel. cap. 9. Hotom. lib. 18. epit. in Pandect. tit. 1. num. 14. & lib. 9. tit. 14. num. 13. Cuiacio lib. 23. obseru. cap. 29. & lib. 2. quæst. Papin. ad l. si tibi. ff. de prescript. verbis. Duar. ad tit. de condit. caus. dat. cap. 2. Anton. Faber, lib. 6. coniect. cap. 12. Differentia prædictorum iurium in eo consistit. nam. in l. fin. quamuis conuenirent emptioni. En verba, dedi tibi pecuniam, denotantia dominijs translationem quoad pretium, vt requiritur in contractu venditionis. Sed tamen dicere, vt pecuniæ dominium transferatur, vt mihi Stichum dares, quasi etiam Stichi dominium necessariò sit transferendum, quod cum alienum sit à contractu emptionis & venditionis, vt iam animaduertimus, idè illam conuentionem transfert in permutationem, arg. l. vbi ita donatur. ff. de donat. caus. mort. quia permutationis proprium est, vt rei vtriusque dominium transferatur, vt expressè hanc differentiam venditionis, & permutationis videtur denotasse l. ff. de ver. permutat. eis verbis: *Emptorem nisi nummos accipientis fecerit, tenetur ex vendito, venditori sufficit ob emptionem se obligare, possessionem tradere, & purgari dolo malo: itaque si emittat res non sit, nihil debet, in permutatione verò si vtrumque pretium est, vtriusque rem fieri oportet.*

10 Deinde in hoc casu debitorem esse generis conductorem gabellarum, inde probatur; quia ille se obligat mara petmas soluere, non facta restrictione ad tributa, quæ percipit, & cum marapetinus hodie non tam sit nummus, quàm vt constituat numerum nummorum, ex traditis à Couar. de veterum numismatum potestate, cap. 1. numero 2. Molin. tom. 2. de iust. & iure, disp. 312. num. 2. Pater Salas tract. de usuris, lib. 25. vers. neque obstat, idque ex eo, quia marapetinus iam non extat, notauit Sebastianus Couar. idem statuens in marapetinis antiquis in thesauro lingua Castellæ, verbo mara uedi, & in variis monetis Italis, & in nostro Ducatu, qui constat trecentis & septuaginta quinque marapetinis, quæ moneta non extat, sed est imaginaria, explicat Scaccia de commerc. §. 2. gloss. 3. num. 68. & conuenit quod de libris Turonensibus, & Florensis, qui non sunt in vsu, notauit Antonius Faber de nummariis solutionibus, cap. 3. & in terminis nostri Ducatus, & in aliis monetis fictitiis, vt qui eas comprehendit in obligatione, non possit censerì debitor speciei, sed quantitatis & generis, tenet Scaccia vbi proxime. Et ratio est, quia istæ monetæ comprehenduntur obligatione, non vt in eis debitor soluere teneatur, sed vt exprimat quantitas quæ debetur.

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fiscal. Pars II.

Vnde fit debitorem pecuniæ, vt generis, nullo modo ex casu fortuito aliquo liberari, vt ultra quod notantur omnes in dict. l. quod te mihi, probant Albericus in l. cum fundus. §. seruum in fine, & ibi Castrensis, & Salicetus, ff. si certum petatur vbi etiam Alex. & Decius. idem Albericus in l. si urbana. ff. de condit. indebiti, ex Curtio iuniori, Beroio, & aliis D. Alexand. Ludouic. decis. 46. num. 18. Anton. Gomez 2. tom. variar. cap. 2. n. 2. Tusch. practic. littera G. conclus. 40. Quibus adde, quæ supra adduximus num. 4. & notanda verba Bart. Baldi in l. incendium C. si certum petatur, n. 3. ibi: *Scis tu, quia genera non pereunt, quia non suscipiunt passionem, cum non sint materiale, sed quid intellectuale.* Donel. lib. 16. comment. c. 1.

Et inde fit, vt periculum rei venditæ, quia venditor est debitor speciei, pertinet periculum ad emptorem; quia perempta specie eius debitor liberatur. Sed à contrario, periculum pretij non pertinet ad venditorem; quia emptor, cum pretium in pecunia consistat, §. pretium. instit. de empt. & vendit. est debitor generis, & quantitatis, vt notant omnes communiter in §. cum autem, Instit. de empt. & vendition. & in l. necessario. ff. de periculo & commodo rei venditæ. Cui adde aliud singulare, vt quamuis debitor speciei soluens falso creditori, quando iustissimam habuit ignorantie causam, tunc liberatur, quasi re perempta sine culpa sua, iusta enim causa soluendi à culpa excusat; sed tamen debitor generis & quantitatis, si soluat falso creditori etiam per quamcumque iustissimam causam erroris, non tamen censetur liberatus à verò creditore, gloss. in l. si quis uxorem. §. apud Labeonem, & ibi Bart. ff. de furtis, & ex Alberico, Castrensi, Saliceto, & aliis, reddens rationem, quia genus perire non potest, tenet in terminis Albenfis 1. p. conf. 3. n. 3.

Facit etiam: nam quamuis stricta valde sit obligatio speciei, vt quæ depositarium obligat ad restituendum idem quod recepit, l. 2. in princ. vbi gl. verb. speciem, & verb. depositum. ff. de reb. credit. vt, nisi de dolo, depositarius non teneatur. l. contractus. ff. de reg. iur. l. 1. §. vestimenta. ff. de positi. l. 3. in princ. tit. 3. part. 5. tamen si depositarius, seu voluntate deponentis, vel eo inuito vtatur re deposita, obligatio speciei abit in creditum l. certi conditio 9. §. deposui, cum l. quod si ab initio. ff. de rebus creditis, & facta obligatione quantitatis, periculum pecuniæ depositæ, si diminuat, vel reprobetur, ad depositarium spectat, vt in nostris terminis ex Cyno, Decio, Curtio, Cephalo, Bartolo, Castrensi Aretino, Panormitano, Thesauro, Antonio Sola, Budello, D. Couar. Menochio & aliis ego probaui 1. part. decis. Granatensis 14. per tot. maximè n. 29.

Sed quamuis in iure aliqui tenuerint debitorem generis, vel quantitatis respectu speciei eodem modo perempta specie liberari, vt debitor speciei, l. Titia textores 36. §. si alteri. l. quidam testamento 96. §. si seruus ff. de legat. 1. Anton. Gom. 1. tom. var. cap. 11. num. 31. Gutier. practic. lib. 2. quæst. 136. num. 2. Anton. Gabriel. lib. 11. comm. opinion. verb. mora, quæst. 1. Stephan. Gratian. tom. 1. disceptat. c. 118. num. 19. vbi ponit exemplum in eo, qui debebat frumentum, vel oleum ex tali certo prædio, quia tunc specie perempta debitor liberatur, & idem iudicatur de debitore quantitatis respectu certæ speciei, quod de debitore speciei. l. electio §. si is quem. ff. de noxalibus. & fuit opinio Bartoli, Alexandri, Iasonis, Alciati, Purpurati, Duchas Seguræ, & Natta, quos pro ea retulit Morla in emporio, tit. 8. q. 11. num. 2. & inde videbatur, cum conductor sit quantitatis, id est, pecuniæ; & mercedis debitor respectu reddituum, gabellarum, & nummorum, qui ex illis redigerentur, minutis eis, vel reprobatis eum liberandum.

- 15 Sed tamen respondendum est prædictam sententiam, quamvis vera esset (de qua valde dubitatur) non procedere in nostro casu, quia longè diuersum est obligari ad frumentum, vel oleum ex certo fundo præstandum, vel conducere gabellas pro certa pecuniæ pensionem: nam in primo casu, si oleum, vel frumentum ex illo fundo non procedat, deficit qualitas obligationis, vt possit præstari oleum, vel frumentum ex illo fundo, & fructibus perceptis, vel non perceptis, non est quod ex eo præstetur. *l. cum certus. ff. de tritico, vino, & oleo legato. Menoch. cons. 1162.*
- 16 In secundo casu non consideratur quantitatis obligatio respectu gabellarum, sed per se à redditibus separata, cum solum quantitas in obligatione contineatur, & vectigalium fructus suo iure ex conductione percipiat publicanus, & illorum dominium adquirat, ita vt quodlibet periculum nullo modo possit contingere Regem locatorem, sed ad publicanum conductorem debeat pertinere, cum ex *l. 2. tit. 9. lib. 9. Recop.* expresse decidantur in omnem euentum soluendam pensionem, & vectigalium redditus suo iure & periculo publicanum percipere oportere. Nota verba ibi: *Que los arrendadores que arrendaren las nuestras rentas las cojan y recauden a toda su ventura poco o mucho lo que huieren, sin poner en ellas, ni en alguna parte dellas descuento alguno, aunque daño, o perdida, o mengua venga en las tales rentas.* Et postea subdit casus fortuitos, qui debent imputari gabellario, non verò Regi, & quoties in omnem euentum ad soluendam quantitatem conuentum fuit, vt in nostra quæstione, tunc procedere non potest, vt debitor quantitatis respectu speciei liberetur, quia ex illa conuentione, vt in omnem euentum fiat solutio, obligatio absolute redditur quantitatis, & generica ab specie separata, ita ex *l. si vt certo. §. nunc videndum, ff. commodati*, notauit pro eius explicatione Morla *d. q. 11. ad fin. vers. neque postremum*, qui *num. 3.* ex pluribus iuribus, Cumanus, Fulgosio & Christophoro Castellione comprobatur, vt debitor quantitatis respectu speciei non liberetur perempta specie, cui adde, quæ ego notauit *decis. 18. num. 19. & 20.*
- 17 Tum & in hoc casu quæstio non erat, an publicanus conductor, esset debitor quantitatis respectu reddituum vectigalium, & quia nihil de hoc & diminutione, vel læsione fructuum opposuerat publicanus: sed species, quam considerare intenderat, refertur ad ipsos nummos, qui ex vectigalibus procederent, & eis diminutis, vel reprobatis, liberetur conductor, & ultra quàm conuentione non comprehensum, vt eisdem nummos soluat, quia, vt sæpius diximus, dominium illorum absolute acquirit, & suo periculo percipit in terminis reformationis monetarum, vel diminutionis, expresse deciditur *l. 3. d. tit. 9. lib. 9. Recop.* ibi, *Y sobre reformation de monedas, y sobre baxar o crecer el precio, oley dellas.*
- 18 Sed rectè conducit distinctio Morlae *d. q. 11. num. 20.* qui in hac quæstione, an debitor quantitatis respectu speciei ea perempta liberetur, distinguit casus, quando est debitor quantitatis respectu certæ speciei, quam ab alio accepturus erat, vel cum est debitor quantitatis respectu speciei, quam ipse præstaturus erat, vt primo casu debitor specie perempta non liberetur, quoniam sufficit non stetit per alterum, quominus rem traderet, & confirmat ex *l. necessario, ff. de periculo, & commodo rei vendita l. si hereditaria, ff. de negot. gestis l. si hominum, ff. mandati*, & mirè huic rei congruit. Quia etsi conductor gabellarum promittat pensionem respectu pecuniarum, quam à vectigalium debitoribus exigere potest, cum debitores soluerint, adhuc mutata, vel diminuta pecunia, non debet liberari, licet conside-
- rari posset debitor speciei, quum verè non est, sed debitorem generis, & quantitatis esse, iam animaduertimus.
- Sed in specie diminutionis monetæ, vt debitor quantitatis, & generis non excusetur ex prædicta diminutione, vt minus soluat, tenuit Ioannes Baptista Costa de falli scientia, & ignorantia, distinction. 63. cent. 1. num. 47. eis verbis: *Nam vbi pecunia debetur in genere debita quantitatis, nihil addi debet, nec aliqd detrahi potest ob valoris in monetis impositis mutationem. Cum enim pecunia certi generis in obligationem deducta non fuerint, quisque intelliget id pecuniarum, que postea soluntur, in obligatione non esse, sed in solutione duntaxat, & consequenter non esse tot summas præstandas, quot solui necesse fuisset, si tempore nascentis obligationis facta fuisset solutio; sed quot hodie pecunia summam tempore dispositionis assignatam conficiunt.*
- Et in libra moneta imaginaria, quæ deseruit ad æstimationem aliarum monetarum, idem dicendum esse, vt ad æstimationem tempore solutionis referri debeat contractus, tenuit Brunus in tract. de augmento monetæ *1. part. particula 17. num. 1. & limitat. 8. num. 11.* & reddit rationem Surd. *cons. 220. numero 1.* ibi, quia librarum denominatio refertur non minus ad nouam contaminatam monetam, quàm ad antiquam bonam, & tam includit currentem solutionis tempore, quàm currentem tempore contractus. Quæ ratio similiter procedit in hac obligatione marapetitorum, æquè similiter respicit monetam, quæ post diminutionem extat.
- Comprobatur ea distinctione quam communiter Interpretes admiserunt circa mutationem monetarum: nam quoties in valore intrinseco mutatio contigerit, videlicet, si diminueretur materia, aut forma, tunc attenditur æstimatio tempore contractus; si verò mutatio respiciat valorem extrinsecum, vt in nostro casu euenit, quia absque eo quod mutaretur pondus materiæ, & forma, sed in eodem statu nummis relictis ad dimidium valorem ea moneta redacta, vel ex noua pragmatica edita decimaquinta die Septembris anni 1642. monetæ ætolæ ex quatuor partibus valoris, non mutata forma tres diminuta, vt in quarta, solum valoris moneta remanserit, vt quadrans, qui valeret octo maravedinos, duos tantum valeret. Tunc attendi oportere æstimationem, quæ tempore solutionis fuerit, notarunt Petrus Surdus *cons. 335. num. 8. 9.* Menoch. *cons. 49. num. 9.* Andreas Gail. *lib. 2. obseruat. cap. 73. num. 9.* Anton. Gabriel. *lib. 3. commun. opin. tit. de solution. concl. 2. per totam.* Couarr. *de veter. numis. collat. cap. 7. §. vnico, numero 2. & 3.* Farinacius *1. part. nouiss. decis. 592. num. 2. & part. 2. decis. 149. numero 6.* D. Ludouic. *decis. 42. num. 6.* vbi additionator, *num. 7. & 8.* Ludouicus Censius *de censibus 2. part. cap. 2. q. 4. art. 24. non. 24.* Scaccia *de commercijs §. 2. gloss. 5. numero 177. cum seq.* ac perinde si tempore solutionis æstimari pecunia debet, non oportet ad Principem referre periculum mutationis, sed cum post eam conductor soluerit iuxta æstimationem quæ tunc fuerit, cum soluitur, debet obligationem adimplere.
- Deinde ultra iuris fundamenta, quæ ex principiis Iurisprudentiæ notauimus, in terminis est textus de iure Regio in *l. 1. tit. 16. lib. 9. Recopil.* vbi agens de solutione pensionum, quam facere debent conductores gabellarum, tradit hæc verba: *Y que los Theforeros y Recaudadores, y Rectores que huieren de coger y recaudar las dichas rentas de los dichos arrendadores y fieles, y cojedores las paguen a nos, y a quien nos en ellos mandaremos librar un mes despues de las dichas pagas y que assi los dichos arrendadores, como los dichos Theforeros y*
- Recan

Recandadores, y Recetores, las paguen de la moneda que corrieren en estos nuestros Reynos al tiempo de las pagas, idque esse valde iuri consonum, tradit Azeued. in d.l. referens se ad id, quod notauit in l.6. tit. 21. lib. 5. Recopil.

- 23 Vltimus de iure nostro Regni confirmatur, ex dict. l. 3. tit. 9. lib. 9. Recopil. vbi agens de conditionibus, quibus gabellæ conducuntur, traditur non posse peti remissionem pensionis ex nulla lege, vel pragmatica, quæ edita fuerit pro bono regimine Regni, vt ex eo facta fuit diminutio monetæ ætosæ, quæ verba supra retulimus num. 17. Quod cum vigeret in hoc casu, quia nihil magis conducibile fuit, quàm mutationem & diminutionem monetæ ætosæ fieri in Hispania, vt latè & pluribus probauit 1. part. decis. Granatensium cap. 12. per totum, æquè iuxta dictam l. non poterit vectigalium conductor diminutionem pecuniæ excusare; quia Princeps, etiamsi alteri damnum sequatur, debet edere leges pro bono publico, & nullo contractu potest ab hoc Princeps excusari, Bald. in l. nuptia, ff. de Senatoribus, quem sequitur Orosius ibi num. 1. cum seq. Angelus in l. si dominus, num. 4. ff. de his qui sunt sui. Alexand. vol. 6. conf. 224. num. 7. Mandellus Albenfis lib. 1. conf. 185. num. 29. & conf. 555. num. 34. Hieronym. Leo decis. Valentia 1. part. decis. 31. num. 31. & decis. 82. num. 17. & 2. part. decis. 134. num. 13. & nunquam potest exuere Princeps potestatem & obligationem pro bono publico leges condendi ad eam propriam, & connexam regali muneri, Paulus de Castro in l. humanum, vbi omnes communiter, Cod. de legibus, Martia de iurisdic. 1. part. cap. 17. numero 2. & 4. part. centuria 2. casu 196. Olibanus de iure fici cap. 4. num. 21. Petrus Gregor. de Repub. lib. 7. cap. 20. pluribus Azeuedo in l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. n. 6 cum seq.
- 24 Quibus addenda sunt omnia, quæ pro iustitia dictæ legis 3. supra notauimus 1. part. allegat. 17. & quamuis D. Castillo tom. 3. controuers. cap. 3. num. 23. tradiderit eam legem duram esse, & ad æquitatem reducendam; tamen nullus dubitabit, quando expressè de aliquo casu fortuito renunciationis sit, nihil conueniri posse conductorem, qui eam conuentionem in se suscepit, l. si quis fundum 10. in princip. ff. locati, iuncta glossa verb. ei præstetur. Etha valde insoliti, & extraordinarij casus fuerint, si expressi sint, & eis renuntiat; non posse conductorem petere remissionem pensionis, ex Iafone, Beroio, Francisco Beccio, Mandelo Albense, Pinello, Menchaca, Guttertjo, & alijs pluribus; tenuit D. Castillo d. cap. 3. numero 84. & reprobans Corneum ex Ripa, Seraphino, & Azeuedo, & alijs idem Castillo ibidem num. 106. & ex dict. l. si fundum, cum Ripa, Afflicto, & Antonio Fabro, qui tradit ita decisum in Senatu Sebusiano, refert & sequitur Fontanella de pact. nupt. 1. tom. claus. 3. gloss. 3. num. 66.
- 25 Denique cum in hoc casu dominium pecuniæ ex vectigalibus redactæ consequatur conductor gabellarum, ad eum periculum pecuniæ debet pertinere, & vltra alia, ego plura pro hac re in 1. part. decis. Granatens. disputation. 18. per totam, vbi in terminis alia adduximus, & in Cancellaria Granatensi contra gabellarum conductores ita decisum notauimus.



ALLEGATIO LXXXV.

Thesaurario Regis non admittenda solutio litterarum Cambij, in quibus diminutio monetæ tribuitur.

Regi creditori.

- 1 Debitori moroso tribuitur periculum diminutionis monetæ.
l. qui decem. ff. de solutionibus. & n. 6.
- 2 Pecunia de proximo reprobanda habetur pro reprobanda.
l. filius, penult. ff. de restam. militis.
l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pigner. actione.
l. sed mihi, §. si reddita 1. ff. commodati.
l. si vina 15. ff. de periculo & commodo rei venditæ.
- 3 Creditor potest recusare debitum recipere, quando est rumor mutationis monetæ.
Solutio cuius valor constans non est, facta non censetur.
l. qui sic, ff. de solutionibus.
l. si pro parte, §. rerum, ff. de in rem verso. c. nam & ego, de verbor. significat.
- 4 Monetæ mutatio ex Principis facto procedit.
- 5 Administratio non committitur alicui, vt pendat.
l. filiusfam. 7. in princ. ff. de donat.
Litterarum cambij oblatione debitor non liberatur.
l. si litterarum, C. de solutionibus.
- 6 Creditori moroso imputatur periculum diminutionis monetæ.
l. si opera 6. ff. de doli mali & metus exceptione.
- 7 Mora non causatur in creditore ex oblatione verbalis pecuniæ.
Oblatio realis, nisi pecunia consignetur, non constituit in mora creditorem.
l. acceptam, C. de usuris.
l. tutor 28. §. final. ff. de admin. tutor.
l. debitori 7. ff. de usuris.
- 8 Renunciatio iuris inducitur ex facto contrario.
l. cum te 2. C. de his. que vi.
- 9 Creditor ante diem non potest obligari debitum recipere.
l. cum qui 15. ff. de annuis legatis.
- 10 Moneta solui debet in astinatione que tempore solutionis.
- 11 Moneta mutata in valore intrinseco pertinet periculum ad debitorem.
l. quod Seruius, ff. de condictio. causa. data.
l. quero, §. inter locatorem, ff. locati.
l. cum quis, in principio de solutione.
- 12 Locupletari quis non debet cum aliena iactura.
l. nam & hoc natura, ff. de condition. indebiti.

Theſaurarius tributorum aliquibus menſibus poſtquam tributa collecta ſoluere debebat, litteras Cambij obtulit pro debiti ſolutione, paulo antequam mutatio monete fieret, quibus delegabatur pecunia Principi ſoluenda in moneta tunc currenti, ad liberetur, ſi edita lege mutationis poſtea litteræ in dimidio valore minuto ſoluantur.



T nullo modo liberari illum poſſe probari videtur, ex eo, quia periculū pecuniæ ſemper contingere debet eum, qui in mora fuit nummos ſoluendi, ex *l. qui decem. ff. de ſolut. vbi tradit Bartol. communiter receptus, & in l. Paulus. n. 6. ad fin. ff. de ſolutionib. Panormitan. in cap. quanto n. 13. verſ. item ſcias de iureiurando. Scaccia, Theſaurus, & alij plures quos ſuprà notauimus in allegat. precedenti num. 16.* cū iſte exactor, vel Theſaurarius moram feciſſet in ſoluendo poſt aliquos menſes, non potuit à ſe abdicare, & periculum ad Principem transferre, maximè admiſſis litteris Cambij, quibus delegabatur pecunia periculo Principis, & inſinuaretur ex eis imminere diminutionem, cū ſoluenda pecunia deſcriberetur in moneta tunc currenti, quaſi tempore enuntiationis literarum Cambij, alia & diſſimilis moneta eſſe, poſſet & timeretur mutari.

2 Rurſus, quia cū quotidie immineret lex diminutionis monete æroſæ, non debuit à miniſtris regalis Patrimonij ea qualitate litteras Cambij acceptari ad ſolutionem debiti Theſaurarij, cum pecunia, quæ de proximo reprobanda, habetur pro reprobata, argumento *l. filius, penultima, de militari teſtamento*, & in terminis notatur per textum *ibi, in l. eleganter, §. qui reprobos. ff. de pignorat. actione*, facit *l. ſed mihi, §. ſi reddita 1. ff. commodati, ibi, non videtur reddita qua deterior facta redditur. l. ſi vina 15. ff. de periculo & comm. rei vendit. eis verbis, Planè ſi cū intelligeret venditor non duraturam bonitatem eorum, vſque ad eum diem tenebitur.*

3 Et creditorem ideo poſſe recuſare ſolutionem debiti quando vrget rumor diminutionis monete, vt indubitatum tenuerunt Anton. Gabriel. *lib. 3. commun. conſ. 2. num. 24. Calcaneus conſ. 14. verſ. quantum ad tertium. Neuizanus conſ. 349. num. 15. Pirrhus tract. de ſolut. cap. 6. numero 28. Mantic. de contract. lib. 10. tit. 5. num. 11. & 12. Menoch. de arbitrarijs, caſu 232. & conſ. 952. num. 22. ex Decio, Tiraquello, & alijs Grarianus tom. 2. diſceptat. cap. 260. num. 18. & 19.* Et ita in pluribus Senatibus deciſum teſtantur Carrotius *deciſ. 63.* ex Hoſtienſe, Iaſone, Gornazano, Menchaca, & innumeris Giurba *deciſ. 87. num. 17. & 33. Vriſillis ad Afflictum deciſ. 90. num. 3. & deciſ. 134. num. 4. & deciſ. 399. num. 3.* & ex Senatu Pedemontano Anton. Faber *in Cod. tit. de ſolution. deſinit. 37.* & ratio eſt, quia ſolutio, cuius valor & vtilitas conſtans non eſt, facta non cenſetur, vt argumento *l. qui ſic ſoluit ff. de ſolutionib. l. ſi pro parte. §. verſum. ff. de in rem verſo.* quia videtur non fuiſſe, quod parum durauit, *c. nam & ego, de verb. ſignific. ex Panormitano, Ioann. Andrea, Bart. Cardin. Hippolyto de Mar filiis, & alijs pluribus probauit D. Salg. de Regia proteſt. 4. p. c. 14. n. 235. cum ſeqq.*

Nec huiusrei argumentum excludit, quod ego aliquando notauit, vt licet ea ſententia in quocunq; priuato creditore vera ſit, tamen in Principe non procedat: nam cū ille ſit cauſa diminutionis lege ſua edita, non poſteſt ad ipſo recuſari ſolutio prætextu diminutionis monete, quam ipſe facit, vt ex Hoſtienſi, Ancharrano Cardinali, Imola, Martino Laudenſi, Antonio Sola, Alberto Bruno, Theſauro, Surdo, & alijs probauit in *deciſionibus Granatenſ. 1. part. diſput. 18. num. 17.* vt in hoc caſu rectè poſſet Theſaurarius, vel exactor tributorum admittere litteras Cambij cum ea qualitate, vt in moneta tunc currenti ſoluereſtur, quaſi inde periculum in Principem transferret.

Quippe id facere nullo modo debebat, quia non eſt ei commiſſa adminiſtratio, vt perderet. *l. filiusfamilias 7. in princip. ff. de donatio. nec obſtabit ipſius Principis facto mutationem monete fieri, ex l. 3. tit. 9. lib. 9. Recop. vbi expreſſè reſpondetur. & vide 1. p. deciſion. Granatenſ. 18. num. 20. & 22.* præſertim, quia ex oblatione literarum, quas ille fecit, adhuc debito non liberatur, vt in terminis probat textus *in l. ſi literarum, C. de ſolution. ibi: Cum petitio debiti integra nihil legitimam exactionem impedire poſteſt.* Sed & quod magis eſt, creditor in eo textu liberationem dedit literarum prætextu, & adhuc non contingere liberationem, niſi poſtquam litteræ ſoluantur, probatur ex eiſdem textus verbis, *ibi: Si literarum Auxenonis contemplatione quas ad Ariſtonem de numeranda pecunia dederat, recepiffe te ſcripſiſſi debitum ab Ariſtone.* quomodo interpretantur Baldus, Salicetus, & Socinus quos refert, & ſequitur *deciſ. 2. Granatenſis,* apud Straccam *num. 10.* ac proinde nullo modo cenſeri debet Theſaurarius, vel exactor tributorum liberatus, præſertim cū poſt moram ſoluere intenderet de legatione literarum, vt prædiximus.

Nec ipſum iuuabit inſtituiſſe exactorem officiales regioſ, quibus debebat pecuniam Principis tradere, vt exigerent litteras, quo caſu videtur in mora illos conſtituere, & creditori moroſo tribuendum periculum diminutionis, ex *l. qui decem. ff. de ſolut. ex l. ſi opera 6. ff. de doli mali, & metus exceptione,* notarunt Barboſa *in l. ſi mora, num. 14. ff. ſolut. matrim. D. Couarr. de veter. numiſmat. poteſtate, cap. 7. §. 1. numero 4.* Martinus Laudenſ. *in tractat. de monetis, queſt. 14. verſic. circa quartum,* Albertus Brunus *de monetis, particula 18. limitat. 1. num. 2.* Renerus Budellus *de re numiſmat. cap. 26. num. 6.* Bartol. & Paulus *in l. quod te mihi. ff. ſi certum petatur. Theſaurus de monetis 1. part. nura. 53. & in addit. deciſ. patris 174.* Antonius Faber *de nummar. ſolut. c. 10. in princip.*

Sed dicendum eſt adhuc nullo modo poſſe excuſari prædictam Theſaurarium, vel tributorum exactorem; quia etiam ſi pecunia ipſa offerretur, non ſufficit ad conſtituendum in mora creditorem oblatio verbalis, nec etiam realis, ſi pecunia non conſignatur, & deponeſtur, vt notatur communiter *in l. acceptam, per text. ibi, C. de uſuris,* faciunt verba textus *in l. tutor 28. §. ſin. ff. de admin. tutor. eis verbis: Vlpianus notat, non ſufficit obtuliffe, niſi & depoſuit obſignatum tuto loco.* facit text. celebriſ, & difficiliſ *in l. debitor 7. ff. de uſuris. ibi: Uſurario creditori pecuniam obtulit, & eam cū accipere noluiſſet, obſignauit, aut depoſuit, ex eo die ratio non habebitur uſurarum.* & quatenus huic aduerſantur verba ſequentia eiſdem textus, *ibi: quod ſi poſtea conuentus ut ſolueret moram fecerit, nummi ex eo tempore ſteriles non erunt.* vide quæ notauit *in deciſ. Granatenſ. 1. part. diſp. 19. num. 21.*

Et neceſſariam eſſe poſt obligationem obſignationem pecuniæ, vt in mora creditor conſtituatur, tenuit Donellus *lib. 16. comment. c. 14.* ex Saliceto, Cagnolo, Tira

Tiraquello, & Lupo, Auendaño *de censibus*, cap. 102. num. 9. ex Iafone, Alberico, Castrensi, & Alexandro, Menochio *de arbitrarijs. centuria 3. casu 233. numero 28.* & 29. idque apertius suadetur, quia post eam interpellationem Thesaurarius ipse iterum litteras illas Cambij recepit, ut ab ipso exigenter, quo videtur omni iure, quod habere posset, renuntiare. *l. cum te 2. vbi communiter notatur. C. de his que vi.*

9 Deinde quia quando institit Thesaurarius, ut litteræ Cambij exigenter, nondum dies solutionis venerat, quo casu nullatenus potuerunt vrgeri officiales regij, ut litteras exigenter, nec creditor potest compelli ante diem pecuniæ solutionem admittere, ut in terminis diminutionis monetæ tenuit Antonius Faber *in C. tit. de solut. diffinit. 14.* & antè tradiderat Bald. *in l. accepta, num. 28. C. de usuris. Neuizanus consil. 49. num. 13.* & 16. Anton. Gabriel. *commun. tit. de solut. conclus. 2. num. 24.* Menoch. *d. casu 232. num. 26. & 27. & consil. 992. num. 22.* Carrotius *decis. 63. num. 5. & de deposito 2. part. q. 13. 1. Gratianus tom. 2. disceptationum, cap. 260. num. 19.* Trentacinq. *lib. 3. variar. tit. de solution. resolut. 22.* Scaccia *de commercijs, §. 2. gloss. 3. num. 117.* & pondera verba textus *in l. eum qui 15. ff. de annuis legatis, ibi: & perditorei ei id heres ante diem restituisset, nullo modo liberatum esse.* & plura de hac re circa nostram Pragmaticam diminutionis monetæ arosæ ego notavi *1. part. decis. Granat. 25. per totam.*

10 Denique, quia nullo modo sustineri potest, ut litteræ exigenter postquam moneta diminuta est, tantum in dimidio valore quantitatis, ex illis verbis eis adiectis, ut soluerentur in moneta tunc currenti, cum data litteræ Cambij fuissent ante diminutionem; quia qui se obligauit ad solutionem certæ monetæ, debet soluere circa æstimationem tempore solutionis, Bart. & communiter DD. *in l. Paulus, ff. de solution. Bolognet. Cagnolus, Alciatus, Brunus, Mudæus, & alij quos refert Seraphin. 1. part. decisio. 511. Co-uarr. de veter. numismat. cap. 7. §. unico, conclusio. 7. & 10.*

11 Et quoties mutatio monetæ respicit valorem intrinsecum, pertinet eius periculum ad debitorem quantitatis Panormitan. *in cap. quanto, de iureiurand. num. 12.* & ibi Bald. *num. 8.* Anton. de Butrio *num. 12.* Brunus *de Monetis, particula 18. limit. 10.* & debetur æstimatio monetæ, quæ fuerit tempore solutionis. Cæsar. Vrsil. ad Afflict. *decis. 90. num. 2. & decis. 194. num. 2.* vltra quam illa verba soluantur, in moneta tunc, vel hodie currenti, quæ in litteris Cambij adiecta fuerunt, debent intelligi *rebus sic stantibus*, id est, non facta mutatione; ut argumento *l. quod Seruius, ff. de conditione causa data. l. quero, §. inter locatorem, ff. locati. l. cum quis, in principio, ff. de solution. notarunt Iason in d. l. quod Seruius, num. 9. & 10.* Seraphin. *decis. 129. num. 1. & 3.* Sesse *decis. 187. numero 23.* Surdus *consil. 313. num. 68.* Tuschus *præcticar. littera D. conclus. 402.* Gratian. *tom. 5. disceptationum, capite 916. num. 22.* Barbosa *clausula 129.* D. Castillo *tom. 4. controuersiar. cap. 59. num. 11. & 20.* & in terminis circa promissionem dotis restrictam ad monetam tunc currentem, tenuit pro hac re Berouius *decis. 327.* ut mutatio, vel diminutio monetæ non debeat nocere, cum similis esset contractus, & constat *num. 3. ibi, Ponderatis supradictis promissionis verbis, scilicet, mille & quingentorum scutorum auri hodie currentium.*

12 Et multo magis suadetur, quia plus quam quinque menses antea Thesaurarius dederat pecuniam eis, qui litteras soluendas officialibus regiis in alio loco delegarunt, vnde cum eo tempore integra pecunia fruerentur, & non diminuta æstimatione, iniquum est postea dimidia tantum velle satisfacere, nec cum alie-

na iactura locupletandi. *l. nam & hoc natura. ff. de condit. indebiti,* nec aliquo modo admitti potuit solutio in moneta iam diminuta, nisi constaret, ut prædictis litteris satisfaceret habuisse delegantem litteras similem pecuniam paratam in eo loco vbi delegauit, & ea ratione passum fuisse damnum, & periculum diminutionis; quia ea adiecto in litteris facta monetæ hodie currentis, non fuit apposta, ut lucrum haberet, qui pecuniam recepit in alio loco litteris transportandam, sed ut euitaret periculum diminutionis, si fortè, quia recipiebat alterius gratia, & pro eius commodo posita pecunia diminueretur, ut rectè & latius probavi in simili *in decis. Granatens. 1. part. disp. 17. per totam.* quæ omnia cum in casu non constarent, nec aliquo modo id Thesaurarius probasset, non poterit excusari, quin periculum pecuniæ sustineat, quia non debebat litteras exigere in pecunia valoris diminuti, ac per consequens Thesaurarius condemnandus; & ita obtentum fuit.



ALLEGATIO LXXXVI.

Monasteria & Regulares non possunt habere officia secularia.

- 1 Monachi non possunt exercere officium profanum. *cap. Monachi 35. 16. q. 1. c. 1. 2. 3. & 5. ne clerici, vel Monachi.*
- 2 Monachi suis claustris includi debent. *Monachis indecens est misceri officijs secularibus. c. quanto, de officio ordinarij. l. repetita. §. absurdum. C. de Episc. & cler. l. consulta diuina. C. de testam. l. placet. C. de Episcop. & clericis. cap. de presentium 20. 16. q. 1.*
- 3 Tutores esse non possunt Regulares & Ecclesiastici. *c. Cyprianus 4. §. hi qui 6. 21. q. 3.*
- 4 Officia secularia non possunt habere Ecclesiastici, qui si in eis deliquerint, non possunt puniri à iudice laico.
- 5 Tabellionis officium non possunt exercere Ecclesiastici. *l. 15. tit. 18. lib. 2. ordinam.*
- 6 Hispano iure generaliter clerici non possunt eligi ad officia secularia. *l. 17. tit. 3. lib. 1. ordinam.*
- 7 Clerici minorum Ordinum si declinauerint regiam iurisdictionem, inhabiles ad officia secularia censentur. *l. 9. 10. tit. 3. lib. 3. l. 10. tit. 2. lib. 7. ordinam.*
- 8 *l. 4. tit. 4. p. 3.*
- 9 Religionis fauor est clericos, vel Monachos non admitti ad officia secularia. *l. non distinguimus 32. §. sacerdotio, ff. de arbitris.*
- 10 *l. 2. de iniur. vocando, explic.*
- 11 *l. aut Religionis beneficium 28. de procur. Authent. de sanctissimis Episcopis, §. sed neque, C. de Episcopis. & clericis.*
- 12 Clerici & Monachi excusantur ab omni officio seculari. *l. Prator 13. de vacatio. & excusat. muner. l. neque infantes 36. de fideicom. liber.*

- 13 Ecclesiasticus qui admiserit officium saculare, mone-
dus ut dimittat.
- 14 Concilium Tridentinum sess. 25. capite 4. explica-
tur.
l. 4. tit. 17. p. 3.
- 15 Commendas Indiarum non possunt habere Religio-
si, vel Ecclesiastici.
Feudorum & commendarum argumentum.
- 16 Feuda non possunt habere Ecclesiastici.
c. 1. §. si clericus, si de feudo fuerit controuers.
- 17 Monasteria non possunt regulariter feuda possi-
dere.
- 18 Monachi habere non possunt beneficia Ecclesiasti-
ca sine speciali indulto Pontificis.
Argumentum non valet de beneficio ad officium, &
contra.
- 19 Maioratus & feudi valet argumentum.
Monasteria non possunt succedere in maioratu ex
consuetudine generali Hispanie.
- 20 Religiosi & monasteria, ubi professi, non habent ius
retractus.
c. non dicatis 12. q. 1.
c. 1. de milite vasallo.
- 21 Emphyteusis non potest deuenire ad monasterium,
quia est manus mortua.
- 22 Principis concessionem ut ad monasteria transferan-
tur, emphyteusis debet operari solum in praeiudi-
cium Principis, non vero priuati domini emphy-
teusis.
- 23 Officia Indiarum cum de uno possessore in alium tran-
seunt, partem pretij fisci soluunt.
- 24 Maioratum rei emphyteutica fieri non posse verius
est.
c. 1. de alienatione feudi.
- 25 Nominator tenetur pro nominato, tit. C. de periculo
nominatorum.
l. 1. §. sed magistratus, l. quod ad heredem, ff. de
magistratibus conueniendis.
- 26 Ecclesiasticus qui administrat officium saculare,
an coram Ecclesiastico, vel saculari iudice conue-
niendus.
- 27 l. 4. tit. 17. p. 3.
- 28 Officia non debent per substitutum administra-
ri.
- 29 Rescripta prohibent officia sacularia conferri Ecclesia-
sticis, nihil detrahunt immunitati.
- 30 Verba generalia quibuscunque, etiam incapaces
comprehendunt.
l. 1. §. permittitur, de aqua quodid. & est. c. 1. de feudo
non habente proprium feudi naturam.
- 31 Ex verbis quibuscunque comprehenduntur qui alias non
comprehenderentur.
- 32 Feuda qua possunt per substitutum inserui.
Monasteria & Clerici capaces sunt.
l. 6. tit. 24. p. 4.
- 33 Clausula qua potuit prouideri, imputandum ei qui non
prouidit.
l. Titius 48. ff. de fideiussor.
- 34 Ecclesia & Monasteria quando ex clausula generalis
non excluduntur a successione bonorum.
- 35 Generalis dispositio solum referenda ad illud quod
ex iure comprehendendi potest.
Verbum quilibet, interpretandum iuxta subiectam
materiam.
l. Iulianus, de leg. 3.
l. pediculis, §. Labeo, de auro & arg. leg.
l. Procuratoribus, C. mandati.
l. se uno, ff. locati.
l. cum pater, §. donatam, de leg. 2.
l. fluminum, §. hac stipulatio, ff. de damno infect.
- 36 Concessio ad quascunque personas facta de capacibus
accipienda.
l. item apud Labeonem, §. ait Pretor, ff. de iniur.
- 37 Generalis clausula non extenditur nisi ad ea de quibus
specialiter agitur.
l. emptor 47. §. Lucius, ff. de pactis.
- 38 Præuilegium & concessio nocua rescindenda.
l. ius publicum, ff. de pactis.
l. 2. §. ius Reipublica, ff. de admin. rer. ad ciuit.
pertin.
l. 2. C. de conueniend. fisci debit. lib. 10.
c. sug gestum, de decimis.
c. quanto, de censibus.
- 39 Substitutum qui nominare potest, per se capax esse
debet iuris ex quo nominat.
Vitium auctoris obstat substituto.
Inhabilitas medi in extrema insuit.
l. tria prædia, de seruit. rustic. præd.
l. si uina matre, C. de bonis matre.
- 40 Renunciatio iuris in aliquo fieri quando admittitur,
debet esse in capace eius quod renunciatur.
Officia equiparantur feudis.
- 41 Officiorum Indiarum pars fisco debetur, cum in proprie-
tate officium ad aliquem transfertur.
- 42 Specialitates dua in iure non admittenda.
- 43 Religionem repugnat exercitium officij sacularis.
- 44 Dispensatio nunquam inducenda nisi expresse con-
ferat.
- 45 Dispositio omnis debet intelligi de habili.
- 46 Monachi antiquitus ex humilitate Sacerdotes non
fiebant.
Religiosi debent ab aula Principum recedere.
c. placuit. 16. q. 1.

*Monasteria an possint habere officia India-
rum, ut in eis valeat fieri renunciatio
eorum officiorum, qua à Principe perpe-
tua facta, ut per substitutum possint exer-
ceri.*



T Monasteria in communi, nec Regulares in singulari per se non sunt capaces cuiuscunque officij sacularis, maxime quando illi est annexa iurisdic-
tio, vel aliquod profanum ministerium decretum fuit in Concilio Tarraconensi cano-
ne 11. de quo in cap. Monachi 35. 16. q. 1. eis verbis: Simi-
liter ut nullus eorum, id est, Monachorum forensis nego-
tij susceptor, vel executor existat. iuncta gloss. ibi, ex ra-
tione textus in cap. 1. ne clerici, vel Monachi. Nemo mili-
tans Deo implicet se negotijs secularibus, cap. 2. eod. ibi, Sa-
cerdotibus, & clericis tuis denuncies ne Ministri laico-
rum fiant, cap. 3. eis verbis, ne occasione scientia spiritalis
viri mundanis rursus actionibus innoluantur, cap. clericis
5. ibi, iubemus etiam sub interminatione anathematis,
ne quis Sacerdos officium habeat vicecomitis, aut præpo-
siti sacularis: si quis autem contra hoc venire præsum-
pserit, & communitus emendari noluerit, excommunica-
tioni subiaceat. & idem pluribus Conciliis decretum,
presertim in Treuerensi II. cap. de Religiosis 4. tom. 2. p.
Conciliarum, pag. 273. addendi Abbas, Ioann. Andreas,
Dominicus, Monachus, Lopus, Couarr, Henriquez,
Sayrus, Emanuel Rodericus, Bonacina, Auila & Moli-
na, quos refert Barbosa in collectanea, d. c. 3. num. 2. & alij
plures, in d. c. 2. ne clerici vel Monachi, n. 2.

Quippe

- 2 Quippe valde indecens existimatur, Monachos qui suis claustris mancipari & includi debent, misceri officii secularibus *cap. quanto 7. de officio iudicis ordinarij*, cum debeant esse omnino diuersa & separata ministeria Ecclesiastici & laicorum, vt in terminis traditur in *leg. repetita §. absurdum*, iuncta gloss. *C. de Episcopis & clericis*, & facit *leg. consulta diuina. C. de testamentis*, ibi, *Absurdum est, si promiscuis actibus rerum turbentur officia, & alij creditum alius subtrahat*, & facit textus expressus in *leg. placet 17. C. de Episc. & cler. eis verbis*, *Placet nostra clementia, vt nihil commune clericis cum publicis actionibus, vel ad Curiam pertinentibus, cuius corpori non sunt annexi, habeant*, vbi gloss. *verb. publicis*, & *verb. actionibus*, de muneribus publicis, accipit, & sunt notabilia verba in *cap. de presentium 20. 16. quest. 1. ibi*, *Quia satis amarissimum habeo de isto proposito ad aliud officium homines deduci, in quo nullo modo que à Monachis Deo promissa sunt, valeant adimplere, omnimoda est illis habitus, & istius officij diuersitas; illic enim quies, oratio, labor manuum: at hic causarum cognitio, conuentiones, actus, publica litigia; & in quibus ministeriis exerceri debeant Ecclesiastici, & quæ officia illi permittantur, traditur in cap. doctos 21. 16. quest. 1. cap. sape Principis 39. 23. quest. 8. & ex Dino Paulo epistola 2. ad Timotheum, capit. 2. Deo militans non debet se implicare negotiis secularibus.*
- 3 Vnde prouenit vt Regulares & Ecclesiastici non possint esse tutores, nec administrare officia secularia. *cap. Cyprianus 4. cap. hi qui 6. 21. quest. 3.* quia, vt traditur ibi, *Ne molestiis secularibus alligentur, & in nullo ab administratione diuina auocentur. & inter Romanos ita obseruatum insinuat Plutarchus problema. 109.* vbi tradit ne videretur parui pendere Sacerdos, eo quod inhiberentur ab officiis publicis eis permissum, vt lictore & sella curuli, quia inter Græcos dignitas sacerdotalis æqualis Regiæ habebatur, quibus addenda verba Petri Gregorij *lib. 47. Syntagm. cap. 10. n. 18.* ibi, *Secundum quod clerici statuti sunt pro seruitio Ecclesie, vt contingere possit, vt pariter concurrentibus illis & necessario determinandis negotiis Reipublica, non possent vtrisque interesse.*
- 4 Ex quibus Ecclesiasticos non posse habere officia secularia, tenuit Decius in *cap. 2. de Iudiciis, num. 44.* ex Innocentio, Abbate, Ripa, Prapposito, Corseto, Rostauro, Couarruua, Carolo de Tabia, & aliis, latè probauit Mastrillus de *Magistrat. lib. 2. c. 6. num. 3. 8. 9.* quasi maximum esset absurdum ad officia secularia admittere Clericos, vel Religiosos, qui si in officio delinquerent, non possent puniri per secularem potestatem, cui inferuierunt, vt ex Barbatia, Aufreio, Tiberio Deciano, Iulio Claro, Vincentio de Franchis, Castaneo, Guillemo Benedicto, Surdo, Cauallo & Rotæ decisionibus probauit idem Mastrillus vbi proxime, à *num. 10. vsque 16. & arg. dict. cap. 1. ne clerici, vel Monachi, Clericos, vel Regulares debere adstinere à publicis officiis, tenuit Frater Emanuel Rodericus 3. tom. Regul. q. 8. artic. 3.*
- 5 Et ad Tabellionis officium, vt nullo modo possint exercere, ex *l. 15. tit. 18. lib. 2. ordinamenti Regis*, cum Abbate, Ioanne Andrea, Hostiensi, Bellamera, Casaneo, Rebuffo, Francisco Marco, Bernardo Diaz, & aliis probauit idem Mastrillus *decis. 159. per totam.*
- 6 Et iure nostro est vniuersalis dispositio *leg. 17. tit. 3. lib. 1. ordinamenti*, vbi absolute prohibetur Clericis ne possint eligi ad publica officia, nec dispensatio quæ contra processerit, exequi valeat.
- 7 Nec solum Clerici in sacris constituti hac prohibitione comprehenduntur, sed etiam Clerici minorum

Ordinum, si declinauerit iurisdictionem regiam, intendens in aliqua causa remittendum ad Iudicem Ecclesiasticum, quod dicimus *reassumir corona*, eo ipso ad publica officia inhabiles declarantur. *leg. 9. 10. tit. 3. lib. 3. l. 10. tit. 2. lib. 7. ordinamenti*, vbi explicitè prohibetur, ne officia populorum Clericis conferantur, & ex *l. 17. tit. 3. lib. 3. ordinamenti*, cum Castrensi, Iafone, Alberico, Fulgoso, & Tiraquello, vt eos explicaret, notauit Didacus Perocius *d. l. 9.*

Iuuat etiam *l. 4. tit. 4. p. 3.* agens de illis, qui non admittendi ad officia publica, eis verbis, *non el que fuisse de Religion por que menguaría por ende en lo que es uenida de facer en el seruicio de Dios e demas feta cosa sin ragon que el que se de las Riquzas. De este mundo que separasse a oir nin a librar a los homes que contendiesen sobre ellas* Quanto igitur absurdus esset, vt Monasterium Carmelitanum Reformatorum, quos dicimus *descalços*, vrbis Mexicanæ, cum quo discussio vellet in proprietate obtinere officium examinatore, vulgo *en sayador*, auri & argenti in officina monetaria eius vrbis, de quo nostra controuersia, & qui mundi diuitias paupertati dicari abiecerunt, velint diuitiarum secularium examinatore officium sibi vsurpare, & proprium defendere, & huius litis & allegationis nostræ memoratur doctissimus Ioannes de Solorzano *2. tom. de indiar. gubernatio. lib. 5. c. unico n. 116.*

Et notanda sunt verba *leg. non distinguemus 32. §. Sacerdotio. ff. de arbitris*, vbi agens Paulus Iureconsultus, an Sacerdos possit esse arbiter, & quando Sacerdotij dignitas peruenit postquam arbitrium, susceperat, tradit ibi, *Sacerdotio veniente videbimus, an cogatur arbiter sententiam dicere; id enim non tam honori personarum, sed & Maiestati Dei indulgetur, cuius sacris vacare Sacerdotes oportet.*

Et facit *l. 2. ff. de in ius vocand. ibi*, *nec eos qui propter loci Religionem inde se mouere non possunt*, quæ melior lectio est, quam alia *se moueri*, referens ad ayla & loca sacra, vnde quis extrahi non poterat ad iudicium, & ideo hanc lecturam; alia vulgari amplexa, reprobatur Cuiacius *lib. 13. obseru. c. 29.*

Idque ne ministeriis secularibus implicentur Ecclesiastici, esse beneficium Religionis, traditur in *l. aut religionis beneficium 18. ff. de procurat.* & notandam authenticam *de sanctissimis Episcopis, §. sed neque. C. de Episcop. & Clericis*, ibi, *sed neque Curialem, nec officialem Clericum fieri permittimus, ne ex hoc venerabili clero fiat iniuria.*

Sed vt excusati sint Clerici, vel Monachi à quocumque officio seculari, Vlpianus in *l. Prætor 1. §. de vacatione & excusatione munerum*, eis verbis, *vel si quid Sacerdotum nati sint, vt discedere ab eo sine religione non possint, nam & hi in perpetuum excusantur.* facit *leg. neque infantes 36. ff. de fideicommiss. libert. ibi*, *neque y quos religio.*

Et ideo in Concilio Antiocheno decretum fuit, vt si aliquis Ecclesiasticus se subiecerit Principi seculari, eius officium admittens, moneatur illud dimittere, si non fecerit, excommunicetur, vt refert Marta de iurisdictione *4. part. centuria 2. casu 127. n. 7. & 8.* vbi tradit, monendos Principes ne conferant officia secularia Ecclesiasticis, & eorum Prælati & superiores, qui permiserint, eisdem pœnis subiacebunt.

Idque esse iuxta Concilium Tridentinum *sessio. 25. cap. 4.* qui ad maiorem obseruantiam Regulares constringit, tradit Segura Daualos in *directorio iudicium 1. part. capit. 1. 2. num. 6.* addendus Burgos de Pace in *leg. 2. Tauri, num. 75.* & idem in consideratione fuit legitimum partitarum conditoribus, vt constat *l. 4. tit. 17. part. 3.* quæ prohibet Clericos nullatenus esse iudices, quos dicimus *peşmşidores*, & aliqua damna considerat, si

ad id munus admitterentur, quæ postea in nostro casu expendenda.

- 15 Sed speciali prouisione confirmatur ex *cap. 27. no-
uarum ordinationum Indiarum anni 1542.* quibus
commendæ & Indorum assignationes prohibentur
assignari Clericis, Monasteriis, aut aliis domibus Ec-
clesiasticis, & de officiis ad commendas validum sumi
argumentum, & è contra, notauit Antonius Leo in
lib. confirmationum regiarum, 1. part. cap. 15. num. 18. &
argumentum iuris procedit, nam hæc officia & com-
mendæ velut feuda regulantur, & in eis Rex noster
directum dominum referuat, & ideo commendæ post
impletas vitalitias concessiones à Principe factas ad
illum redeunt, & in officiis quando perpetua reddita
sunt, vt nec in commissum incidere possint, nec renun-
tatio sit necessaria semper, quando ad aliquem tran-
seunt, dimidium valoris, aut tertia pars, iuxta qualita-
tem officiorum, regali fisco solui debet, in argumen-
tum directi dominij, vt tradit idem Leo 2. part. cap. 5.
num. 5. & in 1. part. cap. 4. num. 14. ex Valrico, Zasio
& Matienzo in *l. 6. gloss. 2. tit. 10. lib. 5. Recop.* probat
commendas feudis æquiparari, adde quæ notauit D.
Solorzano 2. p. de Indiar. gubern. lib. 2. cap. 27. num. 49. &
lib. 5. c. unico, n. 117.
- 16 Clericos verò, vel Monachos non posse habere
feuda, certum in iure est, *cap. 1. §. si Clericus, si de feu-
do fuerit controuersia.* Scharderus de feudis par. 9. cap. 10.
n. 1. cum seqq. ex Felino, Curtio, Alexandro, Afflicto,
Capicio, Cassaneo, Ferronio, Marino Freca, Pontano
& aliis pluribus probauit Bursatus lib. 2. conf. 199. n. 12.
ex Bartolo, Baldo, Curtio iuniori, Iasone, Ruino, Go-
Zadino, Luca de Peña & aliis, Cephalus lib. 2. conf. 151.
num. 1. & 2. ex Bruno, Rubeo, Cassaneo & Crauetta,
idem Cephalus conf. 152. ex Alexandro & Socino,
idem lib. 5. conf. 641. num. 12. cum Beccio, Iulio Claro
& aliis, Menoch. conf. 519. num. 8. vbi se remittit ad
lib. 2. de arbitrariis, casu 231. num. 2. & 3. ex Parisio,
Ancharrano, idem Menoch. conf. 722. numero 23. ex
Alexandro & Cardinali, Cassaneus in consuetud. Bur-
gund. rubrica 3. §. 5. in textu, ibi, *excepté les Religieux,*
probatunt Beccius conf. 216. num. 2. Mandelus Alben-
lis lib. 3. conf. 750. num. 8. & conf. 752. num. 9. 10. & 11.
Beroius conf. 16. numero 14. & 15. Corneus vol. 1.
conf. 16. num. 5. Capicius decis. 10. num. 10. ex Barto-
lo, Saliceto, Molina & aliis, D. Præfes Valençuela 2.
tom. conf. 135. num. 14. & 15.
- 17 Et nisi ex dispensatione, prouidentia, vel consuetu-
dine, non esse admittendum Monasteria posse feuda
possidere Ponte de potest. Proregis, tit. de assensibus
regis §. 8. num. 6. & addendus doctissimus D. Solorza-
nus 2. tom. de Indiarum gubernatio. lib. 2. cap. 5. num. 15.
& 22. vbi plura alia præter adducta congestit dispu-
tans de militibus Hierosolymitanis Ordinis Diui
Ioannis, an quia Religiosi possint habere feuda, &
quid in aliis Equitibus Ordinum militarium.
- 18 Vtteriùs Monachos non posse habere beneficia
Ecclesiastica, nec eorum capaces esse, constat, Nauar-
rus conf. 11. de statu Monachor. Bellamera decis. 172.
cum Abbate, Rocho, Lambertino & Corrasio, Nico-
laus Garcia de benefic. 7. part. cap. 10. num. 28. & sine
speciali indulto & rescripto summo Pontificis ea non
possint habere, probauit Stephileus de literis gratia
expectat. n. 8. & posse Pontificem in hoc dispensare ex
Felino, Abbate & communi Canonistarum, Tiraquel-
lo, Gregorio Lopezio. Couarr. Nauarro, Menochio,
Richardo, Henriquez & pluribus Nicolæus Garcia d.
cap. 10. num. 41. et si alicui contrà ex *cap. cum ad mona-
sterium, de statu monacho.* quos refert Gama vbi proximi-
mè, à numero 38. & Augustin. Barboza in collectan. eius,
numero 11. ita etiam succedere non poterunt in officiis
publicis, quia de eis ad beneficia & econtrà procedere
argumentum, tenuit Menochius conf. 436. num. 15. ex
Mandosio, Olibano, & Chalda Pereira probauit D.
Augustinus Barboza argumentorum communium loco
14 & loco 77.
- Rursus de feudis ad maioratum argumentum proce-
dere, tenuerunt Baldus, Castrensis, Bartholomæus, So-
cinus, Parisius, Couar. Simancas, Rodericus Suarez,
Antonius Gomezius & Pinellus, quos refert D. Moli-
na lib. 1. de primog. cap. 7. num. 1. & Monasterium non
posse succedere in maioratu, & eius non habere capa-
citatem, maximè si maioratu fuerit adiuncta dignitas
iurisdictionis, aut muneris publici, quia hæc non pos-
sunt rectè à Monasterio administrari, & ex consuetu-
dine generali Hispaniæ excluduntur, cum glossa, Bal-
do, Archidiacono, Speculatore, Felino Barbatia, Ro-
mano, Tiraquello, Nicolao de Vbaldis, Laudensi, Lizi-
rier. Antonio Gomezio, Gregorio, Lupo, Cifuentes,
Iulio Claro, Gama, Surdo, Craffis, Aluarado, Chalda
Pereira, Tabia, Cabedo, Molina Iesuita, Flores de Me-
na, Molina de primogenius, & Casanate, qui ita tradit
iudicatum in supremis conciliis Castellæ & Atago-
num, probauit Thomas Sanchez in summa lib. 7. c. 15.
num. 12. qui affirmat id procedere ex verisimili vo-
luntate fundatoris primogenij, nam creditur nolle vt
succedat Monasterium. Molina de primog. lib. 1. cap. 11.
n. fin. ex quo Fusario, Gama, Ceuallos, Augustino, D.
Castillo & aliis rectè probauit. D. Solorzano d. 2. tom.
lib. 2. c. 17. n. 63.
- Similiter Religiosus & Monasterium, vbi professus
non habet ius retractus. *cap. 1. de milit. vasallo, cap. non
dicatis 12. q. 1.* tenuerunt Guillelmus Benedictus in c.
Raynutius, verb. & uxorem, numero 220. Cassaneus in
consuetud. Burgundia rubr. 10. verb. *le plus prochain,*
num. 14. cum Decio, Papinio & aliis Horatius Carpa-
nus ad statuta Mediolanens. cap. 417. num. 71. & quan-
do est consuetudo, vt in Hispania, ex Baldo & aliis
Tiraquell. de retractu lignag. gloss. 8. num. 10. quia ad ea
quæ proueniunt ex iure ciuili, respectu sanguinis, con-
sideratur incapacitas Regularium & Monasterij.
- Res etiam emphyteutica non potest transire in Ec-
clesiam, vel Monasterium, quia omnino ius adimere-
tur domino directi dominij, vt res ad eum posset redi-
re, extincta linea, vel ex causa commissi, vt tradit Ol-
dradus conf. 17. nam Monasterium, & Ecclesia rarò bo-
na alienat, & ideo censetur emphyteusim esse in manu
mortua, quo ad iura directi dominij, & ideo non posse
emphyteusim peruenire ad Monasterium, quasi ad
manum mortuam, cum Speculatore, Baldo, Oldrado,
Alciato, Valasco & Gama probauit Rodericus de an-
nuis redditibus lib. 2. q. 22. num. 34. Thesaurus lib. 1.
questionum forensium, cap. 83. per totum.
- Et quamuis aliquando à Principe concedatur Ec-
clesiæ, vel Monasterio, vt emphyteusim adquirat, quæ
concessiones vocantur *amortisamenta*, id operari solum
debet in præiudicium Principis, non verò alterius ter-
tij, Cassaneus in consuet. Burgundia, rubrica 9. §. 10.
num. 35. & vt Ecclesia semper viuere censetur, *cap.
liberti 12. quest. 2. cap. si gratiosè, de rescriptis in 6.* nec
censetur habere hæredes, in quibus ius Laudemij
possit causari, in quibus etiam difficile sit conuenire
Monasterium. Beroius in cap. potuit, de locato, & in ter-
minis Monasterium non esse capax emphyteusis, te-
nuerunt Bursatus lib. 2. conf. 199. num. 12. cum Baldo,
Bertrando, Grato, & Parisio, non posse ex eo ad emphy-
teusim nominari collegium, vniuersitatem, vel ciuita-
tem, probauit Chaldas Pereira de renouatione emphy-
teusis q. 19. num. 19. & num. 20. idem admitti in Mona-
sterio ex Angelo, Castrensi, Rebuffo, Menochio,
Zephalo & Collectario tradit numero 21. eis verbis,
Ecclesia

Ecclesia, vel Monasterium nominari ad emphyteusm non potest, quia potentior est, tum etiam ob difficilem pensionis exactiorem, & incertam reuersionis spem, & consolidationis emolumentum, & sic acquirere non potest, ex Imola, Iacobino & aliis, idem Pereira de nominatione emphyteut. quest. 20. num. 25. & 27. & argumentum de emphyteuti ad feudum & commendas valere, notantur Romanus conf. 21. Menoch. conf. 124. num. 53. & conf. 825. num. 77. ex Afflicto & aliis Pereira de emphyteusis extinctione, c. 5. n. 55. 66. & 67. ex Bartolo, Baldo & aliis pluribus Euerard. loco 11. de feudo ad emphyteusm, & de commendis ad officia, etiam argumentum procedere iam animaduertimus.

23 Confirmatur, nam officia Indiarum quamuis fiscus regius illa vendat, & in perpetuum concedat, semper tamen retinet concessio naturam emphyteusis, nam dimidium valoris in aliquibus officiis, & in aliis tertia pars debet solui regali Patrimonio, cum ad aliquem nouum possessorem officium transferit, iuxta rescripta anni 1581. 1601. 1606. 1607. quæ refert Antonius de Leo 2. part. cap. 5. & cum videatur perpetuari officium quando ad Monasterium peruenit quod in præiudicium domini emphyteusis, id est, fisci Regis, quoad dimidiam, & tertiam valoris partem admittendum non est, iuxta prædicta, vt in Monasterium officia transferantur.

24 Ex quo quamuis contra id allegaretur à Monasterio non esse attendendum præiudicium quod in consequentiam venit domino directi domini, & fisco, in hoc casu, quia rei emphyteuticæ maioratus fieri potest, quamuis ex eius prohibitione alienationis cesset Laudemium caufari, & comprobant ex Meres de maioratibus 1. p. q. 73. per totam. vbi ex Molina & aliis probat, & num. 20. testatur de consuetudine Hispaniæ, & ad ea non esse recedendum tamen id valde controuersum, & verior est opinio contraria, maioratum de re emphyteutica fieri non posse, quia consideratur præiudicium domini directi: nam illius ius consistit in licentia, vt in aliquem alienatio fiat, & Laudemium ex alienatione debeatur, & commissum fiat, si contra emphyteusis conditiones factum sit, & ideo maioratus eius non admittendus, ex ratione cap. 1. de alienatione feudi, quod loquitur in Ecclesia, ibi, non valet ideo, scilicet quia nunquam reuersionum sit ad dominum, cum Ecclesia non desinat esse hæres. in terminis resoluunt Rodericus de annuis redditibus lib. 2. quest. 23. num. 34. Chaldas Pereira de nominatione emphyteutica q. 20. num. 15. & idem conf. 21. num. 3. Gama decis. 70. num. 1. & 2. decis. 214. num. 1. & decis. 218. n. 3. Flores de Mena in addit. ad decis. 70. Molina Iesuita, omnino videndus, tract. 2. de instit. & iure, q. 608. num. 2. Speculator, Felinus, & Baldus, quos pro hac sententia refert D. Anguiano de legibus lib. 3. controuers. capite 2. num. 2. & eandem tenuerunt opinionem Alciatus, Masarius, Iulius Clarus, Guillelmus Benedictus, Phœbus, Thesaurus, Lara & Gama, qui tradit ita sæpius iudicatum, quos refert additio ad Molinam lib. 2. c. 10. num. 71. id quasi magis æquitati consonum tradens, & ita decretum in supremo Castellæ iustitiæ Senatu in lite D. Ludouici Casanate, & Domnæ Mariæ Melgarefo, & quando hoc controuersum consideremus, id sufficit ne admittamus inducendum, vt in præiudicium fisci Regij Monasteria sibi officia publica intendat in proprietatem adquiri.

25 Præterea, quia plura absurda sequerentur, nam cum Monasterium debeat per substitutum hoc munus de seruire, & ab eo nominetur, si in aliquo substitutus à Monasterio nominatus excederet, ita vt oporteret agi contra nominatorem, ex titulo Cod. de periculo nominatorum. l. 1. §. sed Magistratus, ab initio, l. quod ad Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

hæredem. ff. de Magistrat. conuenien. Bartolus, Baldus, Hippolytus, Platea, Auendaño & Auiles, quos refert Paz in praxi 1. tom 8. partis in procmio, num. 4. Azueedo in l. 9. tit. 5. lib. 7. Recopil. in declaratione Pragmatica horreorum publicorum cap. 3. num. 7. & in l. 13. tit. 9. lib. 3. Recopil. num. 14. non posset in hoc casu aduersus Monasterium agi, nec ab eo fiscus consequi pœnas, quibus subiaceret substitutus, aut interesse (quod fortè maximum esse posset) ex fraudibus officij examinatoris auri & argenti.

Maximè iuxta illorum opinionem, qui tutiorem censent illam, vt Ecclesiasticus, qui administrauerit officium sæculare, pro rebus officij non sit conueniendus coram Iudicibus laicis, sed in suo foro, maximè quando criminaliter ageretur, nam & ipsi, qui quando agitur ciuilitè, tenuerunt coram sæculari conueniendum clericum, qui administrat publicum officium; tamen in causa criminali negant, videndi Salzedus, Pordoloes, Plaza, Iulius Clarus, Cassaneus, Guillelmus Benedictus, & Redinus, quos refert Cenedo Collect. 37. ad decretum, num. 16. Couarruias, Aufreus, Puteus, Contradus, Ursillus, Tiberius Decianus, Ioannes Garcia, Farinacius & alij, quos refert Bobadilla lib. 2. Politica cap. 18. num. 99. qui tradit contra Ecclesiasticos, qui laicorum officia administrarunt, Iudices sæculares posse procedere, non tam ex iure, quam ex consuetudine inductum, & facit l. 4. tit. 17. p. 3. quod difficile esset in hoc casu procedere contra Monasterium, qui se defendit, allegans per se officium non administrare, sed substituere illum, qui administrat.

Facit etiam d. l. 4. tit. 17. p. 1. vbi ideo prohibentur Ecclesiastici iudicum munus subire in causis laicorum, quia plura damna admitterentur, iuxta supra dicta considerat, eis verbis, *E si de otra guissa lo ficiessen farian contra derecho de santa Iglesia porque podria caer en peligro de sus ordenes e demas embargarian el derecho seglar ca si ellos non ficiessen la pesquissa derechamente no podrian complir en ellos la Justicia que deben los que los habiessen de juzgar assi como en otros homes legos.*

Tum, etsi prohiberetur à Regè nostro huiusmodi officia per substitutos administrari, valde vtile & conueniens ita decernendum ex damnis quæ ex substitutorum seruitio proueniunt, l. 6. tit. 2. l. 18. 19. tit. 3. lib. 7. l. 1. tit. 19. lib. 2. Recopil. l. 73. tit. 5. eodem libro. l. inter artifices. cum similibus, de solutio. quia videtur electa industria personæ, & Schedulis Indiar. Consilij & Antonio de Leon probauit D. Solorzanus dict. 2. tom. lib. 5. cap. unico, n. 112. qui n. 115. & 116. nostram sententiam amplectitur, vt prohibenda sit renunciatio huiusmodi officiorum in Monasteriis, qui nisi per substitutum ea seruire & administrare non possunt.

Sed etiam non leue dispendium esset publici commercij & laicorum vtilitatis, hæc officia (quando prædicta non prohiberent) monasteriis mancipare, quia cum inter priuatos exercetur, multæ familiæ auerentur, & in seruitio Regis exerceri possent, quod cessaret, si omnino ad Monasteria officia transferri possent, & ideo de illis statuta fieri, & regiæ schedulæ expediri possunt, absque eo quod libertatem Ecclesiasticam lædat, quia potiùs Religionis & Ecclesiasticorum decori ex iure Canonico illud congruit, & quoties legibus Ecclesiasticis de hoc loquentibus conueniunt, nihil lædunt libertatem Ecclesiasticam, vt in aliis, de quibus plures referens Diana 4. p. tractatu 1. de immunitate Ecclesiar. resolutione 13. 14. & 15. vbi contendit contra Pereiram, qui in aliquibus casibus non lædi immunitatem dicebat.

Pro contrario verò plura à Monachis expendebantur, quibus necessarium erit satisfacere.

- 30 Primò dicebant, ei cui à Rege venditum officium, & perpetuum factum, facultatem datam, vt in quacumque personam possit illud renunciare, & prædicta generari dispositione Monasterium censetur comprehensum, vt nihil aliud necessarium sit, quàm renunciationem fieri, *arg. cap. 1. tit. de feudo non habente propriam feudi natur.* & verbis, *Cuicumque, & quibuscumque dederis*, comprehenduntur etiam inhabiles, qui aliàs non possent in feudo succedere, & admitti. Bald. in l. 1. quest. 34. num. 27. de rer. diuis. & in cap. Imperialem, in principio, de prohib. feudi alienatione per Federicum. Alexand. in l. quadam. §. nihil, numero 2. ff. de edendo. Andreas Siculus in l. cum acutissimi, num. 159. & 160. C. de fideicommissis, & adducit textum in l. 1. §. permittitur. ibi, *Qualemcumque successorem. ff. de aqua quotidiana & æstiu. gloss. verb. quibuscumque, in Clement. 1. de iudiciis*, vbi tradit ex prædictis verbis vniuersalibus comprehendi tam clericos, quàm laicos.
- 31 Et sic alteratur natura actus, per verba illa prægnantia, quibuscumque. Alex. in l. si patroni, num. 14. & 15. ff. ad Trebell. & clausulam quoscumque, facere vt etiam ij comprehendantur, qui aliàs non comprehenderentur. Seraphinus decis. 980. num. 8. Franciscus Curtius de feudis 3. p. q. 12. n. 62. & 63.
- 32 Secundo expendebant illum, cui officium primò venditum, facultatem habuisse, vt per substitutum possit illud administrare, pro quo seruitium fecit quatuor millium aureorum, & quoties substitutus admittitur nominandus à Monasterio, eius incapacitas cessare videtur quoad officia publica, cum in feudis, quando potest per substitutum exhiberi seruitium clerici, & Monasteria, feuda habere possunt. l. 6. tit. 24. part. 4. ex Innocentio, Abbate, Antonio de Butrio, Ancharrano, Decio, Atetino, Cyno, Mantua, Afflictis, Auendaño, Molina, Azore, Frat. Emanuele Roderico, & aliis probauit Thom. Sanchez in summa lib. 7. cap. 15. num. 36. & ideo substituto nominato omnia prædicta videntur cessare.
- 33 Tertiò dicebant præiudicium quod consideratur, fisci Regij quoad dimidium, vel tertium valoris quod soluendum, ad nouum successorem officium transferit, in hoc casu non procedere, cum in quocumque substituto quod remouetur, & aliis de nouo admittitur, possit causari hoc ius tertie, vel dimidie partis valoris, vt denotari videtur schedula mensis Decembris anni 1606. vnde nullum videtur fisco præiudicium inferri. Tum, nam etsi aliquod fieret, eo quòd ad Ecclesiam, vel Monasterium officium pertineret, debet imputari fisco qui hunc casum non exceptit, cum possit illum excogitare, *arg. l. si Titius 48. ff. de fideiussor. ibi, Cum scire potuerit, aut ignorare non debuerit*, & in terminis Monasterij quando, vt in præsentì, concessio facta pro se, & illius successoribus, notarunt Bartolus in Authent. ingressi 2. lectura, numero 37. Cod. de sacros. Eccles. ibi, *Contrarium putaverunt, quòd in Ecclesiam transeant, & perpetuò, quoniam concedens concessit Titio & heredi suo, potuit considerare Titium posse habere heredem Ecclesiam, imò debuit hoc scire, cum lex hoc dicat hic non admittitur ignorantia iuris, & in latam culpam incidit, vt infra de legibus. l. leges, & ff. de his qui notantur infamia. l. liberorum. §. notantur.*
- 34 Quod tradit etiam procedere, licet concessio fiat pro se & primo hærede, quia possit concedens putare posse illum habere primum hæredem Ecclesiam, quæ nunquam periit Thomas Sanchez in summa, lib. 7. cap. 15. numero 62. & semper imputandum ei, qui non exceptit, à successione Ecclesiam, vel Monasterium. Castrensis in Auth. ingressi. Cod. de sacros. Ecclesis,
- num. 25. & ibi Iason num. 46. Salicetus num. 9. Decius in cap. in presentia, de probat. num. 294. in noua editione, vbi Felinus num. 49. Anchar. consil. 420. Syluester in summa verb. Religio. 6. quasi. 1. Azor. 1. tomo instit. moral. lib. 12. cap. 8. q. 4. Valascus tom. 2. consult. 101. num. 8. Sanchez vbi proximè, n. 56.
- Sed tamen prædictis suo ordine oportet respondere, & quoad primum, vt clausula, qua permissum in quoscumque renunciare, Ecclesie & Monasteria comprehenduntur, ita accipiendum, vt generalis dispositio solum ad illa referatur, quæ eiusdem nature, non diuersæ fuerint, & ad illa, quæ ex Iuris regulis procedunt, non quæ extraordinaria, verbum quiscumque, & quilibet, debet interpretari, vt semper limitatur, iuxta subiectam materiam, Geminianus cons. 29. per totum, & consil. 131. num. 5. & 6. & ex disponentis voluntate generalis dispositio limitatur. l. Iulianus, de legat. 3. l. pediculis. §. Labeo, de auro, & argento leg. l. procuratoribus, C. mandati. Ludouic. Roman. cons. 31. num. 2. Tuschus in terminis dictionis quacumque, practicar. lit. D. conclus. 351. facit l. si vno, cum simil. ff. locati, cum pater. §. donatam. ff. de leg. 2. l. fluminum. §. hæc stipulatio. ff. de damno infecto. Ioan. Faber in §. legatum. Institut. de legatis, ex Bartolo, Alexandro, Iafone, Castrensi, Decio, Parisio, Ruino, Gozadino, Cranetta, Romano, Tiraquello, Tiberio Deciano, & pluribus D. Castillo 5. tom. 1. part. cap. 87. num. 7. & verbum quilibet, intelligendum de eo, qui regulariter ex iure potest hæc officia obtinere, & cum prohibeantur Monachi, non censentur comprehensi.
- Ultra, quam nec de Regis voluntate id præsumi potest, & nisi expressè concessum, non intelligendum, *argum. l. apud Labeonem. §. ait Prator. ff. de iniuriis.* cum etiam si concessio respiceret ad omnes, & quascumque personas, ex subiecta materia restringenda ad eas, quæ capaces rei concessæ extiterunt, vt in variis casibus notarunt Bartolus, Baldus, Innocentius & Socinus iunior, quos refert Surd. cons. 127. num. 64. Iason in rubrica C. de contrah. emptione, & in l. 1. num. 15. ff. de iurisdic. omnium iudicium. idem Iason in l. quominus, num. 126. ff. de flumin. vbi Ripa num. 130. Alex. in l. 3. in principio. ff. de acquir. possess. ex Alberico, Laudensi, Bossio, Calcaneo, Socino, Natta, Rolando a Valle, Surdus vbi proximè, num. 6. Antonius de Petra de potestate Principis, c. 22. n. 44.
- Et ultra plura iura quæ in hac re congeri possunt de clausula vniuersali, cuiusque, & ex quacumque causa, noto l. emp. 47. §. Lucius. ff. de pactis, vbi data liberatione, & cancellatis instrumentis verbis generalibus. ibi, *Instrumentum cuiusque summa ex quacumque causa apud me remansit, vanum, & pro cancellato habebitur*; tamen Scæuola tradit, in eo textu liberationem non extendi nisi ad illas summas, de quibus ratio accepti, & expensi computatio facta, & addit, *ceteras obligationes manere in sua causa.* quasi dispositio generalis non extendenda, nisi ad ea, de quibus specialiter actum, quibus addenda plura quæ ego notauì 1. part. decis. Granatensis 10. numero 40. & decis. 19. numero 10.
- Veruntamen, quamuis expressè concessum esset posse officij renunciationem fieri in Ecclesia, vel Monasterio, cum tamen inde ius latur quod prohibet Ecclesiasticos huiusmodi officia publica exercere, & damna quæ animaduertimus, sequi possent, adhuc hæc concessio, vel priuilegium tanquam nociuum Iuri publico, deberet reformari, & rescindi, capite suggestum, vbi Gloss. & Doctores de decimis, cap. quanto. vbi etiam Glossa & Scribentes, de censibus. l. ius publicum 28. & ibi omnes ff. de pactis. l. 2. §. ius reipublica, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. l. 2. C. de conuen. fisco. debitor. lib.

lib. 10. gloss. in cap. rescripta 25. q. 2. l. 5. tit. 20. part. 1. l. 43. tit. 18. part. 3. Bald. in l. inubermis nullam. C. de sacros. Eccles. Alciat. conf. 61. Surd. qui alios refert, decis. 275. per tot. & damnum immoderatum in concessione, vt secularia officia & publica transeant ad Monasterium, nunquam videtur concessum, ex Bartol. tradit Castrenf. in l. 2. §. ultimo. per textum ibi, de aqua pluuiarum arcenda. Alex. lib. 2. conf. 178. num. 7. 8. & 16. Decius conf. 335. num. 1. & seqq. Anchar. conf. 83. Tusch. pract. lit. P. conclus. 735. n. 14. & 20.

39 Deinde minus obstat quod secundo loco obiectum num. 3. 2. illum cui officium venditum, & qui transfudit in Monasterium, habuisse facultatem, vt posset per substitutum illi inferuire, ac perinde non impediatur incapacitas Ecclesiasticorum, quoad munera publica, quippe in hoc casu etsi Monasterium substitutum nominaret, tamen est dominus officij, nam in Monasterium perpetuo celsum, & translatum, & nominatio substituti non excludit, imò potius exigit capacitatem eius, agit de substituto nominando, ita vt ea non possit suppleri cum defecerit ex substituti capacitate, quia non potest effectus considerari, nisi qui provenit ab influenti causa. Bald. in l. 1. ff. de Senatorib. & in cap. 1. §. hac autem de his qui feud. dare poss. & vitium Authoris obstat substituto, tradit Ioannes Andreas in capite ad Apostolicam. de re iudicat. in 6. & inhabilitas medij inhabilitatem in extrema inducit, l. tria pradia. ff. de seruit. rustic. pradior. iunctis traditis à Iosepho de Rusticis ad l. cum amia, lib. 6. cap. 16. num. 21. Bald. vol. 2. conf. 40. num. 2. Natt. conf. 541. num. 32. Afflict. decis. 248. num. 7. & notatur arg. l. si viua matre. C. de bonis maternis. cui addenda quæ ego notavi 1. part. decis. Granat. 34. num. 7. 8. 58. 59. 60.

40 Vnde cum incapax sit officij Monasterium, non sufficit eligere substitutum capacem, quia proprietas officij est in Monasterio ex eius cessione, & renuntiatio non potest procedere, quia ex legibus solum admittuntur renuntiationes quæ fiunt in eis, qui fuerint capaces eius quod renunciatur, & quoties feudum est rectum, & non respiciat solum exercitium, sed requirit habilitatem eius cui conceditur, tunc non sufficere substitutum nominare, & à feudo excludendum Monasterium, tenuerunt Bellapertica, Albericus, Signorolus, Angelus, Syluester, Crassus, Iul. Clarus, Menochius & alij. quos refert Thom. Sancius in summ. lib. 7. cap. 15. num. 2. & in terminis feudorum quibus æquiparantur officia. Boër. decis. 350. num. 4. Aponte tom. 2. conf. 16. num. 7. Freccia de feudis, lib. 2. quæst. 15. & 56. non posse Monasterium per substitutum feudo seruire, ex Crauet. conf. 103. probauit Menoch. conf. 54. num. 14. & 15. & conf. 519. num. 7. & 9.

41 Quod verò pertinet ad tertium fundamentum contrarium, vt ex nominatione substituti posset causari quod fisco competit, non obstat, quia ultra quàm valde differt officium alienari, vendi, aut aliquem in eo succedere, quod sapius fiet, quàm substitutum nominare, quem eligere posset Monasterium ætate & valedudine duraturum, sed etiam si obtineret Monasterium in proprietate officium habere, cum nunquam in substituto transeat ius officij, sed solum in seruitio subrogetur, posset forte Monasterium intendere, postea ex nominatione substituti non debere tertiam partem valoris, quam hoc officium dependere debebat, nam cum ex schedulis Decembris anni 1606. & Iulij 1607. tunc debeat, cum officium renuntiatione ad alium transit in proprietate, & in hoc casu ad substitutum non transferatur officium, non abs re in controuersiam deduci posset laudemium translationis, ex nominatione substituti non debere.

42 Sed & plures fraudes in hac re cumulantur, cum Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fiscal. Pars II.

Monasterium substitutum nominauit Sebastianum Carrillum, & ille per argentarium peritum examinationis auri & argenti officium deseruiebat, quo casu videtur non solum substitutum à Rege permitti, sed eius alium substitutum nominari, & duæ specialitates contra ius admittuntur, l. 1. C. de dotis promiss. l. cum post. §. gener. iunct. gloss. ff. de iur. dot. Menoch. conf. 336. num. 3. Surdus decis. 56. num. 5. & conf. 34. numero 46. Gratianus tom. 5. discept. cap. 910. num. 25. & cap. 947. numero 10.

Et valde notandum: nam cum Monasterium nominasset dictum Sebastianum Carrillo, & ille in eodem Monasterio Religionem ingressus, imò quando nominatus de eo iam cogitauerant Monachi, quia in nominatione substitutionis addiderunt hæc verba, que annue entre en Religion no por esso à de dexar de tener y gozar el dicho titulo de fundidor y ensayador mayor de la casa de la moneda de Mexico. Quid enim magis dissonum, quàm velle proprietatem officij defendere, vt status Religiosi non obstet Monasterio incapacitas, cum per substitutum illum inferuiat, & velle adhuc durare ius in substituto, si ille fiat Religiosus, nihil magis perplexum, magis absurdum.

Denique quod obiectum, vt non excludatur Monasterium à renuntiatione officij, sed in quacunque persona permittitur fieri possit in Monasterio, quia fisco imputandum cur non expresserit, nihil contra facit, quia omnia quæ in oppositum adducta, possent procedere, quando qui admittendus, quia non exclusiure communi, capax est; secus verò quando ius resistit, nam tunc imputari non potest, cur non expressum quod à iure communi alienum, & dispensatio inducenda non est, vbi non expressa. Oldradus conf. 325. 326. 327. 328. & 332. ex Egidio conf. 10. & Mascardo, Tuschus pract. lit. D. conclus. 481.

Et facit in terminis consil. 216. Romani, circa finem, vbi quando Princeps permittit eligere substitutum, semper censetur dedisse facultatem sine dispensatione, quia omnis dispositio debet intelligi de habili, & fieri iuxta ius commune. Tiraquellus, Aluarus, Valascus, Barbosa, Nouarius, Crauetta, Gratianus, Carolus de Grassis, Surdus, Tuschus, & alij, quos refert Valasco axiomat. iuris lit. D. num. 136. & 139. & cum à iure valde alienum sit officia secularia Monachos exercere, credi non oportet velle Principem contra Canonum decreta illis secularibus actionibus misceri.

Præsertim in Regularibus reformatis, quando anti- quitus aded modestia & humilitas Regularium existimabatur, vt nec Sacerdotes fieri poterant, & necessarium fuit, vt in Concilio quod Romæ congregauit Bonifacius IV. anno 610. permitteretur Regularibus Sacerdotes fieri, vt refert Antonius Yepes in Chronica S. Benedicti. 1. tom. anno 130. & quantum debeant abstinere Religiosi ab officiis secularibus, omnes sancti Patres suadent, & probauit Pater Bæza 1. tom. lib. 2. cap. 10. num. 11. nam etiam se aulicis adiungere, & in Palatiis Regum induci, id fieri luce seruente, idem Bæza dicit. lib. 2. cap. 8. §. 6. & ex Pontifice Eugenio in capite placuit, 16. quæst. 1. & pluribus Sanctorum doctrinis, eloquens & eruditus Pater Didacus, Nyssenius in vita Isaac lib. 1. cap. 5. & Religiosos fugere debere negotia secularia, cum Ifernja, Aluaroto, Laudensi, Afflictio, Rosenthal, Careliano, Cota, Carolo de Tapia, Bobadilla, Gregorio de Valentia, & aliis doctè probauit Dom. Solorzanus 2. tom. de Indiar. gubernat. lib. 2. cap. 5. num. 15. & 16.





ALLEGAT. LXXXVII.

De confessione & allegatione à Procuratore facta.

- 1 Titulo qui intendit possidere, ex iure proprio possessionem allegat.
- 2 Stylo & praxi Senatus standum est.
- 3 Confessio Procuratoris domino nocet.
l. non solum. ff. de procurat.
Confessionem à Procuratore factam potest dominus reuocare, docto errore, & dum incontinenti fiat reuocatio.
- 4 Allegationem in lite fieri cum scientia & consultatione domini litis presumitur.
- 5 Procuratoris factum dominus tenetur indagare.
cap. innotuit. de electione.
clement. unica. de concessione prebende.
- 6 Mandatum presumitur quando quis patitur Procuratorem causam agere.
- 7 l. intestata. fin. ff. pro emptore.
l. qui patitur. ff. mandati.
- 8 Mandatum probatur ex testamento Tabellionis qui fidem facit exhibitum speciale mandatum.

An Procurator in confessione domino nocere possit, & subducto mandato ab actis processus, sufficiat testimonium quo Tabellio fidem faciat, coram eo exhibitum mandatum & Petrum Procuratorem habere speciale ad illud iudicium.



Hæc controuersia exorta fuit in magna lite quæ super gabellis cum Magrate huius Regni à me instituta fuit. nam cum aduersus illum peterem vectigalia, quæ possidebat, ad regale Patrimonium redigi, & vt possent statim Regi nostro applicari in articulo quem in Senatu Patrimonij regij dicimus *Cobro*, petij vt exhiberet titulos & priuilegia, quibus vectigalia possidebat; eius Procurator respondit absoluendum esse, quia possidebat vectigalia ex priuilegio scripto in libris Regalium rationum, & hic Procurator fecit acta plusquam biennium, & libellus exceptionum subscriptus erat simul cum Procuratore à duobus Aduocatis domini vasallorum à quo vectigalia petebantur; cum tamen titulum non exhiberet, postea intendit, quia ille ex dominis Magnatum Regni non egere titulo scripto, sed ei sufficere permissionem & tolerantiam, ex qua Magnates intendunt possidere vectigalia, quas dicimus *Alcaualas de permissione*. in nostris Regnis, de quibus allegat. 8. & 9. ego verò dicebam ultra quàm tolerantia iniusta & iniqua, semper existimanda, & nullo modo prodesse potest, ex eis quæ alibi notauimus, multo minus in hoc casu, cum allegaretur ex parte domini vasallorum, vectigalia habere ex titulo & priuilegio scripto in libris rationum Regalium, & cum intendatur possessio ex titulo, videretur iure proprio, & ex sua autoritate pos-

sessionem habere, hæc enim est vis tituli, ex Bartolo in l. cum solus, in fine. ff. de usucap. Bald. in l. vltima. q. 1. ad finem, vbi Zuchardus num. 418. C. de edicto Dini Adriani tollendo. Menoch. de recuperanda possessione, rem. 13. num. 25. idem Menochius consil. 180. num. 56. & qui proprio iure vectigalia defendit, non poterit allegare ex permissione precaria alterius, & tolerantia possedisse. nam ius proprium & alterius permissio inuicem repugnant; qui enim sibi competere intendit alienum ius, excludit.

In quo casu cum reus conuentus huius fundamenti vim perciperet, occultauit mandatum originale Procuratori datum, & alij Procuratori mandatum dedit, allegauitque acta illa nulla declarari oportere, quasi sine mandato, & confessionem vt haberet titulum scriptum in libris Regalium rationum, ei nocere non posse, ad perinde ex tolerantia esse defendendum, & circa mandatum erat testimonium regij Tabellionis, quo dicebat coram illo à negotiorum gestore domini vasallorum exhibitum esse mandatum speciale ad hoc iudicium datum Petro, qui acta fecerat, & huius rei testimonium in actis erat, & cum similibus testimoniis omnes officiales deponebant lites prosequi, idque ex praxi & stylo semper admissum, cui standum est, vt ex Afflicto, Thesaurio, Franchis, Ofasco & aliis probaui
1 p. decis. Granat. 47. n. 14.

Ego verò circa prædictas exceptiones dicebam, nihil iuri fisci eas nocere posse, quippe certum est, confessionem Procuratoris domino nocere. *l. non solum*, & ibi Bart. & communiter Doctores, ff. de procurat. idem Bartolus in l. certum. §. sed in ipsis. ff. de confessis. Felinus in cap. 1. vt lite non contestat. & in cap. fin. de confessis, qui tradunt id procedere, etiam si Procurator non habeat speciale mandatum, vt notauit Tuschus *practicar. lit. C. conclus. 664. num. 6.* & pluribus probauit Mascardus *conclusionem 369. per totam.* vnde multo magis admittendum in hoc casu, vbi erat mandatum speciale datum ei Procuratori ad illud iudicium, & quamuis à iure admissum sit, confessionem à Procuratore factam posse à domino reuocari, ex l. 1. C. de confessis. id tamen procedit docto de errore. Bart. in l. certum. C. eodem. Bellamera *decis. 693.* iunctis quæ ex Baldo, Aymone, Crauetta, Surdo, Decio, & Menochio notauit Gratianus 4. tom. *disceptat. cap. 789. num. 5. cum seq.* & in continenti facta reuocatione, vt ex Bart. & Panormitano notauit Gregor. Lopez in l. 30. gloss. 2. ad finem, tit. 16. par. 3.

Et cum in hac casu error non probaretur, & reuocatio non incontinenti fieret, sed biennio elapso postquam confessio facta, & illa apparuit, reum esse damnandum, dicendum est admitti non posse confessionis reuocationem, præsertim, quia ea cum magna deliberatione, consilio & partis consultatione facta videretur, eum à duobus eius Aduocatis, qui magna scientia & opinione pollebant, facta fuisset. Nec credi potest, si ne partis consensu allegationem factam fuisset, vt haberet titulum & priuilegium scriptum in regalibus rationibus, nec aliter præsumi potest. Panormitan. lib. 2. consil. 19. *num. 4.* quod probat Crauetta lib. 1. consil. 40. Tuschus *practicarum litera S. conclusionem. 64. num. 53.*

Et quamuis glossa verb. *si nesciat*, in l. si res obligata, ff. de legat. 1. tradiderit præsumi ignorantiam facti Procuratoris, limitatur quando tenetur dominus de facto Procuratoris inquirere, & factum Procuratoris dominum scire, maximè in re ardua, vt hæc de qua agimus, & teneri factum Procuratoris indagare, & scire, argument. cap. innotuit, de electione. Clem. unica, in fin. de concess. prebend. tradit Iason in l. si res obligata, num. 41. Alex. lib. 2. consil. 103. n. 15. Menoch. lib. 1.

- lib. 1. *presumpt.* 23. n. 43. idque præsertim quando intercessit tempus in quo potuit dominus certior fieri, vt in hoc casu, post biennium transactum. Rom. *conf.* 481. num. 2.
- 6 Quod verò de mandati defectu obiiciebatur, minus nocere poterit, quippe ferè per duos annos permisit dominus Petrum eius nomine causam agere, ac perinde mandatum præsumi debet, ex traditis à Doctõribus per textum *ibi in l. qui patitur.* 18. ff. *mandati.* Mascard. *de probatio. conclus.* 1007. num. 29. iunctis quæ ex Curtio, Gozadino, Craueta & aliis ego notauit 1. p. *deesf. Granatens.* 48. num. 10.
- 7 In quo ego pondero text. *in l. intestata, finali.* ff. *pro emptore,* vbi ex duobus fratribus alter absens, & alter præsens, qui præsens absentis causam agebat, & rem vendidit, eo quòd absens permisit, traditur posse in bona fide esse emptorem, & existimate mandato absentis, illud factum, ex quo multo melius mandatum præsumi oportet, in eo qui tandiu permisit Procuratori causam suam agere, arg. *l. qui patitur.* ff. *mandati.* ex Innocentio, Abbate, Bartolo, & Baldo, probauit Ludouicus Romanus *conf.* 170. *in princip.* & ex Alexandro, Barbatia, Paulo, Afflicto, Andrea Tiracquello, & aliis Mandosius *in additione ibi. lit. A.* maximè, quia verè fuit mandatum, & illud subtractum, & Tabellio coram quo lis agitabatur, subscripserat in lite, & fidem fecerat mandatum speciale ad illud iudicium exhibitum.
- 8 Rursum sufficere testimonium quod Tabellio dedit, esse mandatum, etiam si illud, quia subtractum, non exhibeatur, notauit Alex. *lib. 4. conf.* 6. maximè in viro bonæ famæ, quem non præsumitur mentiri: vt in terminis mandati tradit Decius *consil.* 36. num. 8. & solam enuntiationem mandati etiam in alio instrumento factam, illud probare, tenuerunt Decius *d. conf.* 36. Gozadinus *conf.* 96. num. 16. Abbas *lib. 3. conf.* 18. Calfadorus *dec.* 3. *procurat.* Boëtius *dec.* 187. num. 17. Curtius senior *conf.* 76. Quanto magis probatum censerit debet ex testimonio mandati specialis, ad illud iudicium, præsertim cum testimonium exhiberet negotiorum gestor generalis domini vasallorum, quem præsumitur omnia facere ex voluntate domini. Castrensis *lib. 1. conf.* 1. & in iudicialibus id certum esse notauit Alex. *lib. 4. conf.* 80. quibus adde Tuschum *practicar. lit. M. concl.* 33.
- 6 Scriptura vbi requiritur ad contractum iure regio sine ea perfectus non censetur, etiam in venditione. *l. 6. tit. 5. p. 5. & n. 15. & 16.*
- 7 Scriptura vt sit necessaria ad contractum, sufficit de ea conuentionem fieri, licet non adijciatur aliter non valere. *l. contractus, C. de fide instrument.*
- 8 Contrahentes possunt à contractu discedere antequam fiat scriptura, quando de illa facienda conuentum.
- 9 Obligari noluerunt contrahentes qui de scriptura facienda conuenerunt antequam fieret. *l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopil.*
- 10 Scripturam videntur requirere contrahentes quando etiam facta scheda incontinenti post contractum de scriptura conuenerunt. *l. cum Silianum, C. de his quibus vt indignis.* *l. ex tempore, ff. de milit. testam.* *Voluntas enixa colligitur ex verbis duplicatis.* *l. Balista 32. ff. ad SC. Trebell.*
- 11 Scripturam requiri vel non ultra contractus naturam, pendet ex voluntate contrahentium.
- 12 Contractus in scriptis faciendos pendet ex coniecturis, vel consuetudine. *Senatus regalis Patrimonij omnes contractus facit cum scriptura.*
- 13 Ciuitatis rerum venditio per subhastationem & cum scriptura faciendâ. *Rescripti Principis verba, dicitio & syllaba non debent esse inuilia.*
- 14 Voluntas Principis colligitur etiam ex actu inualido. *l. in testamento, ff. de fideicom. libert.* *l. fin. ff. de rebus eorum.* *l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de supellect. legat. c. secundo requirit, de appellat. c. fin. de verb. signific. c. is autem. 22. q. 2. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1.*
- 15 Opinio ex duobus contrarijs qua eligitur à lege, verior existimanda.
- 16 Legis casus vbi expressus, de eo amplius quarendum non est, nec dubitandum. *l. ancilla, C. de furtis.* *Leges debent intelligi vt verba sonant.* *l. multum interest, C. de solution. l. dissentientis, C. de dinortys. l. in prauaricationis, §. fin. ff. de prauaricatoribus. l. illam, C. de collatio.* *Authentica de non eligendo secundo nubente, §. optimum.*
- 17 Scriptura faciendâ ad valorem contractuum in Senatu regalis Patrimonij.
- 18 Ratihabitio contractus inducitur, quis eo uteretur. *l. quidam ex parue, ff. de euiction.*
- 19 Ratihabitio requirit eandem solemnitate, quam actus. *Ratihabitio tacita non impedit quin ex iure competens agatur.* *l. 2. C. de rescind. vendit.*
- 20 Ratihabitio solum procedit in actu valido, non verò in actu nullo. *c. examinata, de confirm. utili, vel inuili.*



ALLEGATIO LXXXVIII.

In contractibus quando de scriptura conuentio fit, illa est necessaria ad eius valorem.

- 1 *Emptio & venditio solo consensu probatur.* *l. consensu, ff. de obligat. & action. l. 2. C. de contrah. empt.* *Venditor & emptor conuentione facta, non possunt discedere à contractu.* *l. sicut ab initio, ff. de obligat. & action. l. ab emptione, ff. de pactis.*
- 2 Scriptura ad contractus quando requiritur, Doctores qui egerunt.
- 3 Scriptura regulariter solum requiritur in contractibus ad probationem, non ad substantiam.
- 4 Scriptura qualitas non debet mutare substantiam emptionis, que ex se scripturam non requirit.
- 5 Princeps tenetur ab obseruantiam contractus. Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II,

- 21 *Ratihabitionem induci eo quod quis utatur contractu, non procedit quando contractus non est integer & perfectus.*
- 22 *Ratihabitione ut inducatur & operetur, & debet fieri à sciente, non ab ignorante qualitates contractus. Princeps videtur ignorare facta & qualitates negotij, quia per ministros gerit causas sui patrimonij.*
- 23 *l.cum interdictum, C.arbitr.tutel.*

Utrum, si conuentio fiat inter fiscum & aliquem de venditione alicuius rei fiscalis, approbatione Senatus supremi regalis Patrimonij, eo tamen adiecto, vt fieret scriptura contractus, perfectus censi possit antequam scriptura conficiatur, solum ex pacto & obligatione præcedente.



In hoc casu videri contractum validum esse, probatur, quia emptio & venditio solo consensu contrahitur. *l. consensu, ff. de act. & obligat. l. 2. C. de contrah. empt. vt neuter contrahentium possit ab emptione discedere. l. sicut ab initio, ff. de act. & obligation. l. ab emptione, vbi Bart. & Paulus Castrensis. ff. de pactis, & conducit distinctio quam in contractibus circa omnes casus fecit Gilkenius in l. contractus, C. de fide instrum.*

- 2 Quid autem dicendum in contractibus qui ad substantiam scripturam non requirunt, quid in eis, qui nec ad substantiam, nec ad causæ probationem scripturam exigunt. Vel quid in contractibus, qui tantum ad causam probationis scripturam desiderant; de quibus latè Ioannes Faber in §. *Instit. de emptione & venditione. Didacus Perez in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinamenti, col. 1. §. 4. D. Couar. cap. relatum, num. 9. de testamentis. D. Menchaca illustrum lib. 1. cap. 18. Antonius Gomez 2. tom. variar. cap. 2. num. 17. Menoch. lib. 3. præf. 148. Hugo Donellus in d. l. contractus. Fachinæus lib. 2. controuersia. cap. 97. Antonius Thesaurus decis. 197. Flores Diaz de Mena in addit. ad Gamam decis. 107. Felician. de censibus tom. 2. lib. 3. cap. 4. Azeuedo in l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopil. Salazar de usu & consuetudine, cap. 2. ex num. 11. Parlador, lib. 2. cap. 3. num. 47. Hieronymus Ceuallos latè quest. 90. & 91. Ioannes Gutierrez lib. 3. practicarum q. 94. Melchior Phæbos decis. Lusit. 99.*
- 3 Ex quibus plures tenuerunt, etiam si adiectum fuerit in contractu scripturam debere fieri: quando verò contractus solo consensu perficitur, eius validitatem ex scriptura non pendere, sed eius mentionem censi adiectam ad faciliorem probationem, non verò ad substantiam, & fuit communis opinio Ioannis, qui tenuit, vt quamuis agatur à contrahentibus, vt scriptura fiat, non per hoc censetur fieri contractus in scriptis, nisi etiam addiderint contrahentes quòd celebraretur in scriptis, & ante confectionem instrumenti non valeat contractus, & hanc tradit communem opinionem Angelus in princip. *Instit. de emptione & venditione. Decius lib. 3. conf. 340. num. 3. Baldus & cæteri in d. l. contractus. Menchaca de success. creat. lib. 2. §. 11. num. 13. & §. 12. n. 47.*

Et facit opinio Accursij, Buttrigarij, Saliceti & aliorum in dist. *l. contractus*, & ex Bartolo, Alexandro, Alberico, Fulgofio, Socino seniori, Rubeo, Afflicto, Grato, Iacobino de sancto Georg. Tiberio Deciano, Burfato, Mantica, Matienzo, Gregorio Lopez & aliis innumeris probauit D. Castillo lib. 3. *controuersia. cap. 26. num. 3.* qui mouentur, nam qualitas scripturæ non debet mutare substantiam emptionis quæ nullam exigit scripturam ad sui perfectionem.

Idque magis suadetur, quia in hoc casu scriptis conuentio prædicta redacta fuit, etiam si exigeretur fieri instrumentum venditionis, & adeò contractum omnino perfectum iudicatum, vt pretium prædictæ venditionis à Principe consignaretur, ac perinde pretio recepto nulla maior perfectio contractus potest considerari, & cum Princeps teneatur ad obseruantiam contractuum, vt notant omnes in cap. 1. *de probat.* & nos alibi latè probauimus, videtur omnino perfectum censi contractum, & ex parte fisci adimplendum.

Sed in contrarium in hoc casu, vt contractus perfectus non censetur in terminis emptionis, & venditionis, est textus *de iure regio in l. 6. tit. 5. part. 5.* dum tradit eis verbis, *compra y vendida se puede hazer en dos maneras. La vna es con certia y la otra sin ella e la que se face por carta, es quando el comprador dice al vendedor quiero que sea de esta vendida carta fecha, e la vendida que de esta gnta es fecha maguer se auengan en el precio el comprador e el vendedor no es acabada hasta que la carta sea fecha, y otorgada porque antes de esto puede se arrepentir qualquier de ellos.*

Ex quibus videtur non esse necessarium contrahentes exprimere, vt non valeat contractus, nisi fiat scriptura, quia sufficit de ea conueniri, iuxta prædicta verba, quæ apertè distinguere videntur duas venditiones, alia quæ fit solùm conuentione, altera quæ ex charta perficitur, & tunc nisi ex ea venditionem non perfici, & sufficiat adiciere faciendam scripturam, vt est verior communis opinio Azonis in *summa ad titulum C. de fide instrum.* & Placentini *vers. in scriptis, in d. l. contractus*, quæ est textus formalis pro ea sententia, quam tenuerunt ibi Doctores communitet, & gloss. in princip. *Instit. de empr. & venditione, vers. conficiuntur*, vbi Christophorus Porcus, num. 14. de communi testatur Decius in *l. pactum quod dotale, C. de pactis. Barbartia in rubrica, de emptione & venditione, num. 8. Socinus vol. 1. consil. 142. num. 9. & vol. 2. consil. 132. num. 3. Couarr. in cap. relatum, num. 9. de testam. Montaluo in d. l. 6. tit. 5. p. 5. Boërius decis. 48. num. 18. & decis. 283. num. 10.*

Et probat Ceuallos d. *quest. 91. num. 4. ibi, & si rectè inspiciatur Paulus vbi supra, loquitur quando partes contraxerunt hoc actus, vt in scriptis contractus redigeretur per Notarium, in quo casu bene possunt contrahentes non facta scriptura a contractu discedere, etiam si non dixerint contractum non valere, & hoc tradit prædicta lex regia rectè intuenti, vt explicat Ioannes Gutierrez lib. 3. *practicarum, quest. 24.* illis verbis: *Eo igitur legem in tota sua contextura approbantem hanc secundam partem, quandoquidem solum requirit quòd fiat mentio scripturæ fienda de illo contractu quoad hoc, vt ante celebrationem ipsius possit quilibet eorum pœnitere, absque eo quod sit necessarium addere, & quòd aliter contractus non valeat, vel aliter de hoc constare, quia in dubio mentione facta scripturæ in ipso contractu, vel ante, hoc presumuntur voluisse partes, & ita merito Gregor. Lopez ibidem gloss. 1. in principio, dicit, quòd lex illa approbat opinionem hanc secundam Azonis, & sequentium.**

Et quamuis idem Gutierrez d. *q. 94. num. 20. dubi-*

ret de hac opinione quam sustinemus, ex l. partita, quasi ex l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. quilibet possit obligari, ut velit, de eo non dubitamus, sed sustinemus noluisse obligari contrahentes in hoc casu, nisi fieret scriptura, cum de ea facienda exprimerent, & ideo ipse Gutierrez d. 994. num. 21. expressè nobis consentit eis verbis, si verò ex modo contrahendi colligeretur, expressè dicendo, quod aliter contractus non valeret, vel ex coniecturis colligi posset; arbitrio tamen boni viri, partes omnino non habuisse pro absoluto contractum ante confectionem scripturae, tunc quidem liceret pœnitere, & procederet secunda illa communis opinio contraria, atque præfata lex 6. tit. 5. part. 5. quia deficit decisio dictæ legis 2. eiusque ratio & eadem opinio, ut sufficiat aliquem ex contrahentibus convenire, scripturam requiri, ut contractus in scriptis celebratus censetur, tenuit D. Castillo dict. cap. 26. num. 17. ibi, Ecce ubi præfata secunda opinio expressis & apertis verbis confirmatur, & approbatur, & dumtaxat requiritur instrumentum confici, mentionem fieri in contractu, hoc est, dici simpliciter ab aliquo ex contrahentibus, de contractu ipso instrumentum conficiendum, ut possit ante ipsum instrumentum confectum quilibet eorum pœnitere, neque esse necessarium addere, & quod aliter contractus non valeat, vel aliter de hoc constare.

10 Et in terminis Melchior Phœbus decis. 99. num. 3. dum tradit reddens rationem huius sententiæ, ibi, quia ubi contrahentes se retulerunt ad scripturam, videntur non habuisse contractum pro perfecto, nisi prius sit scriptura confecta, & completa, arg. l. cum ad Salantanum, ad finem, C. de his quibus ut indignis, & facit reg. textus in l. ex eo tempore, ff. de militari testamento. & tunc videtur in scriptis velle contrahentes celebrare contractum quando incontinenti etiam schedula in scriptis facta, licet in ea substantia contractus apponetur, tamen actum & congruentum fuit de facienda scriptura, & in hoc casu duplicatis verbis de ea conficienda expresse sunt, ideo enixa voluntas colligitur, argum. l. Balista 3. 2. ff. ad S. C. Trebell. Alex. vol. 7. consil. 61. numer. 2. Surdus consil. 73. num. 64. Tiberius Decianus vol. 1. consil. 2. num. 157. & consil. 3. num. 138. Peregrinus de iure fisci, artic. 49. num. 28. Mando sius consil. 22. numero 4. Simon de Prætis de interpretatione ultim. volunt. lib. 2. interpretatione 3. dubitat. 1. solut. 4. num. 2. 2. Cenedo canonicarum quaest. 20. num. 20. Gratian. tom. 3. discept. cap. 558. num. 10. & 31.

11 Et ideo tradit Phœbos ubi proximè. Denique contractus celebrari dicitur ita ut scriptura requiratur pro substantia, quando partes post contractum incontinenti conveniunt, ut de eo scriptura fiat. & in numero 9. reprehendit Menochium qui existimavit, id omne meritum oportere ex contractibus, an ex sua natura ad perfectionem requirant scripturam, vel non, quia id potius ex voluntate contrahentium oportet regulari. Nota verba ibi, in quo cauebis à Menochio de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 148. num. 2. & 4. qui totam vim ponit in natura contractuum; sed manifestè fallitur, quia hoc magis consistit in voluntate, & verbis expressis contrahentium, iuxta veras resolutiones, de quibus supra.

12 Præsertim, quia ex omnium sententia utriusque opinionis sine dubio tunc contractum in scriptis fieri censendum est, quoties apertè coniecturæ fuerint, id voluisse contrahentes, aut quoties consuetudo id suadet, ut ex Saliceto, Aretino, Menochio, Gilkenio, Tuscho & aliis probat D. Castillo d. cap. 26. num. 16. & cum Senatus supremi regalis Patrimonij praxis inconcussa, & consuetudo sit, ut omnes venditiones fiscales non aliter fiant, quam nisi Princeps consulatur, & quod decreuerit postea in instrumentum publicum

redigatur, unde speciali decreto Regis, vnus ex Secretariis qui ad hoc tantummodo Tabellionis munere fungitur, potest, ut hodie nobilis Ioannes de Otorola à secretis Regis nostri in eodem Senatu Patrimonij, certum est scripturam necessariam in venditione rei fiscalis.

Quemadmodum, ut tradit idem Castillo d. num. 26. 13 quoties venditur res ciuitatis per subhastationem, multò magis quando res fiscalis venditur, & quoties expressè adiectum est scripturam fieri debere, idque Princeps in rescripto quo tractatum confirmavit, expressit, & nulla dictio, aut syllaba debet dari in contractibus, maximè Principum, sine mysterio operandi. Iason in l. 2. §. creditur, num. fin. & in l. fin. num. 5. ff. si certum petatur, & in leg. liber homo, §. decem. num. 4. ff. de verb. oblig. & multum ponderis & non otiosa rescripti verba esse debent, iuxta quæ notauit Hippolytus Riminaldus lib. 1. conf. 27. n. 28. Cacheranus decis. Pedemontana 141. n. 4.

Et non solum ex actu valido, sed ex quocumque 14 etiam inutuli voluntas Principis colligi potest leg. si in testamento, ff. de fideicommiss. libert. leg. fin. ff. de rebus eorum. & utrobique Doctores, Bart. in leg. 2. §. testamento, circa medium, ff. quemadmodum testam. aperiantur, idem Bart. in leg. gerit. col. 5. vers. circa secundum speciale. ff. de adquir. heredit. leg. Labeo. §. idem Tubero, ff. de suppellectili legata. capit. secundò requirit. de appellat. capite fin. de verbor. significat. cap. is autem 22. quaest. 2. cum aliis, & ex Principis verbis qui rescripto suo confirmavit tractatum, ita ut fieret scriptura, declaratur voluntas, ut absque ea tractatus perfectus non censetur, argument. l. si seruus plurium, §. fin. ff. de legat. 1. leg. penult. ff. de adimendis legatis. Alex. lib. 5. conf. 169. colum. 2.

Id autem etiam ex contrariis opinionibus posset in 15 controuersiam adduci iure communi, tamen ex legibus partitarum constat, ex his duabus opinionibus illam confirmatam quæ fuit Azonis & Placentini, quæ ius fisci fauetur, videlicet ubi de scriptura mentio fit, censeri contractum in scriptis faciendum, etiam si non adiceretur, aliter non valere, & cum Princeps videatur in scrinio pectoris iura habere, videtur, et si prædicta verba non adiecerit, eam opinionem elegisse, & aliam improbasse, ut ex Gregor. Lopez in d. l. 6. tit. 5. part. 5. Menchaca, Couarr. Parladorio, Didaco Perez, Ioann. Gutierrez, D. Pichard. Lazarte, & Feliciano, id dict. l. partita factum tradit D. Castillo d. cap. 26. n. 17. semperque opinio quam lex elegerit in puncto rationis, ut verior existimanda, ut tradit Montaluis in l. 3. tit. 10. lib. 3. fori, in gloss. 1. & ut ante scripturam possint licitè contrahentes recedere, videndus Antonius Gomez tom. 2. variar. cap. 2. num. 17. Albornoz de contractibus, tit. 9. cap. 5. Didacus Perez in leg. 2. tit. 7. lib. 5. ordinamenti, col. 1. ad finem versiculi, num. queritur, & eiusdem sententiæ Hondedem, Nattam, Butrigarium, Fulgosium, Suatez, Afflictum, Riminaldum & alios innumeros retulit D. Castillo dict. capit. 26. numero 9.

Et cum ex iure nostro habeamus casum expressum 16 legis, ideo de eo nulla erit iuris dubitatio, iuxta l. ancilla, ibi, Nulla iuris quaestio est. C. de furtis. & prout verba formalia dictæ legis partitæ disponunt, intelligi oportet, & non aliter. leg. multum interest. ibi, Quantum lectio probat. C. de solut. ubi Baldus & Angelus. idem Bald. in cap. venerabilem, de electione, & validum argumentum est, lege Regni cautum non est, ut contractus valeat, si non adicitur: ut si aliter fiat, non valeat, quia sufficit, ut non valeat sine scriptura, quando de ea facienda caueretur. dict. leg. 6. tit. 5. part. 5. ergo dicendum est quod dicta l. partita, non expressum



nihil nocere, nec opponi posse, argument. *l. dissentientis, C. de divorcijs, l. in prauaricationis, §. fin. ff. de prauaricatoribus, l. illam, C. de collat. Auth. de non eligendo secundo nubente, §. optimum.* latè Aymon Crauetta *lib. 1. consil. 90. num. 2.*

17 Denique non obstant quæ contrà adducta, nam illa quæ respiciunt, sine scriptura posse sustineri contractum, satis animaduertimus quomodo sit accipiendum, & iure Regni contrarium in nostro casu sine dubio admittendum, quando de scriptura facienda cauetur, tam ex natura rei, videlicet venditionis fiscalis, quàm ex praxi & stylo Consilij supremi regalis Patrimonij scripturam fieri oportere.

18 Maiorem autem difficultatem habet illud quod obiecimur *num. 5.* videri factam fuisse ratihabitionem contractus antequam scriptura fieret, cum Princeps pretium venditionis consignaret, quo casu sumitur coniectura, vt vellent contrahentes ante scripturam contractum perfectum censeret, vt ex Morotio & Feliciano recenset D. Castillo *d. cap. 26. num. 15.* hancque præcipuam coniecturam proponit, ex qua videatur contractum non esse necessarium redigi in scriptis, si eo quis vtatur, & quia propter exactionem quæ ex aliquo contractu intentata ipsius ratihabitione inducitur. *l. quidam ex parte, ff. de euict. Bald. lib. 3. consil. 14. Angel. consil. 151. incipit, Viso. col. fin. Bart. in l. Procurator la 2. opposit. 1. ff. rem ratam haberi. Decius in l. semper qui non prohibet, num. 9. Cagnol. num. 20. ff. de regul. iuris.*

Sed tamen huic obiectioni respondendum est,

19 Primò, nam casu quo indueretur ratihabitione, erit tacita, quæ non impedit agere, vt statim notauimus, nec est in se perfecta, ex quo eadem solemnitas requiritur in ratihabitione, quæ in ipso actu, Hippolytus in rubrica *C. de probat. fol. 41. col. 4. Tiraquell. de retractu, §. 1. in gloss. 10. num. 84. vbi alios adducit, & Roman. consil. 12. col. fin.*

20 Secundo, quia licet esset ratihabitione expressa, & confirmatio Regis nostri, ea non obstante agi potest remedio legis *2. C. de rescind. venditione*, de quo nos agimus, vt concludit Pinellus in *dict. l. 2. part. 2. numero 23.*


21 Tertio, quia prædicta conclusio, dato quòd simpliciter esset vera, limitatur & procedit, quando actus qui debuit ratus haberi, esset validus, secus si nullus, vt hic; quia de actu nullo ratihabitione non potest fieri, vt per Bart. in *l. quod obseruari 1. oppositio, ff. de officio Procons. Decius in d. l. semper, num. 5. Cinus & Baldus in l. cum antea, C. de arbitr. Lanfrancus tract. de arbitr. quest. 31. Parisius consil. 24. num. 156. lib. 2. & est communis in cap. examinata, de confirm. utilis, vel inutili, & ante scripturam hic contractus perfectus non inuenitur, igitur non operabitur ratihabitione, quia nihil inuenit, in quo figat pedes, vt tradit Bart. de quo Cagnolus in *d. l. semper, n. 24.**

22 Quarto, quia dicta regula ratihabitionis propter exactionem fallit, & non habet locum, quando res non est integra, ita Philippus Francus in *reg. ratihabitionem, num. 5. in fine, de reg. iuris in 6. ex Bart. de quo ibi* Sed hoc casu dato quòd esset contractus, non est integer, imò nec ex toto perfectus, vt dixi, ideo nihil obstabit ratihabitione.

23 Quinto, quia etsi ex actione daretur ratihabitione, illud procedit si fit à sciente, secus si ab ignorante, vel errante, quia ad ignorata non trahitur ratihabitione. Bart. & alij in *l. fin. C. de Episcopis & clericis, & in l. licet, ff. de iudicij, & alij de quibus Cagnolus in dict. l. semper, num. 21. & Panthaleon de Crema in l. 2. num. 135. vers. quod procedit, C. de rescind. venditione; sed in nostro facto & in Principe iusta adest ignorantia, an*

fit contractus ex toto perfectus sine scriptura, de quo laborant Iurisperiti, & est quid facti, & qui negotium gerit per ministros, vt Rex noster habens amplum Patrimonium, plura ac diuersa negotia, ex quibus & qualitate personæ præsumitur ignorantia, vt per Calcaeneum *consil. 25. num. 5. ad finem, Robertum Maranta in l. is potest, num. 291. ff. de acquir. hereditate; non ergo ratihabitione ad id extendenda, maximè ex actu tacito.*

Sextò, quia licet ex eo Princeps approbasset factum, non tamen videtur approbare qualitatem facti, scilicet, vendere, approbare videtur, non tamen qualitatem facti, vt sit perfectus contractus absque alia scriptura, quæ ad eius validitatem requiritur, ita est textus in *l. cum interdictum*, quem ibi ad hoc notant Cynus & Alber. *C. arbitr. tutela. idem Albericus in l. 1. num. 1. C. si maior factus.* vt si induceretur ratihabitione eius quod factum, videlicet vt vellet vendere; tamen non inde colligitur perfectio contractus, vt sine scriptura procedat, quando, vt in hoc casu, necessaria requiritur.



ALLEGATIO LXXXIX.

Augmentum rei datæ, quando concessum non videatur à Principe.

1 Pertinere ad aliquem dicitur, non solum quod suum est, sed quod esse potest.

l. verbum illud 181. ff. de verb. signific. & numero 11.

2 Dispositio qua pendet ex voluntate concedentis, comprehendit etiam futurum.

l. talis scriptura, §. ult. cum l. seq. ff. de leg. 1. & num. 12.

3 Decimarum exemptionis privilegium extenditur ad terras postea adquisitas.

c. quia circa, de privilegijs, & n. 13.

c. cum aurum 20. ff. de auro & arg. legat. & n. 14. & 16.

l. quidam 7. ff. de vino, tritico & oleo legato, & n. 14. & 16.

l. forma, §. quemquam, ff. de censibus, & num. 17. & 18.

cap. 1. §. si quis de manso, tit. si de inuestit. fueris controuers. & num. 19. & 20.

4 Officiorum concessione non comprehenduntur que de nouo creata.

l. Rutilia Polla 69. ff. de contrah. empt. & numero 6.

cap. ult. de sepultur.

5 Clem. fin. de rescriptis.

Argumentum valet de officio ad beneficium.

6 Concessione regulariter solum veniunt que eius tempore extabant, non que de nouo superueniunt.

l. damni 18. §. si is qui, ff. de damno infecto.

l. fin. §. 1. de leg. 2. & n. 7.

l. si ita legatum 8. ff. de auro & arg. leg. & numero 10.

l. non modus 12. C. de seruit. & aqua.

l. omnia privilegia, Cod. de Episcopis & clericis.

7 Concessio nisi exprimat, non extenditur ad futura

Donatio omnium bonorum non comprehendit futura, nisi exprimentur.

l. fin.



- l. fin. C. de pact. is.*
l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.
- 8 Principis concessio, etiam si latissimam recipiat interpretationem, non operatur, nisi in eis que erant tempore concessionis.
l. beneficium 3. de constit. Princip.
c. cum dilecti 6. de donat.
 Regalium concessio non operatur nisi eis, que eius tempore solita exerceri, non ad nouiter inuenta.
 - 9 Concessio ad tempus presens restringenda, quando alias esset magni preiudicii concedenti.
 - 10 Privilegium non extenditur ad augmentum quod post concessionem factum.
 - 11 Actionem qui ad rem habet, rem habere videtur.
l. qui actionem. ff. de reg. iuris.
 - 12 Verba presentis temporis, vel preteriti, non comprehendunt futurum.
 - 13 Argumentum de casu speciali sumi non potest.
l. sunt persona. ff. de relig. & sumpt. funer.
 - 14 *c. cum M. 9. de constit.*
cap. dilectis 19. de prebend.
l. si seruitus 22. ff. de seruit. urban.
l. placet. ff. de liber. & posthum.
 - 15 *l. si pluribus 45. ff. de leg. 2.*
l. iuriticum 94. ff. de verb. oblig.
l. ita stipulatus 115. ff. eodem.
 - 16 Legatum si est coniuncta persona legatarius, latius interpretatur.
l. si seruis plurium 53. §. vlt. ff. de legat. 1.
l. Aurelius 29. Titius testamento. ff. de liberation. legat.
 - 17 Reale ius comprehendit quod iure augmentum factum.
l. si grege 22. ff. de legat. 1.
l. peculium 67. ff. de legat. 2.
 - 18 Realis concessio non restringitur ad personas, sed ad domos extenditur.
l. una est via. ff. de seruit. rustic. predio.
l. qui usufructum. ff. quib. mod. usufr. amitt.
 - 19 Augmentum latens differt ab extrinseco.
 - 20 Item si fundi, §. huic vicinus. ff. de usufruct.
 Augmentum non comprehenditur in quo est diuersa ratio.
l. si finita 15. §. ex hoc edicto. ff. de damno infecto.
 - 21 Feudi augmentum an nouum feudum constituat.

Princeps qui aliquod officium, vel priuilegium concessit, quando videatur concedere augmentum quod post concessionem in ea re factum fuisset.



I T I A M S I pertinere ad aliquem dicatur non solum que nostra sunt, sed que esse possunt. *l. verbum illud 181. ff. de verb. significat.* ex Alciato, Rebuffo, Fornerio, Gedeone, Socino, Menochio, Crauetta, Celso, Hugo, Mazollo, & Romano, Sebastianus Nauius notauit ad eum textum.

2 Et quando dispositio pendet ex voluntate concedentis, tunc comprehenditur etiam futurum. *l. talis scriptura 30. §. vlt. cum seq. ff. de legat. 1.* notat Bartol.

in l. si ita legatum, num. 3. ff. de auro & argento leg. & ex textu in l. leges & constitutiones, C. de legibus, l. si in uno 17. ff. locati. Castrensis lib. 1. cons. 314. num. 6. Gratianus 4. tom. disceptat. c. 608. num. 14.

Facit textus in cap. quia circa, de priuilegijs. cum ibi communiter notatis ab interpretibus, vbi priuilegium exemptionis decimarum extenditur ad terras, que postea adquisita, & concludit text. in *l. cum aurum 20. ff. de auro & arg. leg. l. quidam 7. ff. de vino, tritico & oleo legat. & l. forma. §. quamquam. de censibus,* cum ibi notatis, & a Bart. in *l. pater 6. num. 4. ff. de seruit. legat. & text. in cap. 1. §. si quis de manso, tit. si de inuestitura fuerit controuers.* ex quibus probatur augmentum concessione comprehendit, ex quo videtur dici posse omnia que accesserint officio, videri comprehendit, iuxta quod actor contra regium Patrimonium in hoc casu intendebat.

Sed tamen aliter dicendum est, quippe in donatione, vel concessione officiorum, quamuis indefinita, vel generali, non comprehendit de nouo creata, sed tantum que fuerint tempore concessionis, vt in hoc casu magis inclinare videtur Afflicti lib. 3. de constit. Neapolitan. rubric. 4. num. 10. Mieres de maiorat. 1. part. 9. 10. num. 144. Cabedo 2. p. decis. 22. per tot. maxime n. 4. ibi, *Quod verba generalia posita in donationibus non comprehendunt nisi officia quadam iam creata tempore donationis, & non de nouo creata, per textum in l. Rutilia Polla 69. de contrab. emptione, & in cap. ultimo, de sepulturis, & ex alijs iuribus, que in idem expendit, & n. 7. tradit pro Regis Patrimonio in casu illius decisionis pronunciatum.*

Facit textus in Clementina finali, de rescriptis, vbi Summus Pontifex Clemens Quintus approbat eandem sententiam circa beneficiorum collationem, quatenus inquit, *Litteras nostras super conferendo tibi beneficio vacaturo directas ad beneficium, post datam earum creatum statum non extendi. & argumentum valet de beneficijs, ad officia, vt post Bartolum & Lucam de Peña notarunt Palacios Rubios in rubrica de donat. inter, num. 6. Rebuff. 2. tomo ad leges Gallicas, tract. vt beneficia ante vacationem, artic. 1. gloss. 2. pag. 504. Pinellus in rubr. C. de rescind. venditione 1. p. cap. 2. n. 30. vers. ex eisdem. Cabedo 2. p. decis. n. 1. & addenda ad sententiam d. Clemen. fin. quod ex Franco, Ancharano, Staphileo, Menesio, Bruno, Afflicto, Mandosio, Valasco, & alijs Barbosa in collectaneis d. Clementina, num. 3.*

Secundò, quia generaliter idem obtinet in quibuscumque concessionibus & dispositionibus. nam eis regulariter solum continentur iura que fuerant tempore dispositionis non futura, & que de nouo superueniunt post concessionem, vel dispositionem. *d. l. Rutilia Polla. l. in lege 77. ff. de contrahend. emptione. l. damni 18. §. si is qui. ff. de damno infecto, l. fin. §. 1. ff. de legat. 2. l. si ita legatum 8. ff. de auro & argento legat. l. non modus 12. Cod. de seruit. & aqua. & utrobique Bart. & reliqui scribentes, & cons. 284. num. 1. vol. 2. & in l. omnia priuilegia, num. 3. C. de Episcopis, & clericis. late Iason in l. si ex toto, à num. 7. ff. de legat. 1. vbi n. 12. in fine, statuit hanc opinionem pro veritate tenere, & magis communem videri, & pluribus fundamentis exornant Albeticus in tract. de statut. 9. 116. num. 1. cum seqq. Petrus Antibol. in tract. de muneribus 3. par. princip. §. 4. à num. 129. & maxime à num. 144. Carolus Ruinus cons. 111. num. 17. lib. 5. Olascus decis. Pedemont 91. ferè per totam, Petrus Surdus consil. 27. num. 6. & consil. 127. num. 43. lib. 1. & consil. 496. num. 7. lib. 4. Cardinalis Tuschus lit. P. conclus. 735. num. 1. cum seqq. Stephanus Gratianus disceptat. forens. tom. 1. c. 98. num. 1. cum seqq.*

Tertio,

7 Tertiò, nam etsi verbis vniuersalibus dispositio, vel concessio fiat, si non adiicitur de tempore futuro, concessio solum comprehendit res existentes tempore dispositionis, nec extenditur, vel porrigitur ad futuras. *d. leg. fin. §. 1. ff. de legat. 2.* Bartolus in *d. leg. si ita legatum, num. 4. ff. de auro & argent. legat.* Socinus iunior omnino videndus, qui in puncto doctè, & præclare loquitur, *vol. 3. consil. 99. per totum, & maxime num. 5.* Surdus *consil. 27. num. 6. & consil. 313. num. 25.* & alij quamplures, quibus subscribit Menochius *lib. 4. præsumptione 127. num. 29.* Gratianus *1. tom. disceptationum forensium, cap. 98. num. 8.* & in donationibus, quamuis aliquis donet omnia sua bona, non comprehenduntur futura, nisi id exprimeretur, iuxta notata per DD. *in l. fin. C. de pactis, & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat.* Brunus. *de augmento conclus. 16. n. 13.* Azevedo *in l. 8. num. 2. titulo 8. lib. 5. Recopil. Gratian. d. c. 98. num. 21.*

8 Et in concessionibus Principum, etiam si recipiant latam interpretationem. *leg. beneficium 3. ff. de constit. Princip. cap. cum dilecti 6. de donat.* eius dispositionem non extendi nisi ad iura quæ competebant tempore concessionis, vt supra notauimus, quibus addendus Couarr. *præclararum cap. 1. numer. 10.* & multo fortius locum obtinebit in concessione Regalium, nam quamuis Princeps generaliter, & verbis vniuersalibus concedat alicui omnia Regalia sibi coherentia, solum continentur quæ solita erant exerceri tempore concessionis, & non comprehenduntur de nouo inuenta. Thom. Grammaticus *tom. 1. 2. num. 13.* Cumanus *consil. 161. ad finem.* Rolandus *volum. 2. consil. 145. & seq.* & in terminis concessionis factæ Regibus Gallia, ex concordatis cum Sede Apostolica præsentandi Prælaturas suorum Regnorum, non extendi concessionem ad Ecclesias de nouo erectas, ex Felino, & aliis probauit Rebuff. *in tractatu de regia ad Prælaturas nominatione. §. 1. vers. quod si aliqua.*

9 Quintò, quia id sine dubio procedit quando agitur de magno & graui præiudicio concedentis, Bartolus communiter receptus *in dict. leg. si ita legatum, num. 4.* Abbas *lib. 2. consil. 103. num. 4.* Surdus *decis. 233. n. 23.* Gratianus *dict. cap. 98. num. 19. & 29.* Tuschus *præclararum conclus. lit. D. conclus. 491. num. 4.* vel quando futurum est eius qualitatis quod à concedente præiudicari non potuit, ex doctrina eiusdem Bartoli *in d. l. si ita legatum, num. 4.* ex traditis per Iasonem *in l. si ex toto, n. 7. ff. de legatis 1.* Olfacus *decis. Pedemont 92. n. 1. cum seq.* Tiraquell. *in l. boues. §. hoc sermone, limitatione 25. n. 4. ff. de verb. significat.*

10 Facit textus *in dict. l. si ita legatum. ff. de auro & argento legato. ibi, Quia presens tempus semper intelligitur, si aliud comprehensum non sit,* & in terminis priuilegij non extendi ad illud augmentum, quod in eo, in quo concessum factum fuit, tenuerunt Ioannes Andreas *in additionibus ad Speculatorem, titulo de censibus. §. nunc videndum, in additione magna, columna penult.* Alex. *lib. 2. consil. 178. num. 2.* Tuschus *præclar. lit. P. concl. 732. num. 13.* Baldus *lib. 1. consil. 112. numer. 4.* Albericus *in leg. fin. num. 3. C. qua res pignori obligari poss. & in tractatu de statutis quest. 116. num. 3.* Petrus Antibolus *in tractat. de numeribus 3. part. principali. §. 4. numer. 139.* & maxime à numer. 144. Romanus *in leg. quidam referunt. ff. de Iure Codicillor. & singulari 503.* Curtius iunior *lib. 3. consil. 277. n. 7.* Menochius *lib. 4. præf. 127. n. 16. & 17.*

11 Nec obstant in contrarium adducta ex textu *in leg. verbum erit 181. de verb. significat.* quia qui ex eo textu deducunt, nomine eius quod pertinet, non solum comprehendere ius & qualitas de presenti, sed etiam futura, non rectè perceperunt sensum eius textus, quia

ibi non loquitur Iurisconsultus de iure futuro, & nondum competenti, sed de iam nato & existenti, & competenti, non solum potentialiter, sed actualiter de presenti, vt rectè ibi interpretatur Accursius *in gloss. verb. possunt,* & eius textus verus sensus est, verbum pertinere, quod latissime patet, non solum comprehendere res, quæ in nostro dominio sunt, vel quarum obtinemus possessionem, vt in principio tradit Iureconsultus, sed etiam ea, quæ in nulla causa eorum sunt, sed esse possunt, nam licet earum dominium, & possessionem non habeamus, tamen habemus ius & actionem de presenti, non de futuro, sed ex aliquo contractu qui præcessit, vt consequi possimus in iudicio dominium & possessionem, & tunc rem habere videmur, ex *l. qui actionem. ff. de regulis iuris,* & in hoc sensu qui verior est, intelligit dictam legem verbum erit, Rebuff. *in eius scholiis, vers. tertio dicuntur,* vnde colligit tribus modis res ad nos pertinere dici, ratione dominij, vel possessionis, vel etiam Iuris competentis. Doctores communiter *in l. si quis intentione ambigua,* & præcipue Castrenf. *n. 6. ff. de iudicis, & in capite inter dilectos, de fide instrumentorum,* Marianus Socinus *vol. 3. consil. 99. num. fin.* Alex. *lib. 6. consil. 75. num. 7.* plures relati à Tuscho *lit. P. concl. 324. n. 1. cum sequent.*

Textus verò *in l. talis scriptura. §. ultimo, cum lege sequenti,* quæ in contrarium expensa, nihil ad rem facit, vt constat ex pluribus interpretationibus, quas ad eam tradiderunt Menoch. *consil. 97. num. 79. cum seqq.* Surdus *consil. 27. num. 5. & 6.* Gratianus *in dict. cap. 98. num. 1. cum seqq.* & verba presentis temporis, & multo magis temporis præteriti, non comprehendere tempus futurum, multis comprobat Menoch. *lib. 4. de præsumpt. præf. 127. per tot. & maxime num. 6.* vbi latè profèquitur materiam, & plenè examinat doctrinam & distinctiones Bartoli *in d. l. si ita legatum. ff. de auro & argento legato.*

Deinde textus *in dict. cap. quia, de priuilegiis,* qui contra adductus, nihil obstat, nam ibi est casus specialis, videlicet circa decimarum remissionem in fauorem Religionis, quo casu singulari ratione comprehenduntur possessiones, quæ de nouo adquirentur in exemptione, iuxta *l. sunt personæ. ff. de Religiosis & sumptibus funerum,* & ideo non potest argumentum desumi de casu illo speciali ad nostrum, in quo non fit latè interpretatio, sed stricta, vt notauit Cabedo *2. p. decis. 22. num. 5.* & adducit Barbof. *in l. diuortio. §. quod anno. num. 17. ff. solut. matr.* qui perperam contrariam sententiam sequutus, & pro nostra opinione pronuntiatum fuisse in fauorem regij Procuratoris, tradit Cabedo *ibi,* & ex Butrio, Henrico Boic. Ancharrano, Socino, Alberto Bruno, Pinello, Dueñas, Riccio, Valasco, Alex. Parisio, Bertazola, Natta, Burlato, Camillo Borello, & aliis pluribus prædictam sententiam *dict. capit. quia circa,* probauit Augustinus Barbofa *in collect. eius textus num. 5.*

Quòd verò pertinet ad textum *in l. cum aurum 40. 14 in principio. ff. de auro & argento legato, & in l. quidam 7. ff. de tritico, vino & oleo legato,* ex quibus probare intendunt, ex dispositione generali comprehendere futurum, ad quod referenda sunt etiam iura quæ contra obici possent, *cap. cum M. 9. de constitut. cap. dilect. 19. de præbendis. l. si seruitus 22. versic. quod si ff. de seruit. urban. l. placet. ff. de liberis & posthum.* in quibus beneficia & lumina futura comprehenduntur, & posthumus qui postea natus institutione generali.

Sed nihil debent mouere prædicta, quia eorum iurium sententia potius respicit quæstionem, de qua *in d. l. si pluribus 45. de legat. 2.* videlicet, vtrum indefinita æquipolleat vniuersali, & tunc propter vniuersitatem omne

omne comprehenditur, & de sententia *l. triticum* 94. *l. ita stipulatus* 115. *de verb. obligat.* an quoties dispositione, vel concessione comprehenditur frumentum, oleum, vel quid simile. Ex his quæ consistunt pondere, numero, vel mensura, sine expressione certæ quantitatis, an valeat dispositio, vel vitietur propter incertitudinem.

16 Et in *d. l. cum aurum*, dubitatum fuit in legato auri, vel argenti, an veniat omne siue factum, vel infectum, & traditur omne venire propter pecuniam signatam, & in casu dictæ legis quidem longè diuersa ratio est, vt constat ex his quæ tradiderunt Bartol. in *ead. l. num. 1.* & in *dict. l. ita stipulatus, num. 4.* vbi etiam Iason *num. 14.* & ideo ex dispositione generali legatum latè interpretatur, quia legataria erat vxor, & coniuncta persona, tunc enim ex charitate & coniunctione legatarij debemus plenius interpretari legatum, ita vt oratio & concessio indefinita equipollet vniuersali, & comprehendat omnia existentia tempore conditi testamenti. *l. si seruus plurium* 53. §. *ultimo. ff. de legatis* 1. *l. Aurelius* 29. §. *Tutius testamento. ff. de liber. legat.* Rolandus *conf. 16. num. 38. lib. 3.* Natta *conf. 296. in fin. numero 6. lib. 2.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. titulo 11. num. 23.* Gratianus *discept. forens. cap. 70. num. 6.* & sequent. Sed tamen id nihil pertinet ad nostram questionem, quippe quamuis legatum fiat coniunctæ personæ, non ideo tamen futura comprehendantur, vt ex Castrensi, Cagnolo, & aliis probat Menoch. *d. præf. 127. n. 18.* Gratian. *d. c. 98. n. 30.*

17 Rursus quod expendimus contra ex text. in *l. forma. §. quamquam. ff. de censibus*, vbi immunitas non solum presentibus, sed etiam futuris & successoribus eorum quibus concessa competit, valde dissimile est, quia quando non personis solum, sed ratione loci immunitas conceditur, tunc aucto populo, vel deficientibus qui tunc incolæ erant, extendi oportet, quia realis concessio id necessariò exigit, quemadmodum in grege, vel peculio legato, quia non respectu cuiusque speciei, vel rei dispositio fit, sed ratione rei: ita omnis dispositio realis necessariò debet includere augmentum, sicut aucto peculio, vel grege quod accreuerit, dispositione continebitur, argum. *l. si grege* 22. *ff. de l. peculium* 67. *ff. de legat. 2.* Bart. in *d. l. si ita legatum, num. 4.* & in *l. vlt. §. 1. num. 2. de leg. 2.* Alex. *lib. 2. conf. 178. num. 10.* Menoch. *presumpt. 127. num. 26.* Brunus *de augmento conclus. 15. n. 3. cum sequent.*

18 Et concessio realis non restringitur ad personas, sed ad omnes extenditur, qui postea superuenerint ex tacita voluntate concedentis, notant communiter Doctores in *d. l. forma. §. quamquam.* Bart. in *l. pater* 6. *num. 4. cum seqq. ff. de seruit. legat.* Guido Papæ *q. 489. per totam*, & ad interpretationem doctrinæ Baldi tradit Couar. *prædictarum cap. 2. num. 1. vers. ceterum*, & in præscriptione iuris realis, ex Bart. & aliis pluribus, notauit D. Molina *lib. 2. de primog. cap. 6. num. 16. cum sequent.* & ex *l. vna est via. ff. de seruit. rustic. prædior. l. is. qui usufructu meo. ff. quibus modis usufruct. amitt.* Panormit. Romano, Peregrino, Cancerio, Surdo, Brunore à Sole, Marta, Crauetta & aliis confirmat additio ad Molinam *d. num. 16.* & videnda quæ ego notavi in *decis. 31. Granatensi, per totam*, quando dicatur ius reale; verum id quantum differat à nostro casu apertum est.

19 Denique quod obiectum est ex *cap. 1. §. si quis de manso, tit. si de inuestit. feud. fuerit controuers.* vnde volunt inducere, augmentum cedere debere concessioni, quia si dominus feudi non reseruauit augmentum, & illud possidet vasallus, etiam si fuerit extrinsecum, ei acquiritur, quippe ille textus non loquitur de augmento, de quo nostra disceptatio, id est, quando

aliquis, qui obtinet officium, vel priuilegium, illud extendit, vel auget, aut ipse Princeps, qui concessit aliquid ei rei, adiungat aliquid ex quo augeatur, quod longè diuersum est ab his quæ natura, vel casu augeantur, vt loquitur textus in *d. §. si quis de manso*, & notant ibi glossa & Doctores, & maximè Bald. n. 3. Rosenthal. *ad feuda c. 10. concl. 44. n. 22. & sequent.* Trentacinq. *lib. 1. var. resol. 1. de consuetudine. n. 9. vers. huic rationi.*

Et in eo textu traditur accedere omne incrementum, vt comprehenditur tam latens, quam patens, de quibus in *l. item si fundi. §. huic vicinus. ff. de usufructu*, & hoc procedit, nisi diuersa & valde dissimilis causa militet in augmento, iuxta notata per textum ibi in *l. si finita* 15. §. *ex hoc edicto. ff. de damno infecto.* Bart. in *l. damni infecti. §. si is qui, n. 4. ff. eodem.* Brunus *tractat. de augmento, conclus. 5. num. 23. & seqq.* quia tunc non dicitur propriè augmentum. Sixtinus *de Regal. lib. 2. cap. 6. num. 29. 30.* & circa feudum, de quo loquitur *d. §. si quis de manso*, apparet ibi, vasallum cauisse de omni augmento, vt constat verbis textus, ibi, & dixerit quòd omne incrementum pertineat ad eum per inuestituram, & regulari debet augmentum iuxta naturam rei cui adhæret. *l. etiam. vbi Bart. & Bald. C. de iure dotium. l. inter soerum. §. cum inter. ff. de pactis dotalibus.* Surdus *decis. 78. n. 11.*

De feudi augmento, an nouum feudum, vel idem rucenseatur, vide Afflictum in *constit. Neapolit. lib. 1. rubrica 71. de ordin. iudic. pag. 145. num. 12.* ex Decio & aliis Cæsar Ursillus in *annotat. ad Afflict. decis. 122. num. 7.* Mieres *de maiorat. 3. part. q. 8. num. 50.* Balzar. *cap. unico, num. 7. de feudis*, non habente propriam naturam, & facit gloss. *verb. manent. in l. peculium 4. §. si are alieno. ff. de pecul. & addendi plures, quos congerit Tiraquell. de retract. lignagier. §. 32. gloss. unica num. 29.*



ALLEGATIO XC.

De iure tertij, eo non citato, per modum gubernationis decerni non potest.

- 1 Citari debet is, ad quem ius in causa pertinet. *l. 1. §. denunciari. ff. de ventre inspiciendo. l. ex contractu. ff. de re iudicat. l. de unoquoque. ff. eodem. l. si patroni. §. fin. ff. ad SC. Trebell.*
- 2 Citandi sunt illi, ad quos accessoriè res pertinet. *§. legatarij, Instit. de testam. l. si superatus 3. vers. atquin. ff. de pignoribus.*
- 3 Exceptiones eius qui se liti opposuit, discutiendæ, nec ex gubernatione res decidenda. *l. si per lusorio. ff. de appell. l. ab executore. §. alio. ff. eod. l. si suspecta. ff. de inofficios. testam. l. venditor. ff. de iudiciis. l. Paulus. ff. de procurat. l. si pariter. ff. de liber. caus. c. vlt. vt lite pendente, lib. 6. c. 2. de procurat. eod. libro. c. 1. de electione, lib. 6. c. vt circa, eodem. Clement. constitutionem, de electione. l. 4. & 7. tit. 23. p. 3.*
- 4 Parochiani & quilibet eorum habent ius agendi pro Ecclesia propinquiori. *Concil. Triad. sess. 21. c. 7.*

- cap. plebs, distinct. 63.
 c. filius 31. 16. q. 7.
 c. cum inter 16. de electione.
- 5 *Causa que de plano poterant expediri, sunt leuiores, & in quibus periculum in mora.*
l. nec quidquam, §. poterit de plano, ff. de officio Proconf. & legati.
- 6 *Leuato velo procedere, idem quod summarie & de plano.*
l. de summerfis, C. de naufragio, lib. 11.
- 7 *c. conquerente, de restit. spoliato.*
Causa cognitionem que requirunt, non possunt expediri per libellum.
l. nec quidquam, §. vbi decretum, ff. de officio Proconf.
- 8 *Iurisdictio voluntaria transit in contentiosam, vbi vertitur partis praiudicium vt sic causa cognitio necessaria.*
- 9 *Citandus an sit, vel audiendus qui liti se obtulit, cuius nullum ius apparet.*
l. emptorem 12. in principio, ff. de act. empt.
- 10 *Citandus est ille, de quo apparet nullam habere defensionem.*
c. 3. Genes. c. licet Episcopus, de prabendis, lib. 6.
- 11 *Clement. sape, de re iudicat.*
- 12 *c. unico, de excessib. Pralator.*
- 13 *Gubernationis pretextus non admittendus in causis iustitia.*
Cornelius Tacitus explicatur.
Praxis Senatus supremi Castella, vt cum aliqua causa in Aula Regiminis tractatur, debeat ad iustitiam remitti, si aliquis petierit ex litigatoribus pro suo interesse.

An ratione gubernationis procedi possit circa suppressionem Ecclesie, quam patronus fundauit, quia Parochia, in cuius territorio erecta, dicebat sine permissu Ecclesiam constructam, & ideo absque mora iudicij ex gubernatione statim esse diruendum.



N hoc casu patrono petitionis copia data actis discussis, existimauimus non posse in eis quæ respiciunt ius tertij, eo non citato, nec audito, aliquid pretextu gubernationis decerni, quia vbi constat negotium specialiter aliquem attingere, & ad eum pertinere, debet Iudex ex officio iubere citationem eius fieri, ex praxi recepta. l. 1. §. denunciari, ff. de ventre inspiciendo. l. ex contractu, l. de unoquoque, ff. de re iudicata, l. si patroni. §. fin. ff. ad SC. Trebell. cap. cum olim, de testibus, cap. 1. de causa possessio. & propriet. vbi in eius collectaneis Augustinus Barbofa innumeros congeffit.

- 2 Et quando non esset adeo manifestum, & directum ius patroni, & Rectoris Ecclesie, vel aliorum, qui eius redditibus aluntur, sed solum accessorie, & in consequentiam, aliquid iuris ad illos pertinere posset, necessarium citandi erant in principio iudicij ad eius validitatem, argum. §. legatarij. Instit. de testament. l. si superatus 3. vers. argum. ff. de pignoribus, quia ad iudicium citati debent illi, qui lædi possunt vt in legatariis

& creditoribus tradit Gratianus tom. 4. discept. cap. 767. num. 39. & tom. 5. cap. 1000. num. 13. Ifernina, Afflictis, Curtius, Aluarotus & Decius, quos refert Couarr. practic. cap. 13. n. 6. quamuis ille contra verius censeat, & probat Barbofa vbi proxime, n. 12.

Præsertim, cum prædicti se liti obtulerint, quo casu non debet ex gubernatione procedi, sed necessario audiri oportet eorum exceptiones ex l. si perlusorio, l. ab executore, §. alio, ff. de appellat. l. si suspecta, ff. de inoffic. testam. venditor, ff. de iudicij, l. Paulus, ff. de procurat. l. si pariter, ff. de liber. causa, cap. ultimo, vt lite pendente in 6. cap. 2. de procurat. eodem libro, capite 1. cap. vt circa, de electione, eodem lib. 6. Clement. Constitutionem, de electione, l. 4. & 7. tit. 23. part. 3. vbi omnes glossæ. Bartol. in l. 2. §. hoc interdictum, numero 1. ff. ne quid in loco publico. Felinus in capite exhibitæ, de iudicij. Couarruu. practicar. capite 13. numero 2. & cap. 15. in princip. D. Lara in compendio vita hominis, cap. 8. num. 6.

Deinde id magis confirmatur, quia non solum patronus, & Ministri Ecclesie, qui ex ea aluntur, censentur habere ius in hac causa, sed quilibet vicini quibus vtile sit propinquiores Ecclesie fuisse, vt probatur Concilio Tridentino sess. 21. cap. 7. ibi, aut illorum defectus Parochianus. Abbas in capite de his, de Ecclesiis adificandis, capite plebs, distinctione 63. eis verbis, ex omnibus sape dicti loci Parochijs Presbyteros, Diaconos & vniuersam turbam. glossa cap. filijs 31. 16. q. 7. verb. denunciari. ibi, imò quilibet qui est, de sua plebe, Glossa in cap. constitutum 60. 16. quest. 1. verb. conditoribus, ibi, simili ratione videtur quod quilibet de populo, quia publice interest, ne res Ecclesie male tractentur, Glossa notabilis in cap. vt circa, de electione in 6. verb. aliqui, ibi, Quorum interest, vt quia Canonici, Parochiani, vel patroni, iuncto Gregor. Lopez gloss. 3. in l. 11. titulo 10. part. 1. & quod ex Ripa, Panormitano, Beroio, Capella Tolosana, & aliis notauit D. Salgado de Regia protectione 3. part. cap. 5. num. 4. ex quibus Barbofa de officio Episcopi, allegat. 64. num. 6. facit argumentum ab speciali textu in capite cum inter 16. de electione, ibi, nisi quorum interest, audiri non soleant appellantes, quasi audiendi illi, quibus ius esse potest in causa.

Vterius hæc causa, in qua tot personarum interesse vertitur, non est eius qualitatis, vt possit per modum gubernationis sine iudicio de plano expediri, iuxta leg. ne quidquam, §. peteret de plano, ff. de officio Proconf. & legati. nam id locum habebat in leuissimis negotiis, vt in exemplis eius textus, videlicet emendare libertum qui patrono non obsequitur, filium à patre oblatum terrere, & similia, in quibus periculum esset in mora, iuxta quod Orosius & Corrasius in eo textu notarunt, & quod ex pluribus bonæ notæ Authoribus, Tacito, Liuiio, Asconio, Seneca, Terentio, Plauto, & aliis, notauit Rauardus lib. singulari pro Triboniano, capite 7. & 8. quibus adde plura quæ supra notauimus.

Et hoc similiter respicit vt de plano expediatur, quod celeritatem exigebat, & periculum erat in mora, vt restitueretur dominis quidquid ex naufragio nauium mare ad littus expelleret, in quo casu in leg. de summerfis, C. de naufragio, lib. 11. iubetur, vt leuato velo, istæ causæ cognoscantur, quod idem est, quasi extaret apertum, & patens Iudicij tribunal, solebant enim velis quibusdam ianua tribunalis cooperiri, quæ iubebant leuari Iudices, vt paterent omnibus, quando volebant de plano, breuiter & summarie causas expedire, vt explicat Cuiacius in d. leg. de summerfis, cum Stephano, Plauto, Æschylo & Diuo Augustino, Gothofredus in notis eius textus, Politus in Historia fori Romani,

Romani, iunctis corollariis & additionibus Brodæi lib. 1. cap. 5. ex Plinio & Diuo Basilio Annaeus Robertus lib. 1. rerum iudicatarum, capite 10. ad finem, melius & latius ex Lipsio in notis ad Annales Taciti. cum Platea, Alciato, Suetonio, Lampridio, Clemente Romano, Baronio & aliis Pater Roias lib. 5. singular. locor. cap. 5.

7 Sed in his casibus, etiam si summarie procederetur, adhuc aliqualis causæ cognitio adhibebatur, ideo multo melius in nostra quæstione Senatus non debet procedere absque eo quod illorum quorum interest citatio procedat, ne dici possit quod Pontifex Archiepiscopo Cantuariensi in terminis, qui ab Ecclesia VVefortensi clericum eiecerat, in cap. conquerente 7. de restitutione spoliatorum, ibi, sine iudicio spoliari, & cum necessario causæ cognitio præcedere debebat, non potest ad petitionem partis expediri, ut traditur in l. ne quidquam, §. ubi directum, de officio Proconsulis omnia quæcunque causa cognitionem desiderat, per libellum expediri non possunt, quod accipiendum est, ut ad simplicem & solam libelli oblationem non possint decerni quæ causæ cognitionem requirunt; quemadmodum quæ apud nos dicimus expediri *propronisio*, quod potest respicere vel gubernationem, aut iniungere legum obseruantiam, vel alia facilis expeditionis, ut notauit, ita illa verba accipiens, Parladorus lib. 2. rer. quotidianar. c. fin. 5. p. 5. 2. num. 2.

8 At verò quando apparet ius partis, ut in hoc casu Patroni & aliorum, quos expressimus, non poterit sine iudiciali discussione causa terminari, nam etiam si voluntaria iurisdictio exerceatur, cum tamen consideretur interesse tertij, mutatur in iurisditionem contentiosam, quia tunc non potest iurisdictio voluntaria exerceri, nec censeri ubi interponitur partis præiudicium. l. 2. verb. contentiosam. ff. de officio Proconsulis, & ibi Bartolus, & Baldus num. 3. Couarr. lib. 3. variar. cap. 20. num. 8. Maranta de ordine iudiciorum 4. part. dist. 18. Cancerius variarum 2. part. capite 2. num. 215. Thomas Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 19. numero 7. Fontanella de pactis nuptialibus, tom. 4. claus. 4. gloss. 10. p. 1. num. 108. & ideo, quia id pertinet ad contentiosam iurisditionem, ubi tertij præiudicium versatur, & liti se opponit; causæ cognitio necessario adhibenda. Innocent. in cap. fin. de prebendis, & in cap. proposuit, de concess. prebende. Panormit. in cap. fin. de prescript. n. 12. ubi Felinus num. 25. & 27. & ibi Imola num. 9. Flores de Mena lib. 1. variar. q. 4. num. 10. & 22. Salgado de Regia pretectione 2. p. c. 13. n. 56.

9 Nec defendi potest in hoc casu Senatum per modum gubernationis procedere, non auditis partibus, nec lite cum causæ cognitione decisa, quia cum manifestum esset non posse Ecclesiam à Patrono ædificari, sine licentia & consensu supremi Senatus, cum eam non exhibeat Patronus, frustra citandus, cum appareat nullam habere defensionem, ex illorum sententia, qui tenuerunt citationem posse omitti, quando constat nullum ius esse eius qui citandus, argum. leg. emptorem 12. in princip. de act. empt. & eorum quæ tradit Alex. in l. non solum. §. morte, num. 47. de noui operis nunciacione.

10 Id enim parum vrget, quippe Deus etiam si sciret Adamum nullam habere peccati excusationem, in paradiso illum vocauit, velut in citationem, ut causam redderet inobedienciæ, Genesis cap. 3. & facit text. in cap. licet Episcopus, de prebendis, lib. 6. ubi quamuis certum esset ei cui collatum erat beneficium cum animarum cura, & ideo certissimum ex iuris traditionibus, primum quod habuerat, cum simili cura retinere non posse; & tamen tradit Pontifex ibi, illum tamen, cui contulerit, non debet, te non vocato (cum tibi forsan

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

ius possit competere retinendi) in possessionem ipsius inducere corporalem. & quamuis ipsi iudici liqueat aliquem non habere defensionem, tamen non debet procedere ad causæ decisionem sine illius citatione, de cuius præiudicio tractatur, ex glossa in cap. cum dilectis filiis, verb. inducenda, de purgat. canonic. ubi ad hoc refert expressa iura, resoluit Bellonus decis. Genuensi 104. n. 19. Vigelius decis. 6. centuria 6.


Et quamuis appareat venditorem nullum ius, nec defensionem habere, in quo casu loquuntur qui ex d. l. emptorem 12. ff. de act. empt. citationem non esse necessariam tenuerunt (quamuis eo textu non probetur,) adhuc tamen citationem præcedere oportere, probarunt Socinus in l. 2. §. fin. num. 15. ff. solut. matrimonio. ubi Alciatus n. 29. Rebuffus 3. tom. ad leges Gallicas, tit. de dilatiombus, art. 5. gloss. unica, n. 37. & diuersè loquuntur qui citationem excludere volebat, ut constat ex traditis ab Antonio Gabriele lib. 2. communium, tit. de citatione, conclus. 1. n. 3. Carolus Ruinus vol. 5. consil. 31. n. 1. Cepolla Tolosana dec. 440. & probatur expressè ex textu in Clement. sæpè, de re iudicata. ubi cum Imperator Henricus procederet contra Robertum Siciliæ Regem tanquam eius fundatarium, & publicè constaret rebellem Imperatori fuisse; tamen Pontifex Clemens V. tradit nullius roboris esse sententiam, quia Rex citatus non fuerat. & nota verba, quia eiusmodi sententia non à discretionem matre virtutum, sed à nouerca iustitie voluntaria, scilicet iudicantis precipitatione processit.

Quæ precipitatio fortassis in his casibus interuenire possit, si solum ex gubernatione, non adhibita plena causæ cognitione, res à Senatu decerneretur, quia semper in casibus similibus solent aliarum Ecclesiarum Rectores nimis instare, importunè insistere, iudices vexantes, scandala excitando, ut inde nimis abruptè procedere impellerent & cogerent, iuxta quod traditur in capite. unico, de excessibus Prælatorum ibi, Diuersa scandala quandoque proueniunt, & diuersos clamores ad Sedem Apostolicam referantur, & ut explicat gloss. 1. in eo textu eis verbis, insurgebant magna scandala inter Rectores Ecclesiarum Parochialium, & ipsos mendicantes, ideo supplicatum fuit domino Papa, ut de remedio dignaretur prouidere opportuno qui prouidit, ut sequitur. & continuò in his casibus esse scandala, notarunt in eo textu Ioannes Andreas, ubi Anchar. numero 1. Dominicus de sancto Geminiano numero 1. Flavius Cherubinus in compendio Bullarum tom. 3. Bulla 99. fol. 57. pag. 1. Barbosa de officio Episcopi, allegat. 26. num. 1. Hæc igitur scandala, quæ solent inter se litigatores in his casibus excitare, non debent iudicium miscere, ut in eo sine causæ cognitione solum regiminis prætextu, sine ordine iudiciali, procedatur.

Denique, quia valde periculosum est in casus iustitiæ, gubernationis prætextum, vel rationem status miscere, maximè ubi versatur præiudicium tertij, in quod Neronem reprehendit Cornelius Tacitus, nam cum vellet contra Vestinum procedere, & nullam iustitiæ causam inueniret, regiminis prætextu vsus fuit, ut constat lib. 15. Annalium, eis verbis, Igitur non crimine, non accusatore existente, quia speciem iustitiæ induere non poterat, ad vim dominationis conuersus. & quod idem Cornel. Tacitus lib. 1. Historiarum, tradit aduersus Titianum, & Proculum ibi, Titianus, & Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad ius Imperij transibant. & ex Purpurato, & aliis Cassaneus. in catalog. gloria mundi 7. part. considerat. 3. vers. octauum. reprobatur opinionem eorum, qui tenuerunt aduersus leges posse iudicari regiminis prætextu, quia nunquam ex eo debet iustitia & partium ius violari, & ita

H iudices

iudices monet hoc periculum vitare Bobadilla lib. 2. Politica, cap. 2. num. 82. & rectius probatur praxi summi Senatus Castellæ, nam quando in aula gubernationis aliqua pendet quæstio, si quis se offerat quasi eius interesse ostendens, & petierit ad iustitiam eius causæ discussionem remitti, statim à gubernatione abdicatur, & ad iustitiæ Aulam quæstio disceptanda transmittitur, vbi auditis partibus cum causæ cognitione res decidatur.



ALLEGAT. XCI.

De Subreptione, & Obreptione.

- 1 Obreptio respicit verum tacere.
l. sed et si 10. §. si patronum, ff. de in ius voc.
Subreptio continet falsum exprimere.
Rescripta & privilegia annullantur obreptione, vel subreptione.
c. super litteris, de rescriptis, §. n. 5.
c. postulat si, eodem, §. n. 5. & 8.
c. si motu proprio 23. de prob. lib. 6.
c. 2. de filiis Presbyter. eod. lib. & n. 4.
l. 2. Cod. si contra ius, vel utilitatem publicam.
l. et si legibus, C. eodem, §. n. 15.
l. fin. C. de his qui à non domino.
- 2 l. idem Ulpianus, ff. de excusat. tuto.
l. si quis obrepserit, ad leg. Cornel. de falsis.
cap. ad audientiam, de rescriptis.
- 3 Rescriptum etiam ex motu proprio & certa scientia annullatur obreptione & subreptione.
- 4 Subreptio in partem annullat totum rescriptum.
cap. 1. & 2. de filiis Presbyterorum.
cap. dudum, de privileg. lib. 6.
cap. fin. de filiis Presbyteror. eodem lib.
l. cum tale, §. falsa de condit. & demonstr.
- 5 Subreptio consideratur non solum quando tacetur quod poterat concessionem impedire, sed etiam quod difficilem concessionem reddere.
- 6 Subreptitia privilegia censentur ob diminutionem iuris alterius.
l. nec damnosa, C. de precib. Imper. offer.
Princeps non videtur velle tertio preiudicare.
l. 2. §. si quis à Principe, & §. medico, ff. ne quid in loco publico, §. n. 19.
l. 3. de bonis libert.
l. 1. §. item Labeo familia eriscunda.
l. ex facto, in princ. ff. de vulgari.
- 7 Subreptio ut excludatur, faciendæ est relatio de quacunque re minima.
cap. ceterum, de rescriptis.
- 8 Subreptionem inducit non solum omissio causæ finalis, sed etiam impulsivæ.
- 9 Relatio fieri debet explicitè ut evitetur subreptio.
cap. dilectus filius 26. de rescriptis.
l. ultim. ad finem, C. de dot. promiss.
- 10 Relatio sub involucrio verborum, & confusa, non tollit subreptionem.
- 11 Subreptio ut excludatur iuris tertij mentio faciendæ.
cap. si proponente, de prob. lib. 6.
cap. si motu proprio, eodem tit.
cap. in nostra, de rescriptis.
l. ea qua commendandi 43. de contrah. emptione.

- l. 1. §. de adilitio edicto.
- 12 Subreptio etiam reddit si iustum fuerit concessum.
- 13 Subreptio etiam ex ignorantia facti alieni annullat rescriptum.
c. si super gratia, de offic. deleg. in 6.
- 14 Gratia non assumit vires ex narratione supplicantis, sed ex voluntate concedentis.
Subreptio per ignorantiam, non vitiat totum rescriptum, ut si fiat per dolum.
- 15 Dolus est qui licet non exprimat falsum, tacet veritatem, quam non potuit ignorare.
cap. sedes, de rescriptis, §. n. 16.
- 16 Subreptio in totum annullat rescriptum.
Verbi penitus significatio.
- 17 Qualitates omnes ad impetrationem exprimitur.
cap. susceptum, de rescriptis, lib. 6.
l. ex ea 121. §. in insulam, ff. de verb. obl.
- 18 Gratia ex qua tertio ius quaesitum, habet clausulas derogatorias ad sequentes gratias.
l. fin. C. de locat. pradior. civil. lib. 11.
Derogatoria clausula expressè reuocanda.
l. si quis, in principio, ff. de leg. 3.
- 19 Princeps non potest ius tertio quaesitum tollere.
l. Titius puerum, ff. de obseq. à liber.
cap. quamvis, de rescriptis, lib. 6.
c. si propter, eodem tit. & lib.
c. super eo, ff. de offic. delegat.
- 20 Subreptio causatur precedente prima gratia, quamvis qui obtinuit, in eius executione fuerit negligens.
c. constitutus 29. de rescriptis.
c. gratia, de rescriptis, lib. 6.
c. si eo tempore, eod. tit. & lib.
- 21 Subreptio nullam secundam gratiam reddit circa eandem rem.
l. quod ab initio, ff. de reg. iuris.
c. auditis, de electione.
- 22 Clausula qua apponuntur ex stylo curiæ, in rescriptis gratia exprimentæ, alias nulla rescripta ex subreptione.
- 23 Subreptio an interrompat quando in iure non expressa iudicis arbitrio relinquitur.
- 24 Subreptio an per dolum, vel ignorantiam fiat, in dubia iudex arbitrabitur.
- 23 Subreptio quamvis non presumatur, & regulariter probanda ab eo, qui allegat; tamen limitatur si quis allegat, habet pro se iuris presumptionem.
Gratiam impetrans debet narrata probare.
Presumptio iuris transfert onus probandi in adversarium.
l. fin. in principio, ff. quod met. caus.
l. siue possidetis 16. C. de probation.

Rescriptum & privilegium quando ex subreptione, vel obreptione nullum reddatur.



In hoc casu privilegium & concessionem annullari, quoties obreptio quæ respicit verum tacere, l. sed et si 10. §. patronum, ff. de in ius vocand. Buisson. verb. obreptio. vel subreptio, quæ continet falsum exprimere, ut post alios Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 6. disp. 21. num. 2. in concess.

- concessione Principis, & priuilegio interuenient, *cap. super literis 20. c. postulasti 27. & utrobique Doctores de rescriptis, cap. si motu proprio 23. de prabendis, lib. 6. cap. 2. de filiis Presbyterorum, eodem lib. leg. 2. l. et si legibus 5. C. si contra ius, vel utilitatem publicam, l. fin. C. de his qui a non domin. Paul. Castrenf. consil. 369. numero 2. lib. 1. Bald. in leg. praescriptione, num. 1. C. si contra ius, vel utilit. public. late Rodericus Suarez allegat. 12. numer. 30. cum seqq. & allegat. 28. num. 26. Couarr. lib. 1. variar. cap. 20. num. 1. & 5. Cardinalis Tuschus lit. O. conclus. 50. n. 3. & lit. S. concl. 722. Farinac. consil. 3. n. 3. & per totum lib. 1.*
- 2 Facit d. l. sed si hac, §. patronum. ff. de in ius vocand. l. idem Ulpianus. ff. de excusat. tutor. l. si quis obrepserit. ff. ad legem Corneliam de falsis. leg. & si legibus C. si contra ius, vel utilitatem publicam, cap. ad audientiam, de rescriptis. Abbas in c. ceterum, num. 6. eodem tit. Berolius vol. 1. consil. 13. & consil. 65. num. 129. Socin. iunior. consil. 77. n. 84. vol. 1. Menoch. de arbitrariis, lib. 2. centuria 3. casu 201. & consil. 1. n. 399. ex Baldo, Ancharrano, & Alex. Baptista Caesar. 3. p. diuersor. consil. 7. n. 30.
- 3 Idque procedit, quamuis fiat concessio ex motu proprio & certa scientia. Alex. vol. 2. consil. 60. num. 40. Gozadinus consil. 2. num. 25. & consil. 5. num. 14. Anchar. consil. 188. incipit, Visi. Bald. l. fin. C. sentent. rescind. non poss. Tiber. Decianus lib. 3. consil. 38. n. 51. Rodericus Suarez alios allegans, & referens, alleg. 12. n. 28. Bossius in tractatu de Principe, n. 359. Molina lib. 2. de primog. cap. 7. n. 15. ex Aldobrandino, Menochio, Ruino, P. Molina, D. Ludouifio, Castillo & aliis, Additio ad Molinam dict. n. 15. Mieres de maiorat. 1. p. q. 5. n. 22. Antonius Petra de potestate Princip. cap. 32. §. de clausula, de certa scientia, n. 14. & seqq. & ad clausulam de motu proprio, post Iason. & Ioann. Andr. in c. si motu proprio, de prabendis in 6. Abbas in c. ad aures, de rescriptis, n. 5. Rodericus Suarez ubi proxime n. 40. & alleg. 13. n. 2. Menoch. d. casu 201. n. 81. Garcia de beneficiis 1. p. c. 5. n. 502. P. Suarez de legibus, lib. 8. c. 12. n. 11. Sancius de matrimonio, lib. 8. disp. 21. n. 47. Farinac. decisio. crimin. lib. 2. decis. 325. n. 16. Barbofa clausula 79. n. 20.
- 4 Et hoc, etiam si in parte solum sit subreptio, nam rescriptum in totum annullatur. c. 1. & 2. de filiis Presbyterorum, lib. 6. Berolius vol. 1. consil. 88. n. 1. Grammat. consil. 162. n. 10. Bolognet. consil. 2. num. 18. Crauetta consil. 749. n. 29. si ex eo posset colligi Principem non concessurum. c. dudum, vers. nos igitur, de priuilegiis in 6. c. fin. de filiis Presbyterorum, eod. lib. l. cum tale 71. §. falsam ff. de condit. & demonstrat. Couarr. lib. 1. variar. c. 20. n. 1. & 5. Menoch. dict. casu 201. num. 22. pluribus Gutierrez. canonic. lib. 2. q. 15. n. 14. P. Sanchez de matrimonio d. lib. 8. q. 21. n. 11. & 17.
- 5 Et non solum subreptio consideratur quando non est expressum quod poterat concessionem impedire, sed etiam quando praetermittitur quod difficilem poterat concessionem reddere, etiam si dicatur quod si declararetur, Princeps concederet. *cap. postulasti. ubi Abbas, & alij in cap. super literis, ubi gloss. de rescriptis. Lupus allegat. 89. Gozadinus consil. 6. num. 6. Crauetta vol. 4. consil. 296. & 963. num. ro 25. Roman. consil. 326. numero 11. Berolius volumin. 1. consil. 88. numero 2.*
- 6 Et ita priuilegia subreptitia praesumuntur ob diminutionem iuris alterius. *leg. nec damnoza, C. de precibus Imperat. offerend. Bald. vol. 5. consil. 300. Crauetta. consil. 296. colum. 5. & consil. 749. num. 25. quia tunc Princeps non videtur velle. leg. 2. §. si quis a Principe, & §. merito. ff. ne quid in loco publico. l. 3. ff. de bonis libertorum. leg. item Labeo. §. 1. ff. familia erciscunda. leg. ex facto, in principio. ff. de vulgari. Alexand. volumin. 1. consil. 2. numero 4. & volum. 2. consil. 49. & consil. 127. numero 3. Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.*
- & volumin. 5. consil. 3. numero 5. & 6. & consil. 30. numero 2. & 3.
- 7 Sed necessarium est ad impetrationem priuilegij, vt subreptio excludatur facere relationem cuiusque rei, etiam minima. *cap. ceterum, ubi notat Abbas, de rescriptis. Berolius vol. 1. consil. 88. volum. 3. Quia etsi alius Princeps esset concessurus, si tamen non ea forma concederet, sed cum aliquo moderamine, subreptio consideratur. Dom. Couarr. dict. cap. 20. num. 5. & in tract. de sponsalibus 2. p. cap. 8. §. 9. num. 1. P. Molina tract. 2. de iustitia & iure, disputat. 173. Thom. Sanch. dict. quast. 21. numer. 11. quia quando datur sine expressione rei quae restringeret gratiam, plus dat, quam velit, & respectu concessionis sic factae dicitur inuoluntarius.*
- 8 Ex quo fit, vt non solum omisso relationis causae finalis subreptionem inducat, sed etiam causae impulsivae, quae posset Principem facere immorari & consulere, etiam si alius esset concessurus, vt ex c. postulasti 27. de rescriptis, eis verbis, *de leni non scribimus*, notarunt Panormitanus, Felinus, & Doctores communiter. *ibi Decius num. 10. 11. ubi tradit ab omnibus admittam opinionem Panormitani, idem in cap. super literis, num. 7. de rescriptis, probauit Alexand. lib. 1. consil. num. 3. & lib. 7. consil. 95. num. 7. Suarez dict. allegat. 12. num. 33. Menoch. dicto num. 22. Afflictis decis. 195. num. 7. pluribus Mieres de maioratibus 1. part. quast. 3. num. 3. multis confirmat Gutierrez lib. 2. canon. quast. 15. num. 21. & 41. qui tradit textum in dicto cap. postulasti, procedere, non solum in beneficialibus sed etiam in aliis omnibus concessionibus gratiosis & priuilegiis vt tenuerunt Tuschus lit. S. conclus. 720. numero 3. & 6. Garcia de beneficiis 6. part. cap. 2. numero 200. Farinac. lib. 1. consil. 3. numer. 10. & in nouissim. 2. part. decis. 452. num. 4. & ita in Rota indicatum testatur Beltramin. in Additionibus ad Dom. Ludouif. decis. 108. num. 11. ad finem. & subreptionem induci quando ea ex vi verborum tacite colligi potest, ex Celso Hugo. consil. 88. n. 16. probauit Baptista Caesar 3. p. consil. diuerso. consil. 8. n. 47.*
- 9 Vnde explicitè debet fieri relatio. *cap. dilectus filius 26. ubi Glossa & Doctores, de rescriptis. Ludouic. Roman. consil. 326. incipit, In presenti consultatione, n. 12. addens rationem, quia ex generalitate, quae obscuritatem parit, potest Princeps facile circonueniri, l. final. ad finem, ibi, Falso sermone se iactat. C. de dotis promissione, & cum aliis sequitur Rodericus Suarez alleg. 12. n. 34. Didacus Perez in l. 1. q. 9. ad finem, tit. 12. lib. 3. ordinamenti.*
- 10 Et mentio, seu relatio sub inuolucto verborum, & in confuso, non tollit vitium subreptionis. *Baldus in l. praescriptionem, num. 20. C. de precibus Imperator. offerendis, & in l. eam quam, num. 36. C. de fideicommissis. Bald. vol. 3. consil. 204. Crauetta d. consil. 749. numer. 24. Gozadinus consil. 9. num. 23. Socinus iun. vol. 1. consil. 77. numer. 88. Socinus vol. 2. consil. 273. num. 12. Tiberius Decianus vol. 1. consil. 23. num. 45. Bolognetus consil. 2. num. 31. usque 34. Farinac. lib. 1. consil. 3. num. 10. & consil. 47. numer. 12. & lib. 2. consil. 162. num. 3. & decis. 325. numero 16. ex quo ad saluandam gratiam de subreptione non sufficit generalis expressio, sed requiritur specifica, ex Abbate, Ripa, Grammatico, & Rotae decisionibus, probat Baptista Caesar 3. p. consil. diuerso. consil. 40. num. 22.*
- 11 Sed & cuiusque iuris tertij mentio facienda est in petitione, alius subreptitia, & nulla redditur. *cap. si proponente, & c. si motu proprio, de prabendis, in 6. etiam si illud ius tertij non esset efficax. Alexand. volum. 5. consil. 3. numer. 6. Rolandus à Valle vol. 3. consil. 10. num. 12. & quamuis ius tertij sit conditionale, Geminianus*

- consil. 107. per textum in cap. cum olim, de re iudicata. & expresse, vt prædiximus; ita facienda est, vt nullo modo Princeps decipi possit. cap. in nostra, ibi, expressum, de rescriptis. Grammaticus decis. 66. numero 19. faciunt verba textus in l. ea qua commendandi 43. ff. de contrab. empt. ibi, qui non tantum in eo est, qui fallendi causa obscure loquitur, sed etiam qui insidiosè obscure dissimulat. l. 1. §. 1. ibi, palam. ff. de adilitio edicto. Crauet. conf. 78. n. 3. Sucin. iun. lib. 2. conf. 77. n. 97.
- 12 Et quamuis sit iustum quod concessione impetratum; tamen ex subreptione nullum censendum, ex Baldo, Iafone in l. qui iurisdictione, num. 10. de iurisdictione omnium iudicum. Crauetta conf. 1103. num. 17. & non aboletur subreptio ex consensu partis, quia non ex eo pendet, sed ex Principis voluntate. Crauetta conf. 592. num. 64. vol. 4.
- 13 Sederit ex ignorantia & facto alieno procedat subreptio, nullam reddet concessionem. cap. si super gratia. de officio deleg. in 6. Oldradus conf. 257. num. 36. Beroius vol. 1. conf. 50. num. 72. Ruinus vol. 1. conf. 21. numero 13. & vol. 4. conf. 98. num. 14. Tiberius Decianus vol. 1. conf. 18. num. 379. Capicius decis. 32. num. 13. Neuzanus inter consilia Bruni conf. 12. Menochius & Bolognetus vbi proximè, d. cap. super literis, vers. si vero, vbi Abbas, num. 4. Felin. & Decius num. 8. cap. constitutus, vbi idem Abbas, num. 1. de rescriptis. Francus in cap. si eo tempore, num. 4. de rescriptis. in 6. Corneus vol. 2. conf. 227. num. 9. Tiraquellus tractat. Cessante causa 1. part. num. 116. Sanchez d. disp. 21. num. 56. Tufch. lit. O. concl. 50. Mieres d. q. 3. num. 6. Farin. 2. p. nouiss. decis. 452. n. 4.
- 14 Quia gratia non assumit vires ex narratione & petitione supplicantis, sed ex voluntate concedentis. Et quamuis ad nullitatem rescripti non differat, an per fraudem, vel ignorantiam fiat surreptio; tamen in eo differentia, nam surreptio per ignorantiam, vel simplicitatem non vitiat totum rescriptum gratiæ, sed solum eam partem, in qua subreptio facta; at verò, per dolum, vel fraudem vitiat totam gratiam, vt nulla omnino reddatur. d. cap. super literis, eis verbis, qui priori modo falsitatem expriment, vel supprimunt veritatem in sua peruersitatis pœnam, nullum ex illis, literis commodum consequatur. notarunt Olascus decis. pedemontana 142. num. 29. Puteus lib. 1. decis. 397. Mieres de maiorat. 1. part. quest. 9. numero 4. cum sequent. & alij, quos refert Thomas Sanchez dict. disputat. 21. numero 65.
- 15 Tum etiam, qui impetrat aliquid à Principe, etiam si non exprimat falsum in relatione, sed solum taceat veritatem, quam non potuit ignorare, committit dolum, & in eo esse præsumitur. Aymon Crauetta conf. 68. num. 11. Alexand. conf. 93. num. 6. vers. non obstat. lib. 6. Mascardus conclus. 1065. num. 9. Pelaez de Mieres de maioratibus 1. p. q. 9. num. 7. & meritò ideo caret impetratis. l. et si legibus 5. C. si contra ius, vel utilitatem publicam, cap. sedes 15. cum sequentibus, de rescriptis, iunctis aliis cumulatis à Mieres vbi proximè, num. 4. cum sequent.
- 16 Vnde fit, vt si facultas impetretur subreptitia, etsi in aliqua eius parte veritas exprimeretur, in totum annullatur, vt denotat verbum penitus, quo vtitur dicta lex, & si legibus, & d. cap. sedes, quod significat impetrationis totius nullitatem, vt tradit cum aliis Olascus decis. Pedemontana 142. num. 29. ex Angelo, Fulgoso, Rebuffo, Marthesilano, Socino, Tiraquello, Mantica, & pluribus Barbofa decis. 249. n. 6.
- 17 Et ideo omnes qualitates ad impetrationem debent declarari, & forma vacationis in beneficiis exprimentur, vt possit constare de omni eo quod posset mouere concedentem, vt denegat, vel concedat. capite suscep-
- ptum, de rescriptis in 6. l. ex ea 121. §. in insulam, ff. de verb. obligat. Selua de beneficiis 3. p. q. 12. num. 72. idque vt appareat si ex forma vacationis esset ius adquisitum tertio. Gomez in regula Cancellaria, de beneficiis vacantibus per obitum familia Cardinalis, q. 23. Mandosius regul. Cancellaria 19. q. 17. n. 6.
- Et quoties alteri adquisitum est ius in re quæ impetratur, semper prima gratia habet clausulas derogatorias ad sequentes. l. ult. Cod. de civil. lib. 11. & vbi est clausula derogatoria, necessariò requiritur locat. præd. expressa illius derogatio. l. si quis, in princ. de legat. 3. Ruinus lib. 1. conf. 186. num. 4. Curtius iunior conf. 174. num. 20.
- Quia Princeps non potest ius quæsitum tertio tollere sine causa. l. Titius puerum, ff. de obseq. à liber. Pinellus in rub. C. de rescind. 1. p. num. 8. Nauarr. de spolijs, §. 3. n. 3. & semper vult Princeps saluum esse ius prioris concessionis, d. l. 2. §. si quis, & §. merito, cap. quamuis, de rescriptis n. 6. cap. si propter, eodem titulo & lib. c. super eo, de officio delegati. Couarr. de sponsalibus 2. p. c. 8. n. 24. Rolandus l. 4. conf. 75. n. 12. Afflicti decis. 334. Crauetta conf. 296. n. 3.
- Idque etiam locum habet tuuc, quando duæ gratiæ impetrantur, etiam si primus, qui impetravit, in ea exequenda negligens fuerit, quia subreptio non conualefcit, cum id non pendeat nisi ex gratia Principis, non verò ex diligentia, vel negligentia primi impetrantis, & ex tempore concessionis validitas tituli & gratiæ oportet considerari. cap. constitutus 19. de rescriptis, cap. gratia, cap. si eo tempore, de rescript. in 6. Nauarrus in cap. si quando, pag. 3. & 30. de rescriptis. Mandosius reg. 18. Cancellaria q. 12. n. 15.
- Et facit doctrina Panormitani in capite capitulum, num. 3. de rescriptis, vbi etiam Felinus numero 5. vers. limita fallentiam, sequitur Grammaticus conf. 6. num. 4. vt si duæ gratiæ impetrarentur circa idem corpus, quod in iure & ab interpretibus admissum est, secundam gratiam ceteri nullam & subreptitiam, procedere vt etiam propter negligentiam impetrantis primam gratiam, secunda non conualefcit. l. quod ab initio, de reg. iuris, cap. auditis, de electione. Decius conf. 114. num. 2. & in notabili casu Aluarotus c. 1. §. Marcus, si de feud. fuer. controu. n. 7. Mandosius reg. Cancellaria 21. q. 10. n. 6. Grammaticus conf. 6. n. 4.
- Sed etiam notari oportet, omnes qualitates & clausulas quæ apponi solent, ex Curia stylo in rescriptis gratiæ exprimentas, alias vitio subreptionis rescriptum gratiæ laborabit. Felinus in d. cap. super litteris, num. 8. vbi etiam Decius num. 9. idem Felinus in cap. in nostra, num. 19. de rescript. Barth. Socinus lib. 2. conf. 164. num. 5. & conf. 169. num. 10. Lopus alleg. 89. num. 6. Afflicti decis. 116. num. 4. Menoch. d. casu 201. n. 28. & 31. Mieres d. 1. p. q. 8. n. 9. Tufchus lit. S. dicta concl. 720. n. 15. & alij, quos refert & sequitur Thomas Sanchez disp. 21. num. 19.
- Cum verò dubitetur de subreptione, si aperte in iure non expressa, iuxta quæ notauimus id dicendum iudicis arbitrio, cui commissum expendere, an Princeps non concederet, vel difficulter, & non eo modo concederet. Abbas in cap. constitutus, numero 5. de religiof. domibus, & in cap. ex conquestione, num. 4. de restit. spoliat. Felinus in cap. ceterum, num. 4. de rescript. Sanchez d. num. 19. Menochius vbi proximè, num. 29. cum seqq. Gutierrez d. cap. 15. num. 44. & 49. Couarr. d. c. 20. n. 5. Tufchus d. concl. 720. num. 15. Tiraquell. tract. Cessante causa, limit. 1. n. 15. & 18.
- Et in dubio, an subreptio per ignorantiam facta præsumi oporteat, vt voluerunt glossa in dict. c. super literis, verb. priori modo, & relati à Mieres de maiorat. 1. p. q. 8. n. 18. & q. 9. num. 7. Vel per dolum, vt notarunt Baldus

Baldus lib. 3. conf. 335. & lib. 5. conf. 326. alij, quos refert Tuschus dict. conclus. 720. numero 18. id tamen etiam iudicis arbitrium aestimavit, & ex coniecturis perpendit, an impetrans obrepserit Principi per ignorantiam, vel per dolum, Tuschus ubi proxime, numero fin. Sancius dict. disputat. 21. num. 68. ubi plures refert, & quando subreptio consideratur ex facto proprio, aut ex aliis causis, quas non potuit impetrans ignorare, tunc per dolum & fraudem subreptio commissa praesumi oportet. Alexand. lib. 6. conf. 93. numero 6. Mascard. de probat. conclus. 1065. numero 9. Crauetta conf. 68. numero 14. Mieres d. quast. 9. num. 6. Sanchez d. n. 68.

25 Denique circa probationem subreptionis, etsi regulariter ei qui allegat incumbat onus probandi, tamen limitatur quando subreptio consistit in expressione falsi, quia semper impetrans gratiam, tenetur probare narrata fuisse vera, ut post Ananiam in cap. 1. de litis contestatione, lib. 6. notavit Abbas lib. 2. conf. 70. numero 2. Bellamera conf. 24. numero 20. Tuschus lit. S. conclus. 721. num. 2. & 3. aut quoties qui allegat subreptionem, habet pro se iuris praesumptionem, quia ex ea transfert onus probandi in aduersarium. l. fin. in princip. ff. quod met. caus. l. sine possidetis 16. Cod. de probat. glossa verb. non potest, in l. cum actum, ff. de neg. gestis, & in l. 2. verb. probetur, Cod. de petit. hereditatis. Pacianus de probat. lib. 2. capite 5. numero 20. cum Alciato, Mascardus conclusion 340. num. 7. Surdus decision 75. num. 21. vel quando in titulo non continetur quod intenditur ab impetrante. Alexand. lib. 2. conf. 94. numero 3. & 4. Tuschus conclus. 721. num. 7.

26 Ex quibus cum in rescripto de quo agimus, plura omissa in narratis, & praesertim tertij praedictum non expressum, ideo rescriptum nullum debet iudicari; & ita obtinui.



ALLEGAT. XCII.

De obseruantia interpretatiua.

- 1 Consuetudo optima legum interpret. l. si de interpretatione, ff. de legibus. capite cum dilectus, de consuetudine, & numero 3. l. quadam, ff. de rebus dubijs.
- 2 Privilegiorum vis in obseruantia consistit, alias per non usum amittuntur. l. 1. ff. de nundinis. c. accedentibus, de privilegijs. l. 42. tit. 18. p. 3.
- 3 Obseruantia debet probari ab eo qui allegat.
- 4 Obseruantia probatio fieri debet specificè exprinendo actus obseruantia.
- 5 Obseruantia debet esse uniformis, aliter non procedit. l. nemo 166. §. temporaria, ff. de regul. iuris. l. quassitum, §. si quis eodem, ff. de fundo instructo. l. semper in stipulationibus 35. ff. de regul. iuris.
- 6 Obseruantia non inducitur ex actibus mera voluntatis. Facultatina non inducunt consuetudinem.
- 7 Interruptio obseruantia fit vno actu contrario.
- 8 Obseruantia interpretatiua non potest prodesse Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

- quando est contra privilegium, vel instrumentum.
- 9 Obseruantia qua est declaratio, non debet opponi, & esse contraria titulo.
 - 10 Usurpatio potius quam interpretatio dicenda privilegij obseruantia, qua ei aduersatur. c. fin. de consuetudine. l. 1. ad finem, tit. 10. lib. 5. Recop.
 - 11 Obseruantia & interpretatio tituli non procedit, nisi quando eius verba dubia sunt. Interpretatio deseruit ad dubium explicandum. l. ille, aut ille 25. §. cum in verbis, ff. de leg. 3. l. continuus 153. §. cum ita, ff. de verb. obligat. l. si quis filium 3. C. de liber. prater. l. prospexit, ff. qui & à quibus.
 - 12 Obseruantia quando res clara est, non operatur in tertij praedictum.
 - 13 Interpretatio actus pertinet ad disponentem, l. heredes palam, §. si quid post. ff. de testament. l. seruis plurium 53. §. ult. ff. de leg. 1. l. nummis 73. ff. de leg. 3. l. ex facto 17. §. si quis rogatus 1. ff. ad Trebellian. l. Neratius 152. ff. de reg. iuris.
 - 14 Privilegiorum declaratio & interpretatio pertinet ad Reges, & eorum successores. l. fin. C. de legibus. l. ex facto 43. ff. de vulgari. l. cum venissent, de iudicys. l. 4. tit. 33. p. 7. l. 27. tit. 18. p. 7.
 - 15 Obseruantia privilegij ut noceat Regi, debet induci cum eius scientia. l. 3. & 6. tit. 2. p. 1. l. 4. tit. 33. p. 4.
 - 16 Scientiam Principis qui allegat, debet eam probare. l. verius, ff. de probatio. l. quamquam, ff. ad SC. Velleian.
 - 17 Princeps non solum praesumitur ignorare factum alienum, sed etiam proprium ex multitudine negotiorum. c. cum olim 12. de re iudicat. c. veniens, de praescript.
 - 18 Ignorare factum proprium praesumitur Magistratus & homo dines ob multiplicitatem negotiorum.
 - 29 Principis scientia, quia ex ea inducitur iuris remissio, probanda specificè, cum suis qualitatibus. l. de his, ff. de transact. l. 1. §. 1. ff. quemadmodum testam. aperiuntur.
 - 20 Scientia ministrorum Regis ad praesumptionem debet esse eorum, per quos actus geritur.
 - 21 Scientia officialium & Ministrorum Regi non nocet. l. fin. ff. uti possidetis. l. quod vulgo, ff. de pro emptore.
 - 22 Principis scientia praesumpta ei non nocet.
 - 23 Obseruantia interpretatiua quod tempus requirat, remissive.

*Obseruantia & consuetudo interpretatiua
ad Regum donationes quomodo ad-
mittenda, & quid
operetur?*

1 **Q**UEMADMODUM in legum interpretatione plurimum valet vsus & consuetudo quæ legem confirmat. *l. si de interpretatione, ff. de legibus, cap. cum dilectus, de consuetudine, leg. quadam, ff. de rebus dubijs Crauetta conf. 228. num. 11. Gabr. lib. 2. co. f. 66. n. 4. & conf. 76. n. 16. Mantica de contract. lib. 2. tit. 1. n. 4. & tit. 7. n. 20.*

2 Ita etiam similiter in priuilegijs, imò potiùs tota priuilegiorum vis & ius in eorum vsu & obseruantia consistit, aliàs enim nullius momenti redduntur. *l. 1. ff. de nundinis, vbi communiter notatur. l. 42. tit. 18. p. 3. cap. accedentibus, de priuilegijs. Rota per Crescentium decis. 4. de priuilegijs. n. 2. & decis. 67. num. 3. Menoch. conf. 65. n. 4. Hondedeus lib. 1. conf. 4. num. 19. Suarez de legibus, c. 34. n. 24. adde quæ latissimè de obseruantia vi ad omnes dispositiones, pluribus latè notauit D. Castillo tom. 5. quotidianarum, c. 93. §. 7. n. 2.*

3 Verum tamen, vt in certis regulis & conclusionibus comprehendamus, animaduertendum est.

Primo vsus & obseruantiam debere specificè probari ab eo, qui in ea fundatur. *l. 1. in iuncta glossa verb. probatis, C. qua sit longa consuetudo. Bart. in l. 2. num. 29. in fine. C. eodem tit. cap. cum dilectus 8. vers. ceterum, de consuetudine, vbi Baldus num. 7. Iason in l. cum prolatis, num. 6. ff. de re iudicata. Decius consil. 483. num. 28. Tiberius Decianus responsio 51. num. 12. vol. 2. Mascardus plures allegans concl. 423. num. 20. & 26. Petrus Surdus conf. 313. num. 12. vol. 3. Alexander Ludouif. decis. 162. num. 1. Hercules Marefcotus lib. 2. variarum cap. 102. num. 2. nam quamuis priuilegium semper præsumitur obseruatum, nisi contrarium probetur, c. accedentibus, ibi, quod si in probatione defecerint, de priuilegijs. Rota per Crescentium vbi proxime. Menochius d. conf. 95. Hondedeus vbi supra. Gregorius Lopez in l. 42. tit. 18. part. 3. glossa 1. ad finem. Ioannes Garcia de nobilitate gloss. 6. num. 35. Fontanella de pactis nuptialibus, claus. 3. gloss. 2. num. 21. tamen si qui exhibet priuilegium, simul obseruantiam allegauerit, probare debet, quasi id necessarium sit ad priuilegij valorem, ex prædictis, & facit l. 42. tit. 18. p. 3. vbi ad priuilegiorum valorem & substantiam requiritur eorum vsus per decem annos, aliàs amittuntur priuilegia. Gregorius Lopez in d. l. 42. verb. facta diez anos. l. 1. ff. de nundinis, l. 3. tit. 7. part. 2. Ioannes Garcia de nobilitate gloss. 6. num. 38.*

4 Secundo hæc probatio fieri debet in specifica forma exprimendo casus, in quibus obseruatum priuilegium aliàs non sufficeret, ex traditis à Panormitano in cap. 2. in fine, de censibus. Felinus in cap. cum Bertoldus, num. 26. de re iudicata. Natta conf. 575. num. 15. Menochius conf. 54. num. 37. Suid. conf. 354. num. 26. Carol. Ruinas lib. 5. conf. 104. num. 15. Aymon Crauet. conf. 197. n. 12. Tusch. practic. lit. C. concl. 878. n. 2. vbi probat consuetudinem interpretatiuam in specie probandam, aliàs nihil prodesse. D. Alexander Ludouif. decis. 162. num. 4. ibi, & vbi etiam ageretur de consuetudine interpretatiua & obseruantia, adhuc illa probari deberet, in casu speciali de quo queritur, idem Dominus Ludouifius decis. 451. n. 7. Rota diuers. sacri Palatii 2

p. decis. 294. n. 4. & 8. Coccinus decis. 132. n. 4. Farinacius lib. 1. criminalium decis. 103. num. 4. & in nouissimis 2. p. decis. 120. n. 2. Stephanus Gratianus tom. 1. disceptationum c. 79. n. 10.

Tertio inde prouenit, vt quoties obseruantia fuit varia & difformis non possit aliquatenus prodesse, arg. *l. nemo 166. §. temporaria, ff. de reg. iuris. Bartol. in l. 2. n. 22. ff. solut. matrimonio. Aymon Crauetta consil. 313. n. 4. Philippus Decius consil. 8. n. 4. vers. 2. quia, vt narratur, Pert. Surd. conf. 393. n. 22. ex alijs Farinac. decis. 45. num. 4. in nouiss. 1. p. Hercules Marefcot. lib. 2. variar. cap. 102. num. 6. Camillus Borrellus in summa decisionum, tit. 13. n. 28. D. Alexand. Ludouifius d. decis. 162. n. 8. & 9. vbi Oliuet. num. 25. facit l. quæsitum 12. §. si quis ff. de fundo instructo, l. semper in stipulationibus 35. ff. de reg. iuris, ex Roderico Suarez, Alexandro, Farinacio, Parladoro, Rotæ decisionibus, Baldo, Rolando & alijs, probauit Additio ad Molinam de primogenijs lib. 2. cap. 6. num. 57. vers. qua retenta. addenda quæ ex Alexandro, Baldo, Fulgofio, Signorolo, Mandello, Graffo, Natta & alijs pluribus latè de obseruantia subsequuta D. Castillo tom. 5. c. 93. §. 7.*

6 Quarto, quia non debet referri consuetudo, vel obseruantia ad actus meræ voluntatis, quippe in eis non proderit, quia consuetudo restrictiua liberæ facultatis, non inducitur ex actibus facultatiuis. Philippus Decius conf. 8. num. 4. vers. quarto & ultimo, & conf. 175. sub num. 6. vers. Præterea, licet Abbas in capite ex parte Hastenen. num. 7. de concess. præbenda, & in capite Abbate, numero 9. & 10. de verb. significat. Petrus Surd. conf. 127. num. 23. & 81. & sequent. D. Ludouif. d. decis. 162. num. 10. vbi Oliuet. d. numero 15. vers. ex actibus facultatiuis, adde quæ notantur Paulus de Castro, Aymon Crauetta, Balbus, D. Couarruias, Capicius, Neuianus, Bertrandus, Natta, Guido Papæ, Franciscus Marcus, Menochius, Rolandus, Gratianus, Ioan. Garcia. Thesaurus, Tuschus & alij plures, quos refert D. Castillo de Tertijs, c. 32. num. 2. & per totum cap. de rebus facultatiuis, latè agit.

7 Quinto ad consuetudinis & obseruantia interruptionem vnum tantum actum contrarium sufficere, probauit doctrina Bart. in l. semper in stipulationibus, in fine, vbi Cagnolus num. 12. ff. de reg. iuris, quam sequantur Augustinus Beroius conf. 5. num. 23. lib. 1. Petrus Surdus d. consil. 393. num. 24. ibi, Quinimo vbi vnicus actus probatur contra allegatam consuetudinem, tunc constat consuetudinem non stare. D. Alex. Ludouif. dicta decis. 162. num. 9. vbi Oliuet. num. 15. in illis verbis, Quod procedit etiam si mille actus ad inducendam essent gesti: nam vnicus solus actus contrarius, vel difformis, illam interrumpit.

8 Sexto tunc poterit solum obseruantia locum habere, quando conuenit cum priuilegio ipso, & eius instrumento, aliàs enim si aduersetur concessioni, non consuetudo interpretatiua, sed vsurpatio dicenda est: nec tam obseruantia dicenda, quàm improba introductio, & diuersus vsus, qui non potest interpretationem præbere, vt ex Aretino conf. 115. num. 2. sepius tenuit, & adnotauit, Rota Romana, vt constat ex decis. 47. num. 26. p. 2. diuers. sacri Palatii, & ex Farinac. decis. 136. n. 10. in illis verbis, Obseruantia namque interpretatiua esset, per quam contenta in indulto effectuantur, non vero illa, per quam aliud diuersum, aut contrarium induceretur, hoc enim non esset interpretari indultum, sed contra illius dispositionem inducere, & tunc non diceretur vsus, sed contrarius vsus, quod non potest seruire pro interpretatione. Et rursus ibi, Vnde Rota coram eodem Cantuccio in prædicta causa Perusina dixit non posse fieri vim in obseruantia interpretatiua cuiusdam instrumenti, quia illi erat contraria,

& ex eodem Farinacio *decif. 196. num. 7. in nouiff. 1. p. vbi etiam addit, talem obseruantiam contrauentionem potius esse, quam obseruantiam.* D. Alexand. Ludouihus *decif. 184. num. 9. ibi, Et sub pratextu obseruantia non potest aliquid pretendi contra formam & dispositionem statuti Bertrandi.*

9 Nam obseruantia tunc locum obtinet, & habet virtutem & effectum declarandi, quando non fuit contraria, vel diuersa, sed iuxta tenorem, verba, & dispositionem tituli, vt notabiliter tradit Aymon *conf. 373. num. 8. lib. 3. & conf. 674. num. 11. & seq. lib. 4. vbi saepe repetit & praesupponit hoc principium, nam in numero 11. tradit. Secundo vitia omnia quaecumque in scriptura obiciuntur, obseruatio in sequuta per tempus vetustissimum diluit, quandoquidem secundum formam ipsius primogenitura vsus ipse sequutus perpetuaque est, tam ex parte domini Rochonesi, quam subditorum eius rogatu, quorum constitutum ius primogenitura & obseruatio plane ad formam scripturae minus solennis fidem eius confirmat. & postea in numero 12. idem reperit, & super ipso principio & praesupposito, subdit eis verbis, Tertio respondetur, non modo obseruationem ad formam instrumenti, seu scripturae primogeniturae interuenisse, &c. Rota diuers. p. 1. *decif. 598. num. 5. in illis verbis. Nam ultra quod sumus in antiquis centum annorum, habemus executionem & obseruantiam dicta concessionis.* Ioannes Baptista Coccinus *decif. 128. num. 8. ibi, Et de hac quidem obseruantia satis docetur, quia semper in Ecclesia fuerunt Canonici regulares iuxta tenorem instrumenti.* Stephanus Gratianus *disceptat. forensium. tom. 3. cap. 577. n. 34. vbi sequentia subdit. Stante praesertim obseruantia eiusdem donationis, per quam tollitur omnis defectus, cum etiam instrumentum minus solenne fidem faciat, quod iuxta illius tenorem fuit obseruatum. idemque sentit & praesupponit Oliuer. in annotat. ad D. Alex. Ludouih. *decif. 469. littera B.***

10 Alias enim facile esset Principis priuilegia fundare, eis contraueniendo, & postea ex obseruantia & abusu velle desumere interpretationem, quod magis est priuilegium infringere, quam interpretari, arg. *cap. fin. de consuetudine, faciunt tradita per Oldrad. conf. 230. in fine, Castrensis lib. 2. conf. 214. vers. ista interpretationes; & declaratio & interpretatio voluntatis Principis, qui priuilegium concessit, non procedit quando non potest comprehendere eam l. 1. in fine, tit. 19. lib. 5. Recopil. Velasquez de Auendaño in l. 41. Tauri, gloss. 1. n. 4. Gutier. lib. 3. *practicar. g. 62. num. 31. & 32. & iuxta illorum sententiam in hoc casu nec quadragenaria interpretatio admittenda, & impossibile esse hanc interpretationem per modum declarationis admitti, notauit Bald. vol. 5. conf. 212.**

11 Septimo inde fit, vt nullo modo haec obseruantia, vel consuetudo interpretatiua procedat, nisi quando priuilegij, aut tituli verba dubia sunt, quia ad dubium explicandum deseruit interpretatio, alias non necessaria, quia cum in verbis nulla est ambiguitas, nulla admittitur quaestio voluntatis. *l. ille, aut ille 25. §. cum in verbis, ff. de legat. 3. l. continuus 153. §. cum ita, ff. de verb. obligat. l. si quis filium 3. C. de liberis praeteritis, docuit Bart. in l. neque, num. 2. ff. de legibus. Castrensis in l. heredes palam, §. si quid post, num. 4. ff. de testam. & conf. 340. num. 1. lib. 1. Decius *confil. 49. num. 1. vers. & si dicatur. Becius conf. 3. n. 44. Surdus conf. 393. num. 25. & conf. 427. num. 44. vol. 3. Gratian. disceptat. forens. tom. 4. c. 713. n. 36. & c. 745. n. 80. lib. 3. Farinacius *decif. 45. n. 5. & decif. 136. num. 9. & decif. 196. n. 7. in nouiff. p. 1. & decif. 126. num. 3. & decif. 216. num. 4. in 2. p. nouiff. D. Alexand. Ludouih. *decif. 184. num. 5. & 8. & inde alibi interpretatus sum l. prospexi, ff. qui & a quibus, vt****

ideo Iurifconsultus dititiam eius non leniret, quia ita verba scripta erant, nec interpretatio est contra mentem, sed ex mente, vide quae notauit in *decifio Grandensisibus 1. p. disp. 40. n. 49.*

Ac perinde, quando declaratio & obseruantia, procedit in recerta, & clara, nihil operatur in tertij praedictum, nec adimit ius quaesitum ante obseruantiam, nec in medio tempore. Paulus de Castro *in dict. §. si quid, post numero 4. & conf. 338. ad finem, lib. 1. Crauetta *confil. 282. num. 6. versio. Tertio respondeo, Decius *confil. 114. num. 4. Franciscus Becius dicto *confil. 3. num. 44. Petrus Surdus *confil. 192. numero 31. lib. 2. & decif. 29. numero 6. & 7. Franciscus Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 15. num. 9. D. Alex Ludouih. *decif. 375. n. 10.******

Octauo notandum est, obseruantiam praedictam, & consuetudinem interpretatiuam, non pertinere ad eos, qui vsurpationem intendunt, sed ad Principem, qui concessit, quia generale est dubiam donationem & scripturam maioratum, & quemlibet actum huius qualitatis, debere semper declarari a disponente, ad quem peculiariter pertinet. *l. heredes palam 21. §. si quid post. ff. de testamentis. l. seruus plurium 53. §. ultimo, ff. de legatis 1. l. nummis 73. ff. de legat. 3. l. ex facto 17. §. si quis rogatus 1. ff. ad Trebellianum. l. Neratius 152. ff. de regulis iuris. Philippus Decius *confil. 51. n. 3. Boerius *decif. 172. n. 22. in fine. Simon de Prætis in interpretatione ultim. voluntatum, lib. 1. dubio 3. fol. 5. num. 1. cum seqq. Franciscus Mantica de coniecturis ultim. voluntatum, lib. 3. tit. 1. num. 1. Mieres de maiorat. 1. part. g. 44. num. 89. Cardin. Tuschus *lit. D. concl. 92. & lit. I. concl. 329. per totam.****

Ex quo prouenit titulorum & priuilegiorum declarationem solum ad Reges & eorum successores pertinere. *l. fin. C. de legibus, l. ex facto 43. ff. de vulgari, capite cum venissent, vbi Doctores, de iudicijs, l. 4. tit. 33. p. 7. & facit l. 27. tit. 18. p. 3. vbi statuens quis debeat priuilegij dubium declarare, tradit eis verbis. Oude dezimos, que priuilegio de denadio de el Rey non le debe ninguno Luzgar si no el mismo o los otros que Reinaren despues del, quam praeter Gregor. Lopez ibi, verb. gratia, late interpretantur Burgos de Paz in proemio legum Tauri. num. 336. cum seq. Ioannes Garcia de nobilitate, gloss. 1. §. 1. n. 1. cum seq. Ioannes Gutierrez *practicarum lib. 3. g. 28. per totam.**

Nono haec obseruantia & consuetudo interpretatiua vt possit locum habere, debet induci cum scientia & notitia Principis, quoties agitur de eius praedictio, vt per glossam *verb. statum, in capite, constitutionem, de verb. significatione. lib. 5. tradit Baldus vol. 3. confil. 401. num. 4. Castrensis lib. 3. confil. 256. numero 4. Tiberius Decianus *responsio 51. numero 114. & licet non sit ad Principis praedictum, sed ad derogationem iuris, aut legis anterioris, requiritur scientia Regis. l. 3. vbi Gregorius *verb. consintendolo. l. 6. tit. 2. part. 1. Mieres de maiorat. 1. part. quest. 62. numero 42. cum seqq. & maxime hoc procedi, quando agitur de interpretatione priuilegij & concessione Regis: l. 4. tit. 33. part. 4. facit l. 2. Cod. de seruitutibus. iunctis quae ex Bartolo, Abbate, Ripa, Iafone, Ruino, Crauetta, Parisio, Balbo, Capicio, & alijs pluribus id confirmans tradit Menochius *lib. 2. de arbitrar. cent. 2. casu 161. per totum.****

Sed & qui hanc scientiam allegat, debet eam specificè probare. Bartol. *in l. omnes, num. 2. C. de agricolis & censitis, lib. 11. alij plures quos referunt Surdus *conf. 395. num. 23. Mascardus de probat. conclus. 78. num. 8. Gratianus *disceptat. forens. tom. 4. cap. 758. numero 9. Menoch. lib. 6. praesumptione 24. numero 52. Sixtinus de Regalibus, lib. 1. cap. 5. num. 161. idque nam cum factum***

factum alienum respiciat, non præsumitur. *l. verius 21. ff. de probat. l. quamquam 17. ff. ad Velleianum*, cum multis quos refert Gratianus *discept. forens. tom. 2. cap. 264. num. 16.*

- 17 Quod planius procedit in Principe, quem præsumitur non tantum ignorare factum alienum, sed etiam proprium ex magna copia & multiplicitate negotiorum, & rectè Petr. Anchar. *in cap. 1. n. 5. de constit. lib. 6. Panormitanus lib. 2. consil. 20. num. 2.* alij quos refert Tusch. *lit. 1. conclus. 15. per totam*, & probatur expressè *c. cum olim 12. de re iudic.* vbi traditur esse subreptitiam collationem beneficij, factam à Pontifice contra eius decretum, nisi illud non exprimat, quia præsumitur eius immemor, & hac ratione fundatur ad omnibus recepta conclusio, secundam gratiam Principis haberi pro subreptitia, quando in ea non fuerit facta mentio primæ. *cap. veniens 19. cum ibi notatis, de præscript. Menoch. lib. 6. præsumpt. 40. n. 1. cum seq. Georgius Accacius de privilegiis, lib. 2. capit. 5. à numero 58. Greg. Lopez verb. primero, in leg. 27. tit. 28. p. 3. D. Molina de primogeniis, lib. 2. cap. 4. num. 50. & seq. Mieres de maiorat. 1. p. quest. 3. num. 100. & q. 7. num. 4. & 7.*
- 18 Sed non tantum in Principe præsumitur ignorantia sui facti, sed etiam in quibuscumque hominibus, multis negotiis occupatis, vt in iudicibus, & Magistratibus, vel in diuitibus, qui variis sunt rebus distenti ob earum multiplicatam, vt notauit Anchar. *vbi supra. Ripa in l. quod iussit, num. 47. ff. de re iudic. Socin. senior lib. 2. consil. 260. col. 2. Gozadinus cons. 9. n. 35. & 36. Paris. lib. 1. cons. 11. num. 132. Menoch. lib. 6. præsumpt. 32.*
- 19 Et cum ex prædicta scientia induci velit renunciatio iuris quod posset Principi competere, hæc non potest colligi nisi probetur scientia, non solum generalis, sed specifica, cum omnibus suis qualitatibus *l. de his 6. ff. de transact. l. 1. §. 1. ff. quemadm. testamenta aperiuntur. gloss. recepta in cap. concertationi, verb. sciuerit. de appellat. in 6. Becius consil. 37. num. 23. & cons. 111. num. 9. 17. 34. Olfacus decis. Pedem. 112. numer. 7. & decis. 176. num. 3. Peregr. de fideicommissis, art. 52. num. 21. Surd. consil. 82. num. 11. & consil. 150. in fine. & consil. 395. numer. 22. Farinac. decis. 608. num. 14. 2. part. nouissim. D. Alex. Ludouicius decis. 425. num. 5. & 6. & decis. 525. n. 8. Natta, qui loquitur in terminis priuilegij consil. 636. n. 192. cum seq.*
- 20 Quod verò pertinet ad scientiam ministrorum Regis, debet esse specifica, & eorum per quos actus geritur, vt docuit Bart. *in leg. si publicanus, §. in omnibus, num. 1. & 2. ff. de publican. & vectigal. Baldus consil. 340. num. 3. vol. 4. Tiraquellus cum multis quos refert, in tractatu de nobilitate, cap. 14. num. 3. Aymon Crauetta de antiquit. tempor. 4. part. §. absolutis, numer. 23. & seq. Menesius in l. si quas actiones, num. 56. de seruit. & aqua. Couarruias in reg. possessor. 2. p. in principio, numer. 11. Ioannes Garcia de nobilitate, gloss. 7. n. 7. vers. & licet perzinacius. Ioannes Gutierrez practicarum lib. 1. quest. 85. num. 1. & 3. optimè Rota penes Farinac. decis. 507. n. 2. in nouiss. 1. part. Ioannes Baptista Costa de facti scientia & ignorantia, inspectio 41. n. 11. & inspectio 72. n. 9. & seq.*
- 21 Denique, quia certior est contraria opinio, vt ministrorum scientia non præiudicet, aut noceat Principi, si aliàs non constat de eius scientia, quam vt veriorum amplexus est idem Bart. qui visus est sibi contrarius *in leg. 1. §. denique, numero 5. ff. de aqua pluuiæ arcend.* vbi ad præscriptionem meri & mixti imperij requirit scientiam Imperatoris præcisè, inferens inde quòd fortè nulla ciuitas Italiae potuit præscribere imperium merum, vel mixtum, quia Im-

perator multis annis retro non fuit in Italia, & in l. fin. n. 4. ibi, *Scientie & patiente eo, ad quem spectat. ff. vii possidetis. idem Bald. in l. 1. 2. lectura, n. 2. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio, & in cons. 370. num. 1. vers. Quod non videtur verum*, vbi addit quòd scientia, vel conscientia Principis non præiudicat iuri fiscali. *Iason in leg. Imperium, num. 2. ff. de iurisdict. omnium iudicum. Salicetus in leg. 2. vers. sed per præfatas. C. vectigalia noua instit. non posse. Alexand. d. cons. 84. numer. 5. citans glossam in cap. cum ad sedem. verb. interdittum, de rest. spoliat. & textum in l. quod vulgo, ff. pro emptore, vbi traditur dominum habere probabilem causam ignorandi factum Procuratoris, quem refert & sequitur Carolus Ruinus cons. 45. prope finem. vers. sed dato etiam quod decursa esset præscriptio. Marcus Antonius Natta dict. cons. 636. numero 190. & seq. Petrus Surdus cons. 270. numero 19. & 20. vbi inquit in simili, scientia autem Principis non fuit probata, nec ex eo probatur quòd consiliarij Principis sciuerint hunc esse bannitum, attempto quòd concesserant securitatem; quia respondeo quòd scientia officialium non est scientia Principis, &c. & optimè Capicius decis. 57. per totam, addens etiam pro hac opinione iudicatum in illo Senatu, quem etiam refert & sequitur Costa d. inspectio 72. num. 12. & 13.*

Cum quibus etiam sentit Cabedo *decis. 80. num. 11. 22 in 2. p.* vbi rectè addit quòd negligentia officialium Regis non nocent Regi, & in effectu idem voluit Rota penes Farinac. *d. decis. 57. num. 7. & 8.* vbi etiam admittant scientiam officialium inducere scientiam præsumptam contra Principem, negat tamen prædictam scientiam nocere Principi, aut eum aliquo iure priuare, quia ad inducendum præiudicium non est sufficiens scientia præsumpta, sed certa & euidentis est necessaria, secundum Olfacum & alios, quos refert Farinac. *vbi proximè*, & nos supra notauimus *num. 16.* specificè scientiam esse probandam. Et quando scientia Principis præsumpta ex scientia officialium noceret, id tantum quoad præscriptionem admitti posset, non verò vt ex eo renunciatio iuris sui inducatur, vt notauit Surdus *d. decis. 4. num. 6.*

Quod autem tempus requirat obseruantia interpretatiua, regulariter decem anni, qui ad consuetudinem sufficiunt, erunt necessarii, nisi in aliquibus casibus, vbi maius tempus, vel immemorabile præscriptio requirit, vt ex Bellono, Siluano, Beroio, Socino, Becio, Menochio, Peregrino, Deciano, Sixtino, Mascardo, Aymone, Purputato, Surdo & aliis pluribus distinguendo probauit Additio ad Molin. *lib. 2. capite 6. num. 57.*



ALLEGATIO XCIII.

Relatio in contrahendo ad alium contractum omnia ea, quæ non excepta, comprehendit.

- 1 Relatio non comprehendit quod separatum.
- 2 Relatio non refertur ad id quod specialem dispositionem habet.
l. doli clausula, ff. de verb. obligat. l. cum in testamento, §. qui tres, ff. de hered. instit.
- 3 Omnisum dici non potest id, de quo principaliter agitur.
- 4 Conditiones solent esse in dando vt in faciendo.
l. statu libera, §. si quis, ff. de statu liberis.

- l. si filius 33. §. 1. ff. de fideicom. libert.*
- l. si cui pro re 31. §. si sub conditione. ff. ad SC. Trebell.*
- l. si quis sub conditione 8. ff. si quis omiff. caus. 10. ff. ad SC. Trebell.*
- l. cum seruus 82. ff. de solutio.*
- 5 *Relatio censetur fieri eo modo vt congruat dispositioni facta.*
 - l. si negotium. ff. de neg. gestis.*
 - Dispositio inutilis esse non debet.*
 - l. si quando. ff. de leg. 1.*
 - Relatio influit in omnibus qualitatibus relati.*
 - l. asse toto. ff. ad l. falcid.*
- 6 *Pluralis expressio quando non potest verificari, nisi in vno, habetur pro singulari.*
 - l. 2. ff. de liber. & posthum.*
- 7 *Expressio dicitur specialis qua fit per relationem ad aliud.*
 - l. ubi autem. §. illud. ff. de verb. obligat.*
 - l. ait. Prator. §. si iudex. ff. de re iudic.*
 - l. penult. C. de sent. qua sine cert. quantitat.*
 - l. ult. C. quod cum eo.*
- 8 *Scire quem presumitur contractum, ad quem se refert.*
 - l. Titius 49. ff. de fideiussor.*
- 9 *Interpretatio in dubio contractus facienda contra eum, qui legem apertius dicere potuit & debuit.*
 - l. veteribus. ff. de pactis.*
 - l. Labeo 21. ff. de contrah. emptione.*
 - l. cum in lege. ff. eodem.*
- 10 *Contrahens videtur consentire interpretationi quam Senatus contractui dedit.*
- 11 *Verbis hoc amplius, inducitur res diuersa.*
- 12 *l. si seruus 108. ff. de legat. 1.*
 - d. l. si seruus. §. ei cui.*
- 13 *l. auia 77. ff. de condit. & demonstrat.*
- 14 *Relatione comprehensum videtur quod est in relato.*
- 15 *Observantia subsequuta, & interpretatio contractus vt constituat in possessione prescribendi, debet esse non minus quam decennij.*
 - l. sed Iulianus, alias item 7. §. proinde. ff. ad SC. Maced.*
 - cap. cum dilectus, de consuetudine.*

Conductor vectigalium cum conditionibus solitis adiecit vltra pretium conuentum conductionis, eum soluturum duo mille auros in quolibet anno ad Regni propugnacula sustinenda, finita conductione alter, qui in ea successit, cum eisdem qualitatibus & conditionibus conduxit. Questio, an ad duos mille aureos teneatur.

GABELLARIUS conductor eum non teneri dicebat, quia relatio ad alterius primi conductoris contractum solum referenda ad conditiones extrinsecas, quas adiecit, non vero ad pretium, de quo aliter conuentum, & id quod in pecunia soluere debebat, quia est quid separatum, nec potest relatione comprehendi, iuxta doctrinam Bartoli in l. Scio, §. Caio, ff. de fundo instructo. Hondedeus lib. 2. cons. 4. nu-

mero 32. & seq. Menoch. cons. 106. numero 297. & consil. 210. num. 75. D. Castillo tom. 2. controuers. capite 4. num. 31.

Præsertim cum aperte de certo pretio dando conuenerunt, nec aliquid expressum de duobus millibus aureis in quolibet anno ad propugnacula Regni soluendis, & relatio non fit ad ea, quæ specificam dispositionem habent. *l. doli clausula. ff. de verb. obligat. l. cum in testamento, §. qui tres, ff. de heredib. instit. Casanate cons. 50. n. 14.*

Veruntamen adhuc pro fisco contra gabellarium iudicandum est, quippe in prima conductione illud principaliter adiectum, quasi Regis vtilitati consulere vt duo millia aureorum ad sustinenda Regni propugnacula soluerentur; nam omne aliud quod pretium conuentum respiciebat, in eis vectigalibus quæ conducebantur, priuatis erat in redditibus annuis consignatum, & ita solum regalis Patrimonij vtilitatem respexit, quod de duobus millibus aureis soluendis in prima conductione adiectum fuerat, ac perinde quasi quod magis Regis intererat, prætermittum dici non potest, cum de eo principaliter ageretur. *Bart. in l. fideiussor. §. meminisse, ff. de legat. 1. Bald. per textum ibi in l. per diuersas, num. 3. C. mandati. Decius cons. 15. num. 6. Mascard. de probat. conclus. 1141. n. 25. 26.*

Deinde, nam eo solum defenditur gabellarius, quia non respicit conditionem solutio duorum millium aureorum, & relatio solum facta ad conditiones alterius, & prioris conductionis, quippe vltra quam post verbum conditiones, statim adiectum fuit in primo contractu, illud quod respexit ad solutionem duorum millium aureorum, etiam proprie & specificè conditio dicitur quæ respicit, vel comprehendit, vt aliquid datur, quasi in hoc casu verè nomine conditionis solutio duorum millium aureorum possit comprehendi. *l. statim libera, §. si quis, ff. de statu liberis, eis verbis, & aliàs sciendum est, eas demum conditiones ad emptorem transire, quæ sunt in dando, l. si filius 33. §. 1. ff. de fideicommissar. libert. ibi, nec refert in dando, vel faciendo, an in aliquo casu conditio consistat. l. si cui pro re 31. §. si sub conditione, ff. ad SC. Trebell. ibi, vel si in dando sit. l. si quis sub conditione 8. ff. si quis omiffa causa testam. l. cum seruus 82. ff. de solutio. & cum secundus conductor expressis aliquibus conditionibus postea generaliter se retulit, vt in suo contractu continerentur omnes, quæ in prima conditione expressæ fuerant, videntur quæ in alio contractu adiectæ in eo similiter comprehendi, vt ex Baldo, Iafone, Parisio, Hippolyto Riminaldo, Crauetta, Bertazola & aliis pluribus D. Castillo tom. 4. controuers. c. 43. per totum.*

Maximè, quia relatio censetur fieri eo modo vt congruat dispositioni factæ. *l. si negotium, ff. de negotijs gestis, vbi glossa Castrensis lib. 2. cons. 18. num. 3. & comprehendit omnia quibus potest conuenire relatio multis. Casanate cons. 53. à num. 74. vsque ad 79. & in hoc casu cum expressæ fuerint, vt diximus, aliquæ conditiones, ferè omnes reliquæ quas primus conductor adiecit, ad nihil aliud, nisi ad duorum millium aureorum solutionem potest relatio respicere, aliàs enim nihil operaretur, quod ferendum non est, ex reg. l. si quando, ff. de legat. 1. & latè traditis per Mantiam de vltimis voluntatibus lib. 3. tit. 6. per totum. Casanate cons. 4. num. 171. & consil. 10. num. 58. & 65. D. Castillo tom. 4. cap. 38. numero. 1. & sequent. & relatio influit in omnibus qualitatibus relatis. *l. asse toto, ff. ad l. falcidiam, cum vulgatis.**

Vltius, quia cum omnes conditiones secundus conductor expresserat quæ in priori conductione in eius fauorem continebantur, relatio conditionum ad solutionem duorum millium aureorum referenda, & pluralis

pluralis expressio quando non potest verificari nisi in vno, habetur pro singulari. l. 2. ff. de liberis & posthum. ibi, si modo unicus sit, vbi notant Doctores. leg. 1. de auro & argento legato. Petrus Surdus consil. 135. n. 2. & consil. 579. num. 24. Gratianus tom. 1. disceptationum, c. 26. num. 9. & tom. 5. cap. 811. num. 6. & 7. & cum Bartolo, Panormitano, Berojo, & Crauetta, idem Surdus consil. 143. num. 30.

- 7 Et idem est ac si solutio duorum millium aureorum specificè exprimeretur in secunda conductione, quia expressio dicitur specialis quæ fit per relationem ad aliud, Decius in l. certum, num. 3. ff. si certum petatur, vbi adducit l. vbi autem §. illud, de verb. obligat. l. ait Prætor. §. si index. ff. de re iudicata l. penultim. Cod. de sententiis quæ sine certa quantitate. Castrensis leg. hac consultissima. §. per nuncupationem, num. 3. Cod. de testamentis. Menoch. consil. 164. num. 31. & consil. 210. num. 31. vbi ex Bartolo, Ripa, & aliis probat idem Menoch. consil. 288. num. 10. & consil. 287. num. 8. vbi adducit l. ultimam. Cod. quod cum eo.
- 8 Rurfus, quia cum pro Rege esset prima conductio, vbi illud quod immediatè ad ipsum pertinebat pro sustinendis propugnaculis Regni expressum erat, secundus conductor qui intendit, animum habuisse illud restringendi & limitandi, debebat apertè exprimere, cum vtique ignorare non poterat, nec debuerat priorem portionem, & contractum, cuius mentionem fecerat, & ad quem se retulit, arg. l. Titius 49 ff. de fideiussoribus. l. si duo 38. ff. de acquir. hered. l. in bonorum 10. ff. de bonor. possess. cap. fin. de iniuriis, iunctis quæ notant Bald. in d. l. si duo Crauetta lib. 1. consil. 186. numero 9. Natta. consil. 49. num. 22. & consil. 114. num. 11. & 12.
- 9 Et in iure semper pactionem obscuram (si quid dubij in hoc casu emergere potest) contra illum interpretandam, qui apertius legem dicere potuit, & debuit, & quod traditur in l. veteribus. ff. de pactis, & in l. Labeo 21. l. cum in lege. ff. de contrah. empt. vt interpretatio fit faciendâ aduersus venditorè, & similiter contra locatorem id intelligendum est, quoties venditor, aut locator in culpa fuerint ne aliquid exprimeretur, & ad ipsos pertinebat exprimere: at verò quoties locator expressit, vt in nostro casu, quia ex parte Regis eius Consiliarij cum conductionem fecerunt, ad alium contractum priorem, in quo de duobus millibus aureis soluendis expressio facta retulisse videntur, tunc dicendum est non posse quod dubitatum relinqueretur, nocere locatori, aut venditori, qui quatenus in se est, expressit, sed conductor, vel emptori, qui apertius legem sibi dicere debebat, & in quocumque dubio pro locatore, & venditorè iudicandum. l. si in emptione 34. ff. de contrah. empt. ibi, quem venditor intellexerit, & iuant verba dictæ legis, veteribus, qui apertius legem dicere potuit, & quod in ea communiter notant Doctores, Bart. in l. si quis intentione ambigua, num. 21. ff. de iudiciis. Pinellus in rubrica C. de rescind. 2. part. cap. 2. num. 12. Azevedo consil. 26. num. 21. Surdus de alimentis 6. quest. 1. num. 26. & decis. 322. num. 63. Barbosa in l. si quis intentione ambigua, num. 28. ff. de iudiciis. Tiraquellus in l. si vnquam, verb. donatione largitus num. 93. C. de reuocand. donatio. Iason, Decius, Cagnolus, Felinus, Suarez, Cuiacius, Fornerius, Anton. Faber, & alij, quos retuli 2. p. decis. 74. n. 12.
- 10 Præterea suadet apertius, quia in consultatione quæ ad Regem fit cuiusque contractus, quem fecerint regalis Patrimonij Consiliarij, ibi expresserunt conuentum fuisse de duobus millibus aureis soluendis pro sustinendis propugnaculis Regni, & ideo ex parte gabellarij huius rei ignorantia allegari non oportet, & cum nihil contra expresserit, sed post consultationem

obligatus fuit, videtur ad similem consensum se retulisse, & consentire interpretationi, quam Consiliarij verbis contractus dederunt, vt Regem consulere, cum ad perfectionem & executionem contractus necessariò gabellarius consultationis & confirmationis regie scientiam haberet, ex Decio, Ruino, Rolando, Dino & aliis Menochius consil. 189. numero 10. maxime cum protestatus non esset, & consensus ex coniecturis colligi potest. Iason. Matheslanus, Ripa & alij, quos refert idem Menoch. consil. 2. num. 18. & consil. 121. num. 76.

Nec denique quæ contra obiecta pro gabellario aliquid mouebunt, & quod vltra dicebat in priori conductione, non videri vt pretium adiectam solutionem duorum millium aureorum, qui postquam principale pretium vectigalium conuentum fuit, adiecit conductor vltra pretium, hoc amplius duo millia aureorum ad propugnacula Regni se soluturum, & ideo in pretio illorum solutionem comprehendendi non potuisse, quippe id potius pro nostra sententia valde vtiget; non enim admittimus duorum millium aureorum solutionem esse pretium, quia tunc cum in pretio non exprimeretur, non posset comprehendendi, sed asserimus esse conditionem quandam separatam à pretio, vt denotat quod nuper diximus dissimiliter applicare, quia omne pretium conductionis vectigalium eis soluendum, qui annuos redditus in eis vectigalibus habebant consignatos; tamen ad Regni propugnacula alia summa duorum millium aureorum destinata fuit.

Et vltra suadet verbum hoc amplius, cum vltra pretium pacifcerentur, & denotat dispositionem separatam, & vltra plura quæ possent notari, expendo l. si seruus 108 ff. de leg. 1. vbi cum diceret testator, amplius quam Titio legauit, heres Seio decem dato, tradit Iurifconsultus Seio non deberi decem simul cum eo quod Titio legatum fuit, sed solum decem, quia non iungitur hæc dispositio cum alia sed quid separatim constituit, & melius exprimitur in §. si ei cui, d. l. si seruus, nota eius verba, ibi, Si ei cui nihil legatum est, cum hac adiectione, hoc amplius aliquid legetur, minime dubitandum est quin id quod ita legauerit, debeat, multoque minus dubitandum, si ab eo nihil mihi debet, ita stipulatus fuero, amplius quam mihi debes, decem dare spondes, quin decem debeantur.

Ex quo apparet tam in contractibus, quam in vltimis dispositionibus verbum illud amplius separatim quid constituere, cum etiam si nihil legato primo comprehenderetur, aut contractu quasi separatis dispositionibus quod amplius relinquitur, vel promittitur, debetur, quibus addenda sunt quæ communiter notant Doctores in l. auia 77. ff. de condit. & demonstrat. an ex illa adiectione, hoc amplius, qualitates & conditiones alterius dispositionis repetitæ videantur, quo dubio manifestè insinuetur diuersum & separatim ex ea clausula, hoc amplius, induci.

Vnde fit, vt cum haberi pro pretio non possit, prædicta solutio duorum millium aureorum necessariò ad qualitates, vel conditiones contractus referenda, ac perinde necessariò comprehendendi debet in relatione conditionum primæ conductionis, vt prædiximus, & simul inde excluditur quod supra n. 10. obiectum fuit, relationem intelligi non posse circa pretium in quo specialiter prouisum fuit, ex d. l. doli clausula, quia cum pretium existimari non possit, solutio duorum millium aureorum, non fuit specialiter de ea cautum, vt à relatione excludatur, imò potius (vt notauimus) videatur expresse de eo caueri quando fit per relationem ad aliud.

Multo minus etiam obstabit in tribus primis annis conductionis à gabellario duos mille aureos non fuisse exactos, quasi obseruantia subsequuta, & interpretatione

tatione contra etus, id non fuisse comprehensum, possit defendi, arg. l. sed Iulianus, aliàs item 7. §. proinde 17. ff. ad SC. Maced. Becius conf. 101. num. 49. Surdus conf. 224. n. 7. Menoch. conf. 49. num. 20. & conf. 122. n. 50. quia nihil ad rem facit cum obseruantia & interpretatio, ut constituat in possessione ad præscribendum, vel inducat consuetudinem longioris temporis, quam trium annorum, & ad minus decennij esset debet. cap. cum dilectus, ubi communiter notant Doctores, de consuetudine, & in. l. si de interpretatione. ff. de legibus. Castrenf. lib. 2. conf. 246. num. 2. Bald. lib. 3. conf. 245. Cephalus conf. 347. num. 32. Decius conf. 283. numero 71. Crauetta conf. 101. num. 3. Beroius lib. 1. conf. 81. num. 10. Cumanus conf. 162. Natta conf. 403. numero 28. & valde difsonum est, quia tribus annis non soluit conductor eam quantitatem, quando vsque ad decennium, quo tempore regulariter vectigalia locantur, non solet ratio debiti in consilio regalis Patrimonij haberi, & reliquorum computationem fieri, inde velle ius acquirere contra conuentionem, quo nihil absurdius; & ita obtinui.



ALLEGATIO XCIV.

Renunciatio officij quod ex sua natura non est renunciabile, non acquiritur, etsi aliquando renuncietur.

- 1 Consuetudinis effectus in munerum renunciatione.
- 2 Officia qua habent connexam iurisdictionem ex sua natura, non possunt renunciari.
- 3 Principis permissio ut aliud facultatiue fiat, non constituit ius consuetudinis possessionis, aut præscriptionis.
l. qui iure familiaritatis, ff. de acquir. possess.
Iura incorporalia ex suo actu constituntur quasi possessionem.
l. 1. §. item quasitum, ff. de aqua quot. & estiu.
- 4 Consuetudo improbata non prodest.
- 5 Vita hominis longior centum annorum testis ut capax testimonij ferendi debet habere quatuordecim annos.
- 6 Facultatiua ius non præstant.
l. viam publicam, ff. de via publica.
- 7 Facultatis que sunt, nullo tempore præscribuntur.
l. 1. ff. quemadmodum seruit. amitt.
- 8 Voluntarius actus ut ad necessitatem reducatur, requiritur tempus immemorabile.
- 9 Consuetudo non inducenda ex actibus difformibus.
- 10 Vendita rei qualitas ex pretio colligitur.
- 11 Interpretatio sumenda, ut res data æquiualeat acceptis.
- 12 Ecclesiastica res non possunt alienari, nec dari in feudum.
c. nulli, de rebus Ecclesie.
c. 1. tit. qui feudum dare poss. in vsibus feud.
c. 2. de feudis.
Ecclesia res in quibus est consuetudo ut infeudentur, possunt infeudari.
- 13 Ecclesie bona que solita infeudari, si ad mensam Ecclesie redierint, amittunt naturam infeudationis.

- 14 Incorporatio in Ecclesia facta censetur quando expressè fit à Pralato, vel in libris Ecclesie ut incorporata scribitur.
l. si quando. C. de bonis vacantibus.
- 15 l. si quis ades 29. ff. de seruit. urb. prædior.
l. 17. tit. 31. p. 3.
l. 2. tit. 4. p. 3.
l. 1. tit. 29. lib. 3. Recop.
c. cum dilectus. de consuetudine.
c. Abbate sancti Siluani, de verb. significat.
- 16 Feudum ad dominum deuolutum etsi iterum eidem persona concedatur, non erit feudum antiquum, sed nouum.
c. 1. tit. quid iuris si post alienationem feudi, in vsibus feudorum.
- 17 Feudum nouum censetur quando post refutationem domino factam, alia persona est inuestita.
- 18 Feudi qualitates non reperuntur, nisi expressè exprimentur.
- 19 Feudi qualitates ex titulo indicanda.
- 20 Munerum publicorum qui habent iurisdictionem, & est qualitas iusta, ut morte extinguantur.
l. fin. ff. de fideiuss. tutor.
l. cuius bonis, ff. de curator. furios.
- 21 Princeps ex verbis generalibus non vult iuri speciali derogare.
l. quesitum, §. fin. ff. de fundo instructo.
l. uxorem, §. felicissimo, ff. de leg. 3.
l. in toto iure, ff. de regul. iuris.
- 22 Clausula ut quis possideat ut prædecessores, de insta possessione accipienda.
c. qua diuersitate, de concess. præbende.
- 23 Præilegiorum confirmatio facta à Pontifice de iustis accipiendum.
c. dudum, de decimis.
c. 1. de iur. iurando in 6.
cap. sed etiam 1. tit. per quos fiat inuestitura, in feudis.
- 24 Vendita res cum pertinentiis non comprehenduntur nisi que ex natura rei sunt.
- 25 Notabilia exprimenda, aliàs neglecta.
l. item apud Labonem, §. ait prætor. ff. de iniur. expressè disposita attenditur.
l. quero, ff. de action. empt.
l. si quis mihi bona, §. sed utrum ff. de adq. hered.
- 26 Lege, vel rescripto non expressum supponere non debemus.
l. unica, §. fin. autem, C. de caducis tollend.
c. ad audientiam, de decimis.
- 27 Renunciationem officiorum admittere ex mera facultate Regis procedit.
l. 2. tit. 4. lib. 7. Recopil.
- 28 Renunciatio officiorum non admittenda, nisi quando à Principe concessa.
- 29 l. 3. tit. 4. lib. 7. Recopil.
- 30 l. 4. tit. 4. lib. 7. Recopil.
l. qui testamento 20. in principio, ff. qui testam. fac. poss. & n. 34.
l. 1. C. de sacros. Eccl.
l. ut gradatim, in principio, ff. de muner. & honor.
- 31 l. 5. tit. 4. lib. 7. Recop.
- 32 l. 6. tit. 4. lib. 7. Recop.
Legum correctio non inducenda.
l. præcipimus, C. de appellatio.
Authent. de administr. officia in sacris.
- 33 Legum correctio inducitur ex identitate rationis.
l. tam is, §. 1. ff. de donat. caus. mortis.
Authent. quas actiones.
- 34 Termini habiles supponendi.

l. si quis. §. sine. ff. de iniusto, rupto.
l. alimentorum. ff. de assignan. libert.
l. 1. §. de falcidia. ff. ad leg. falcidiam.
c. 2. de donat. inter.
c. scriptum, de electione.
Clem. 1. de iure patronatus.

De officio quod prohibetur renuntiari, an
 si à Principe renunciatio admissa sit,
 illud maneat renunciabile, pro explicatio-
 ne legis 17. tit. 3. & totius tit. 4. lib. 7.
 Recopilat.



HÆC controuersia multoties ex-
 orta fuit in Senatu regalis Pa-
 trimonij circa officia quæ di-
 cimus *Alcades de sacas*. nam
 aliquando inuenitur horum
 munerum renunciacionem fa-
 ctam, & si postea per obitum
 obtinentis noua concessio à
 Principe fieret, quo casu qui renunciacionem inten-
 dunt, allegant consuetudinem, vt ea officia renun-
 tiantur ex qua dicta l. 17. prohibitio renunciacionis
 aboleri posse intendunt ex vi & effectu consuetudinis,
 de qua in l. de quibus. ff. de legibus, & in l. 2. C. que sit
 longa consuetudo. Doctor. communiter, Gratianus
 tom. 5. discept. cap. 801. num. 12. & 13. & capite 832.
 num. 17. pluribus D. Castillo de tertijs. cap. 12. num. 36.
 maximè, quia ex toto tit. 4. lib. 7. Recop. videtur renun-
 ciatio munerum publicorum probari.

2 Sed tamen cum hæc officia ex sua natura non ad-
 mittant renunciacionem, quia continent iurisdic-
 tionem, meritò ex nullo actu renunciatio in eis locum
 habebit, quia tempore Regum Catholicorum in dict.
 l. 17. id omnino prohibetur, cum clausulis exuberanti-
 bus, quæ expressè declarant, vt constat ex dicta lege,
 col. 4. ibi, *Y de las que de aqui adelante contra el te-
 nor y disposicion de esta ley se dieren o hizieren man-
 damos que de aqui adelante no ayan fuerca ni vigor al-
 guno, & in dict. l. ad finem, ibi, Y queremos y ordenamos
 que todas y qualesquier mercedes, y facultades que de
 aqui adelante fueren hechas y dadas contra el tenor de
 esta nuestra ley y contra lo en ella contenido sea en si
 ninguno y de ningun valor aunque contengan en si qua-
 lesquier clausulas derogatorias y noobstancias, quod in-
 ficit titulum, simulque & possessionem. Castiad. de re-
 stitucionem spoliatorum, decis. 1. numero 7. Gomezius in
 reg. de triennali quest. 49. num. 3. Rota decis. 24. num. 5.
 & decis. 189. numero 4. part. 2. diuersorum. Lancellot. de
 attentatis. cap. 31. numero 92. Nicolaus Garcia de bene-
 ficij part. 5. cap. 1. num. 427. Crescentius decis. 4. tit.
 de priuilegijs, num. 5. Puteus lib. 3. decis. 180. numero 2.
 Bellamera decis. 535. num. 1. Æmilij Verallus lib. 3.
 decis. 15. numero 1. & 2. Fatinac. libro 1. Rota decis. 666.
 num. 2.*

3 Rursus, quia iuxta legem 17. ex sua natura hæc
 officia non admittunt renunciacionem, & licet ali-
 quando Princeps admisit, id tamen non constituit
 officium in quasi possessione, vt sit renuntiabile, quia
 in eius titulo & rescripto, id non exprimitur, nec con-
 ceditur, & quando ex mera facultate & voluntate
 Princeps aliquid admisit, ius non præstat nec consue-
 tudinis possessionis, aut præscriptionis, vt in l. qui iure
 familiaritatis. ff. de acquir. possessione, docet Innocent.
 cap. cum Ecclesia Suerina, num. 5. de caus. possess. Bald.
 in l. 1. num. 9. C. de seruit. statuens, vt non omnis actus

præsumatur iure seruitutis; sed illi, qui citra illud ius
 non geruntur, in quibus sufficit vnus actus ad indi-
 cendam quasi possessionem. l. 1. §. item questum. ff. de
 aqua quotidiana & æstina; secus in his, quæ plerum-
 que fiunt iure familiaritatis; in quibus requiritur pro-
 batio, quòd proprio iure fuerint facti, & tradit arbitra-
 rium iudicem ex qualitate actuum, maximèque ex
 eorum pluralitate ac alijs circumstantijs à iure appro-
 batis. Quod autem dixerat Innocent. in cap. bona el. 2.
 col. 1. de postulatio. Pralatorum, & quomodo id acci-
 piendum, notarunt Bartolus, Castrensis, Ripa, Anto-
 nius Gabriel, Crauetta, Balbus, Couarruias, Capicius,
 Natta, Neuizanus, Franciscus Marcus, Boërius, Surdus,
 & alij in numeri, quos suo more refert D. Castillo de
 tertijs cap. 32. per totum.

4 Tum etiam, quia cum dicta lex 17. tempore Regum
 Catholicorum lata fuisset, & illà improbetur omnis
 renunciatio, etiam si admitti posse, vt ius antea quæ-
 situm ad renunciacionem, & consuetudo renunciandi,
 dicta l. 17. non improbaretur, cum disponat in poste-
 rum, ibi, *De aqui adelante*, eis verbis, *Que hasta ago-
 ra no an cumplido efecto*, & alias notauimus circa ve-
 ctigalia l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. quæ in eis improbat
 immemoriam præscriptionem plures tenuisse, eã
 non improbari illam præscriptionem immemoriam,
 quæ tempore dictæ legis secundæ iam erat causata,
 & completa, etsi id non admittendum notauimus, &
 esse contra dispositionem dictæ legis allegat. 15. num. 9.
 cum seq.

5 Sed tamen quamuis contrà admitteretur in d. l. 17.
 vt consuetudo antea causata, & ius renuntiandi quæsi-
 tum, non aboleatur; tamen probari hodie non potest,
 ab hinc centum & quadraginta annis fuisset præscri-
 ptionem, & consuetudinem causatam, cum longior
 vita hominis centum annorum non excedat, vt alibi
 probauimus, l. cum proponebatur, ff. de iudicys, l. final.
 Cod. de sacrosanct. Eccles. & pluribus quos refert D.
 Lara de vita hominis, cap. 31. num. 85. & 86. & testis,
 qui deposuerit, ad minus debet quatuordecim annos
 habere, nec aliter eius testimonio credatur, quia ante
 illam ætatem capax non est iudicij vt possit testimo-
 nium ferre. §. testes autem. Inst. de testam. vbi commu-
 niter Doctores, maximè Ioan. Faber num. 1. vers. sed
 hoc fortificatur. & versic. sed cur non ita pubes. pluribus
 Farinacius de testibus quest. 58. num. 8. 12. & 13. & ferè
 per totam.

6 Sed & quicumque actus renunciacionis, qui ex in-
 strumentis exhibeantur, non possunt inducere con-
 suetudinem, quia potuit Princeps ex voluntate & fa-
 cultatiuè id permittere, idque nullum ius præstat, vt
 declarat Felinus in c. cum accessissent. num. 26. vers. limita
 secundo, & vers. sed tamen, de constitut. & nullum ius
 inde acquiritur quando procedit ex mera facultate,
 argum. l. viam publicam. vbi gloss. & Bart. ff. de via pu-
 blica. Abbas in capite ex parte, ad finem, de concessio-
 ne præbende. Felinus in cap. cum M. Ferrariensis, num. 7.
 vers. tertio declaratur, de constit. Iason in l. quominus,
 num. 28. & 29. de flumin. Balbus de præscript. q. 5. Burfa-
 tus lib. 4. const. 369. n. 77. & 78.

7 Et vt ad necessitatem reducatur quod voluntarium
 fuit, & meræ facultatis, non sufficit quodlibet tempus,
 nec consuetudo, quia inter medias renunciaciones in-
 multis casibus inuentum est hoc officium per mor-
 tem vacasse, & à Rege concessum, ex quo extinctum
 & confusum est quodcumque ius quod posset ad re-
 nuntiandum comperere, vt in l. 1. ff. quemadmodum
 seruit. amitt. Iunctis quæ ad confusionem & extin-
 ctionem Iuris notauit Bald. in l. debitori, Cod. de pactis,
 & in l. si uxor tua, num. 2. Cod. de bonis author. Iudic. possi-
 dendis.

- 8 Sed etiam, vt ad necessitatem reducatu actus voluntarius in eis, quæ sunt meræ facultatis, vt in renuntiationis à Principe admittenda, vt causari possit legitima præscriptio, est necessarium tempus immemoriale, vt tenuit Ioannes Andreas in cap. peruenit, de censibus. Bart. & Angelus, & post eos Felinus in d. cap. cum M. Ferrariensis, vers. tertia declaratio. Iason in d. leg. quominus, n. 96. de fluminibus. Balbus dict. quest. 1. vers. nisi id actum fuisset. Burlatus dict. conf. 360. num. 68. & omnes Doctores, sequuti Innocentium in cap. cum Ecclesia Surrina, de causa possessionis & proprietatis, ex coniecturis desumendum censuerunt, vtrum actus fiant ex mera facultate, vel ex debito, & in hoc casu cum Princeps expressè non concesserit renuntiationem horum munerum, licet aliquando permiserit, potius ex gratia & mera facultate concessisse videtur, vt non valeat induci contraria consuetudo, vt ex Innocentio, Abbate, Ioanne Andrea, Ancharrano, Geminiano, Bartolo, Archidiacono, Cyno, & Corneo probauit Burlatus lib. 4. conf. 360. n. 80.
- 9 Et ex aliquibus actibus difformibus consuetudo non inducenda, iuxta doctrinam Bartoli in l. 2. n. 2. solut. matrimonio. Aymon consil. 96. num. 5. & conf. 313. num. 4. Rota decis. 10. num. 6. 2. p. diuersorum. Surdus conf. 393. n. 2. nec isti actus sufficientes ad præscriptionem vbi requiritur immemorialis, nisi iam causata & perfecta exhibeatur. gloss. in l. nemo. §. temporaria, in fine, ff. de regul. iuris. Innocent. in c. auditis, n. 5. & ibi Panormitanus, n. 10. de præscript.
- 10 Deinde, quia in multis casibus circa hanc rem inuentum fuit hæc munera, in quorum titulis nulla mentio fit renuntiationis, aliquando per mortem vacasse, & aliis personis à Rege concessa, & dum aliquis, cui munus datum, viueret à Principe vt suum maneret, oblato pretio redemptum pretio quinque, aut sex millium aureorum, ex quo apparet munus non habere qualitatem perpetui & renuntiationis, quæ cum apud nos constet plusquam triginta mille aureos valere hoc munus de quo agebatur, si perpetuum esset, & ex pretij quantitate colligitur qualitas rei venditæ, & renuntiationem non concessam antea, vel perpetuitatem, gloss. in l. 1. verb. agendum, ff. de superficiebus, eis verbis, Sed qualiter dignoscetur emptor à conductore, respondeo pretium & mercis quantitas facit discretum. quam glossam sequuntur & comprobant Rolandus à Valle vol. 2. conf. 82. n. 52. Surd. conf. 243. num. 3.
- 11 Nam ea interpretatio facienda, vt res data æquiualeat acceptis. Alex. in l. diuortio. §. ob donationes, num. 7. ff. solut. matrimonio, ex Baldo, Iafone & Cagnolo Cephalus lib. 4. consil. 505. n. 2. Afflictis decis. 68. num. 2. ex Ruino & aliis Hieronym. Gabriel consil. 168. num. 30. & in re vendita expressè loquuntur Cephalus vbi proximè. Alex. lib. 5. conf. 48. num. 5. & conf. 68. num. 9. Plures quos refert Menochius lib. 3. præsumptione 73. num. 1.
- 12 Sed etiam postquam à Rege hoc officium prouisum, vel, vt diximus, redemptum fuit, videtur in regia Corona incorporari, ita vt quamuis haberet ius renuntiationis concessum (quod non erat) videatur redire ad suam naturam, ex qua hæc munera non possunt renuntiarî, & comprobatur exemplo rerum Ecclesiasticarum, nam cum ex sua primæua natura non possint alienari, nec dari in feudum, cap. nulli, cap. vt super, de rebus Ecclesie, cap. 1. qui feudum dare poss. in vsibus feud. cap. 2. de feudis, id tamen limitatur, nisi res fuerint quæ consueuerint infeudari, nam redeundo ad Ecclesiam, veniunt cum eadem natura: vt in d. cap. 2. vbi Abbas, Antonius de Butrio & Imola, Redoanus in tractatu de rebus Ecclesie non alien. quest. 7. de infeudatione rerum Ecclesie per Papam, & §. de infeudatione Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

Ecclesiastica per Prælatos pag. 356. Menoch. conf. 79. num. 20. & 21.

Verum id etiam sublimitatur, nisi Prælatus in sua mensa incorporauerit hæc bona feudalia, quæ ad Ecclesiam redierunt, quia tunc ex incorporatione manet ea qualitas, vt possint infeudari sublata, & qualibet infeudatio, quæ postea fieret, censeatur ac si esset noua alienatio earum rerum, quæ in feudum dari non possunt, vt in dict. cap. 1. & notauit Panormit. in d. cap. 2. de feudis. idem Panormitanus, Innocentius & Imola in cap. vt super, de rebus Ecclesie. Alexand. lib. 1. conf. 79. Redoanus vbi proximè. Menoch. conf. 90. n. 22.

Dubium autem est inter Doctores, quando facta incorporatio bonorum censeatur vt bona mutent qualitatem, vt alienari possint, & redeant ad pristinam naturam ne alienari, vel infeudari possint, quam quaestionem mouet Bartol. in leg. si vacantia. C. de bonis vacantibus, lib. 10. Panormitan. & Imola in dict. cap. vt super. Redoanus vbi proximè in §. sequenti, quæ & quomodo res dicatur de mensa, & Doctorum sententias refert Menoch. conf. 79. & in eo omnium concors opinio est, vt quando Prælatus proprio ore & verbis dispositiuus fecerit incorporationem, facta censeatur, vel quando rem in suis libris scripsit, quod factum est in hoc casu, nam in libris rationum Senatus Regalis Patrimonij adnotatum fuit, hoc officium ad Regem pertinere, & ideo de incorporatione dubitari non potest, argum. l. si quando, C. de bonis vacantibus. ibi, Ritè atque solemniter per Comitum rerum priuatarum, deinde per rationales incorporatio impleatur. Bartol. in d. l. si vacantia, num. 9. Abbas in d. cap. vt super, num. 10. Redoanus vbi proximè, num. 4. vbi, Sed in istis controuersis is dico esse tenendum quod vel est facta incomparatio expressè, puta quia Prælatus declarauerit velle rem esse de mensa, vel per officiales, est in libris rerum mensa descripta, aut annotata, & tunc nemini dubium quod bene potest Prælatus, si vult, bona reuersa incorporare, licet non possit bona incorporata alienare. vt supra allegato cap. 2. de feudis. plenè Menoch. d. conf. 79. num. 10. vbi inter alia antecedit hæc verba, & primam illam naturam suam perdit.

Facit etiam text. in l. si quis ades 29. Dig. de seruit. vrb. ban. pradior. vbi cauetur si dominus prædij seruitutis adquisierit dominium prædij dominantis, statim per confusionem seruitus extinguitur, quia nemini res sua seruit. Petrus Greg. lib. 4. Syntagm. Iuris, c. 23. Cepolla de seruitut. cap. 24. & si postea vendiderit fundum dominantem, venditione non transfertur ius seruitutis, nisi contra se venditor illam de nouo impouerit, quod rectè conueni huic rei, nam Princeps proprio Iure habet facultatem concedendi officia iurisdictionis, in l. 2. tit. 4. p. 3. l. 1. titulo 9. lib. 3. Recopilat. & per renuntiationem limitatur hæc facultas, & quasi in seruitutem redigitur, vt deseruiat ei in quem fit renuntiatio, & concessio muneris libera non fit, vt in c. cum dilect. de consuet. & in c. Abbate S. Siluani, de verb. significatione. Put. lib. 3. dec. 100. & quod liberam facultatem adimit seruitus, iudicatur, vt in l. 1. & ibi Bart. ff. de seruit. Innoc. in rubr. de Iure patronatus. Zepolla de seruit. cap. 1. Bellamera in pulchro casu conf. 6. num. 11. vers. modò ad propositum; ergo similiter quamuis hoc officium haberet qualitatem renuntiationis, eo ipso quòd in regia corona incorporatum fuit, ea qualitas extincta omnino fuit, & licet postea venderetur, aut donaretur alicui ea qualitas renuntiationis, non suscitaretur nisi expressè concessa fuisset, argum. dictæ legis si quis ades, cuius decisio probata est l. 17. tit. 31. part. 3.

Iuuat vltteriùs text. in cap. 1. tit. quid iuris si post alienationem feudi vasallus id recuperauerit, in vsibus

98 De renunciati. officij non renuntiabilis.

- feudorum*, vbi probatur si ad dominum feudum deuolueretur, & iterum ille feudum concesserit, etiam si eadem persona concessio facta, non habebit qualitatem feudi antiqui, quam antea habebat, sed vt noua concessio iudicatur, antiqua obliterata, & probauit Bald. in l. 1. q. 15. de rerum diuisione, ex Isernia, Præposito, Afflicto, Alexandro, & aliis Schraderus de feudis 2. p. c. 3. n. 43.
- 17 Et hoc certius procedit, quando, vt in nostro casu concessio non fuit facta eidem personæ, sed diuersæ, quia hoc officium non collatum fuit ipsi, qui antea habebat, sed alij, vt in terminis notauit Vdalticus Zasius lib. 1. consil. 13. num. 12. ibi, *Que cum vera sunt, & procedunt in vna eademque persona*; quando indubitabilis erit nouum feudum, cum non solum refutatio domino est facta per vasallum antiquum, sed etiam alia & noua persona omnino extranea est inuestita.
- 18 Idque ad nostrum casum congruè adaptabitur, iuncta sententia Rosentalis in tractat. de feudis, cap. 2. conclus. 22. eis verbis. *Vtque adeo, vt etiam si dominus in inuestitura adiiciat quod illum inuestiat de isto feudo, prout venditor, aut cedens ille hoc possederat.* & in additione tradit, vt rei natura quæ inducit nouam concessionem mutata censeatur, esse necessarium verba adiici tam generalia & præcisa, vt illud inducant, & nihil aliud possint denotare.
- 19 Et facta noua concessionem feudi antiqui quod ad dominum rediit, non reassumit qualitates, vt in eis succedant qui in primo succedere poterant, sed ex titulo iudicandum, ex Oldrado, Baldo, & Castrensi tradit Iason lib. 1. consil. 57. num. 16. maximè, quia in pluribus titulis prædictorum munerum, et si fuerint verba generalia, vt eis vtantur illi, quibus concessa, quemadmodum vbi fuerunt prædecessores illorum; tamen ad vitam munerata illi data fuerunt, ex quo videtur specialiter ad personam concessionem restringi.
- 20 Præsertim cum ea sit qualitas insita munerum iurisdictionis, vt sint temporalia, & extinguantur cum vita donatarij. l. fin. de fideiussor. tutorum. l. cuius bonis ff. de curatore furiosi. Bald. in l. 2. §. sed si quis, num. 8. C. communia de legatis. l. iudicium soluitur. ff. de iudic. l. quisquis. ff. si certum petatur. ex Cyno, Afflicto, & aliis Mastrillus lib. 1. cap. 27. per totam.
- 21 Nec verba generalia, vt munere vtatur sicut prædecessores, possunt detrahare specialibus circa modum, & loca in quibus munere quis vti potest, & clausula ordinaria est in officiis Prætorum, Senatuum & aliis, & verba specialia retinent munus in sua propria natura, vt sit ad vitam, nec posse renuntiari, nec intelligendum est Principem ex eo velle qualitatem & naturam ipsius muneris mutare. l. quasitum. §. fin. ff. de fundo instructo. l. uxorem, §. felicissimo, ff. de legat. 3. l. in toto iure, ff. de reg. iuris. & sub genere comprehenduntur species diuersæ, vt ex Deciano, Ciofio & Hondedeo probauit Gratianus 4. tom. discept. c. 7. §. 7. n. 11.
- 22 Idque melius procedit, quia semper in hoc casu à fisci patrono contra allegatum fuit, hoc munus non posse renuntiari, & qualitas quæ nomine Regis semper reiecta, non videtur verbis generalibus concedi, videlicet renunciatio, ex gloss. & Bartolo in l. si quis priore. ff. ad Trebellianum. cum adductis per Surdum consil. 58. n. 14. nam ea verba, vt possideant sicut prædecessores, intelligenda sunt de eo quod iuste habuerint, non verò si aliquando iniuste renunciationem fecerint vt argum. c. quia diuersitatem. de concess. præbenda. ibi, *Sicut recte & pacifice possidentur.* Decius in c. 1. n. 17. de confirmatione utili, vel inutili.
- 23 Quod magis locum habet, resistente iure fieri renunciationem in hoc munere, ex dict. l. 17. tit. 3. lib. 7. Recopilat. cui verba generalia non videntur derogare, quia solum comprehendere possunt iustam renun-
- tionem, & à Principe concessam, non verò ab eo prohibitam, & iniustam. cap. dudum, vbi Innocentius, de decimis. Decius in d. c. 1. n. 14. de confirmatione utili, vel inutili, & est textus in c. 1. de iurjurando in 6. ex quo Cynus, & post eum Bart. Baldus, & Angelus in l. 1. ff. de his qui sunt sui, ex eo notarunt: vt si Papa confirmat alicui Ecclesiæ omnia priuilegia, intelligitur tantum iusta confirmasse, eodem modo sub generali confirmatione feudorum, quam Imperator facit, solum vera & legitima feuda dicuntur confirmata; textus notabilis in c. sed etiam 1. vbi plenè per Bald. tit. per quos fiat inuestitura. sequitur vtunque Iason in l. omnes populi, in repetit. n. 36. de iustit. & iure.
- Et in terminis concessionis, aut quando res venditur cum pertinentiis, non comprehendi nisi quæ ex natura rei sunt, ex Dino, Baldo, Speculatore, Oldrado, Angelo, Iacobo Butrigario & Imola, tenuit Alex. in l. si sic legatum 78. n. 22. ff. de legat. 1. & additio ibi lit. A. eiusdem opinionis refert Castrensis Baldum, Franciscum Curcium, Laudensem & alios, & idem tenuit Iason in d. l. si sic legatum. §. simul. num. fin. ff. de legat. 1. & aliis relatis idem Alex. lib. 2. consil. 18. n. 5. ex Cyno & Ruino, Crauetta consil. 293. n. 5. Rolandus à Valle vol. 2. consil. 82. n. 28. & vol. 3. consil. 2. num. 12. ex Aretino, Syluestro, Aldobrandino & aliis Mantica de tacitis & ambiguis conuent. lib. 4. tit. 10. n. 5. & 6.
- Idque sine dubio procedit, quia in nulla parte rescripti & concessionis mentio fit de renunciatione, quod cum valde notabile esset, exprimendum erat, l. item apud Labeonem 15. §. ait prator. ff. de iniuriis, eis verbis. *Ea enim quæ notabiliter sunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta*; quid enim magis notabile in hoc casu, quàm renunciationem in his muneribus concedere contra eorum naturam, & iuris dispositionem, quæ resistit in d. l. 17. & arg. d. §. ait prator. notauit Oldradus consil. 185. incipit, *Thema est, veris. tertio est considerandum, magna & notabilia, nulla verborum generalitate inclusa censeari.* & Afflicto decif. 220. n. 16. tradit rescriptum generale non comprehendere renunciationem cuius erat facienda specialis mentio, nam quod expressè disponitur, id attenditur. l. quero. ff. de actionibus empt. l. si quis mihi bona. §. sed utrum. ff. de acquir. hereditate.
- Et quod in lege, vel rescripto non exprimitur, specialiter supponere, vel dicere non debemus, Baldus lib. 2. consil. 298. col. 1. Socin. lib. 3. consil. 74. num. 3. Decianus responso 13. n. 11. Surdus lib. 4. consil. 574. n. 5. & præcipuè cum eius expressio facilis sit. l. unica, §. fin. autem ad deficientis, C. de caducis tollendis. ibi, *Nam si contrarium volebat, nulla erat difficultas coniunctim ea disponere, capite ad audientiam, de decimis.* eis verbis, *Nam si intelligeremus tantummodo de noualibus, vbi ponimus de laboribus, de noualibus poneremus.* Crauetta consil. 6. n. 66. Surd. consil. 143. n. 15. & consil. 340. n. 2. & consil. 397. VVesembec in authentica nouissima, num. 36. C. de inofficioso. Decianus consil. 114. num. 15. lib. 3. Cancer. tom. 2. variar. c. 20. de legatis, ex n. 377.
- Quibus ita constitutis quæ verissima sunt, non obstant quæ contrarium in principio obiecimur; nam quoad illud de consuetudine renunciandi, ex eis, quæ prædiximus n. 7. 8. & 9. non posse consuetudinem induci, nec præscriptionem in eis, quæ ex sua voluntate & mera facultate Princeps concessit. nam quoties admittitur renunciatio ea, ex mera voluntate Regis procedit, vt traditur l. 2. tit. 4. lib. 7. Recopil.
- Nec obstat dict. tit. 4. lib. 7. Rec. in quo generaliter agit de renunciatione munerum publicorum, quippe nihil ex eo titulo læditur d. l. 17. vt officia de Alcaldes de sacas, possint renunciari, nam in toto titulo 4. non est lex aliqua quæ deroget dispositioni d. l. 17. sed in

in eo titulo agitur de officiis, quæ renuntiationem admittunt, vt Tabellionum, Decurionum, & similia, nec in toto illo titulo id censetur admittendum in officiis in quibus non procedit renuntiatio, sed prohibita, quia solum locum habebit quando in illorum concessione renuntiatio expressè conceditur, vt notauit Azeuedo in d. l. 2. ibi, *Verum tamen est quod huic legi in concessione derogatur.* idque vel ante tempus d. l. 17. admissum à D. Rege Ioanne II. & D. Rege Henrico IV. vel postea à D. Imperatore, cuius fuit l. 2. d. tit. 4. & solum tradit in officiis quæ vacauerint per mortem, vel renuntiationem, in eorum prouisionibus præferendos incolas & originarios horum Regnorum, quod supponit renuntiationem fuisse à Principe concessam, & in l. 2. potius à Rege Ioanne II. denotatur prohibitio renuntiationum, cum tunc solum permitti videatur de parentibus ad filios, & cum Regi placuerit, & loquitur in aliis officiis, in quibus expressè renuntiatio admittitur, & huic legi derogatur; vt in ea notauit Azeued. qui antiquatam tradit ex voluntate Principis, qui vt condere potuit, ita abrogare.

29 Lex verò tertia d. tit. 4. nihil ad rem facit, quia loquitur in officiis, quæ ex consuetudine generali Hispaniæ à Conciliis populorum eliguntur, de quibus late egimus supra allegatione 70. per totum.

30 Lex verò 4. d. tit. 4. edita fuit à Regibus Catholicis in Comitibus generalibus Toleti anno 1480. in quibus etiam lata fuit d. l. 17. & d. l. 4. solum disponit, vt in officiis publicis, vbi procedit renuntiatio, ea sit facienda in viginti diebus, antequam moriatur qui renunciauerit, quod quidem ultra quam non procedit in nostro casu, locum habebit datis terminis habilibus in eis muneribus in quibus renuntiatio est concessa, arg. l. qui test. 20. in princip. ff. qui testamenta facere possunt. l. 1. vbi gloss. C. de sacros. Eccl. leg. vt gradatim, in princip. ff. de muneribus, notarunt Marcus Antonius, Surdus, Carolus da Grassis, Tuschus, Menochius, Franciscus Molinus, D. Castillo, Gratianus, Nouarius, & alij, quos refert Velascus *Axiomatum iuris lit. D. num. 139 & lit. V. num. 62.* & idè in argumentum dicta lex 4. trahi non potest ad nostrum casum, in quo renuntiatio excluditur.

31 Nec lex 5. d. tit. 4. quæ sequitur, aliquid facit, nam edita fuit à D. Regina Ioanna anno 1515. & solum declarat in renuntiationibus id quod antea dixerat in d. l. 4. de muneribus publicis, vt intelligatur de decurionatibus, & officiis Tabellionum, & adicit intra triginta dies in supremo consilio Camera renuntiationem debere præsentari.

32 Lex verò sexta d. tit. 4. quæ facta est à Regibus Catholicis anno 1501. viginti post annos, quam in Curiis generalibus Toleti ediderat dict. legem 17. quæ prohibuit renuntiationem, etsi loquatur de his muneribus, quæ dicuntur *Alcaidias* non loquitur in eis quos dicimus *Alcaidias de sacas*, & valde notandum dictam legem 17. hæc munera omnino distinguere, nam cum in principio generaliter loqueretur de *Alcaidias*, postea specialiter & magis enixè prohibet renuntiationem in eis officiis, quæ dicuntur *Alcaidias de sacas*, & ideo nomen earum speciale à generali appellatione ipsa lex 17. distinguit, nec dicta lex 6. non potest intelligi, vt videatur derogare quod specialiter expressum est, & solum ad id quod generaliter de *Alcaidias* dictum fuerat, referri oportet, vt in eis correctio locum habeat, argumento leg. *pracipimus*, Cod. de appellat. ibi, *Quidquid autem hac lege specialiter non videtur expressum, id veterum legum constitutionumque regulis omnes relictum intelligant.* *Authentico de administrandis officiis in sacris, prope finem*, ibi, *Quoniam dum nihil omnino super istis innouatum sit, antiquam seruauit*
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

ma figuram, sicut etiam in alijs omnibus non nouatis, glossa in *Authentico*, vt omnes obediant iudicibus prouincie, §. si igitur verb. privilegio, collatione §. Felinus in c. causamque, n. 5. de rescriptis.

Nec id per identitatem rationis recipit extensionem, vt in *Authentico*, quas actiones, vbi glossa, C. de sacrosanct. Ecclesijs, glossa in l. tam is, §. 1. de donat. causa mortis, ibi, *Nec per subauditos intellectus debet induci legum correctio*, glossa in cap. cupientes, §. quod si per viginti. verb. petere, de electione lib. 6. tradit Iason in d. *Auth* quas actiones, num. 21.

Secundo, nam prædicta lex non disponit, vt dicta officia, vulgo *Alcaidias*, possint renunciari, sed solum assignatur terminus, vt officia quæ renunciari possunt in concilio populi, producantur, & sic debet intelligi termino habili assignato in eis, quæ ob privilegium, & legitimum titulum potuerint renūtiari, vel in admissis à nostris Regibus suo privilegio. l. qui testamento 20. ff. de testamentis, ibi, *si aliud eos nihil impediatur.* l. si quis. §. siue. ff. de iniusto, rupto, ibi, *scilicet si gradus ille valeat.* l. alimentorum, ff. de assignandis libertis, ibi, *saluo iure communi.* l. 1. §. de falcidia. ff. ad legem falcidiam ibi, *que tamen possunt locum habere*, cap. 2. de donat. inter, ibi, *& non est aliud quod obstat.* cap. scriptum, de electione, ibi, *dummodo nihil obstat.* Clement. 1. de iure patronatus, ibi, *nisi aliud canonicum obstat*, & sic qui intendit officium hoc esse renunciabile, habet contra se d. l. 17. tit. 3. lib. 7. & iuari non potest legibus tituli 4. nam disponentes super renuntiationibus terminos habiles præsupponunt, & in eis nulla lex loquitur de his officiis, vulgo *Alcaidias de sacas*.



ALLEGAT. XCV.

Officij renuntiatione falsâ probatâ, fisco officium est applicandum.

- 1 Renuntiatio officiorum debet fieri viginti diebus ante mortem renunciantis.
l. 4. tit. 4. lib. 7. Recopil.
Officia Indiarum qui renunciat, debet viuere viginti dies post renuntiationem, & intra sexaginta post mortem præsentari coram Proregibus, in cuius fauorem facta est renuntiatio.
- 2 Renuntiationem officij qua querit in tempore post mortem renunciantis, arguit eam legitimam non habere.
- 3 Renunciatio subscripta à Tabellione post mortem renunciantis, suspecta est.
- 4 Subscriptio Notarij est instrumenti essentia.
Subscriptio Notarij est approbatio eius quod instrumento continetur.
Instrumentum ex subscriptione Notarij virtutem recipit.
- 5 Tabellio qui fidem ex subscriptione facit, debet facere de presenti, non de præterito.
Subscriptio instrumenti debet apponi in eius corpore, non in margine, ne dies varietur.
- 6 Testis qui deponit non recordari interfuisse instrumentato, non probat.
Testis vnus ex illis qui requiruntur in instrumentato, defectus, illum relinquit sine solemnitate necessaria.
- 7 Testis primo dicto si variauerit, semper standum.
- 8 Testis primo dicto standum, procedit etiam si fuerit in causa summaria, secundum dictum in plenaria.

- 9 Testi aliter in secundo, quam in primo dicto deponenti, ex aliquorum sententia neutri dicto credendum.
- 10 Comparatio literarum facit semiplenam probationem.
l.comparationes.C.de fide instrum.
- 11 Declarationibus factis in articulo mortis quando credendum.
l.vlt. ad finem, C. ad legem Iuliam repetundarum.
c.literas 14. de presump.
- 12 Declarationes in articulo mortis non operari in praedictum tertij, ex aliquorum sententia procedit, quando ius tertio perfecte quaesitum ex sententia lata, aut alio modo.
- 13 Declarationi in articulo mortis que coniecturis adinuat, credendum.
- 14 Verosimilius sequendum in probationum repugnantia & conflictu.
- 15 Declarationi eius qui agit de se exonerando, non creditur.
l. quoniam liberi. ff. de testibus.
- 16 Socio criminis non creditur, nisi in criminibus exceptis.
- 17 Presumitur morientem nolle alteri praedictum & iniuriam facere.
Reus conuictus de crimine & ad mortem damnatus, si negavit delictum, non tenetur illud confiteri, ex aliquorum sententia.
- 18 Notarij cuius fama notata fides illa non est, instrumentum quod producit a persona suspecta, fidem non facit.
- 19 Coniecturis probatio fulcita praualeere debet.
- 20 Presumitur pro instrumento.
l. cum precum. C. de probation.
l. cum propria. C. si quis alteri vel sibi.
- 21 Interpretatio sumenda ut excusetur falsitas.
- 22 Instrumentum suspectum de falso, debet apertis probationibus confirmari.
l. fin. ff. quod met. caus.
Probatio dubia non prodest.
c. in praesentia, de probationibus.
l. neque natales, C. de probation.
- 23 Instrumentum quod dubium redditur, non potest dici probatio probata.
c. inter dilectos, de fide instrum.
- 24 Presumptio cessat contra verosimile.
- 25 Probatio maior qua facto ipso confirmatur.
l. fin. §. item rescripserunt. ff. ad municipalem.
- 26 Fraus arguitur ex insolitis.
- 27 Falsitas instrumenti presumitur facta ab eo, in cuius utilitatem cedit.
l. penult. C. de probat.
Presumptio Cassiana.
- 28 Instrumentum subtractum censetur ab eo, cui prodest subtractio.
Authentica Ad hoc, §. ille etiam, versic. si quis instrumentum, C. de Latin. libert. tuenda.
- 29 Probationes semiplena coniungenda ad probandam falsitatem.
l. quaro, §. seruum dupla. ff. de adilit. edict.
- 30 Probationes semiplena eiusdem speciei facilius coniungenda.
l. cum 4. §. 1. & 2. de excusat. tutor.
- 31 Probationes imperfecta coniunguntur in criminalibus qua difficilis probationis.
l. instrumenta domestica, C. de probat.
Falsitas in secreto fit.
- 32 Civilis actio non tollit criminalem.
l. unica, C. de super. ex. lib. 100.

- l. unica, C. quando civil. actio crim. prauid.
- 33 Actio civilis & criminalis concurrere possunt.
l. qui nomine 25. ff. ad legem. Cornel. de falsis.
- 34 Delicta ex quibus solum offenditur ius publicum, unam tantum ad vindictam publicam produciunt actionem.
Delicta qua ledunt ius publicum & priuatum, ut in furto & homicidio, duplicem actionem produciunt, & ius publicum, & damnum partis.
§. in summa, Instit. de iniurijs.
l. prator 7. §. 1. & §. posse, l. institutio 37. l. iniuria 45. ff. de iniurijs.
l. fin. C. eodem.
l. 21. tit. 9. p. 7.
- 35 Mixta actio dicitur qua respicit publicam vindictam, & interesse partis.
l. 57. tit. 5. lib. 2. Recop.
Senatus supremi Hispania iudicant attenda veritate.
l. 27. tit. 5. lib. 2. Recopil.
l. 10. tit. 17. lib. 4. Recop.
- 36 Probationes semiplena coniunguntur, & praesumptiu probatio sufficit in criminalibus, quando sunt difficilis probationis.
- 37 Testis qui se offert examini, suspectus est de fide.
Authentica de testibus, §. si vero ignoti.
l. qua omnia, §. 1. ff. de probat.

De falsitate renuntiationis officij quo modo probetur, vt ex illius defectu & inualiditate fisco officium sit applicandum.

N officio Indiarum quod erat maximi valoris & autoritatis, eius renuntiatio exhibita de illius veritate & validitate, inquitens inueni falsam esse, idque probati ex depositione vnius testis Tabellionis, qui deponit cum vocaretur ad praedicti officij renuntiationem faciendam, & eo praesente alteri ipse committeret scribere, inuenit decem & sex dies anteponi datam scripturam, nam cum fieret die prima Maij, dies decimaquinta Aprilis apposta in renuntiatione, & noluit subscribere nisi emendaretur, & ita emendatum fuit, & quatuor post dies renuntians mortuus fuit, cum ex nostris legibus deberet renuntiatio fieri ante viginti diebus quam moreretur renuntians. l. 4. tit. 4. lib. 7. Recopil. & in officiis Indiarum debet renuntians viuere viginti dies post renuntiationem, & intra sexaginta a tempore mortis in cuius fauorem renuntiatio, debet se ante gubernationem cum renuntiatione praesentare, vt ex schedula anni 1606. & alijs refert D. Solorzanus tom. 2. de Indiar. gubernatione, lib. 5. c. unico, n. 105. & 106.

Et huius renuntiationis factae die prima Maij tres testes deposuerunt, testes qui ei interuenerunt, sed & idem Tabellio, vt testis deponit oblatos ei mille & quingentos aureos si faceret renuntiationem quae tempore utilis & valida foret, & tres alij testes deponunt a Tabellione ipsis relatum; sed & alter Tabellio deponit post mortem illius quem officium dicitur renuntiasse, eum vocatum a consanguineo istius, qui officij renuntiationem exhibet, & ferè lachrymans ostendisse omnes renuntiationes officij, & nullam factam in tempore habili, & dixisse consanguineum quam

quancumque quantitatem daturum ei, qui conficeret renunciationem validam, & postea exhibetur renuntiatio in tempore habili, nam dominus officij obiit die quarta Maij, & renunciatio aliàs videtur facta die vigesimatercia mensis Martij, & coram Prorege præsentatio eius facta die decimaquinta mensis Maij, intra septuaginta dies, quam falsam & inuvalidam contendo, ex prædictis & sequentibus.

3 *Primo*, quia Tabellio, coram quo apparet facta hæc vltima renuntiatio, interrogatus post mortem eius quem dicitur renuntiasse de officij renuntiatione, & an coram eo facta expressè confessus non esse in tempore renunciationem coram eo confectam, de quo plures testes deponunt, & postea hic Tabellio exhibita renuntiatione prædicta testatus nunquam in vita domini officij, qui eam fecit, habuisse in suis actis renuntiationem, sed eam fuisse apud familiarem renunciantis, ex cuius manu scripta erat, & post mortem domini officij illum familiarem rogasse Tabellionem, vt renuntiationem subscriberet, & hoc etiam rogasse eum, in cuius fauorem renuntiatione apparebat facta, & Tabellionem id negasse testatum, quia cum in vita renunciantis non subscriperit post eius mortem, & tot dies subscribere non posse, nec debere; tamen precibus exoratum respondisse, à peritis velle informati, an facere posset; & cum interrogaret aliquos, de quibus Tabellio valde fidebat, & illi edicerent, rectè posse fieri informem renuntiationem, suis actis inseruit & protocollo, & subscripsit, transumptum & exemplum signatum tradidit, idque esse quod hodie exhibebatur.

4 Ex quo apparet, vt quamuis verè renuntiatione procederet; cum verò in vita renunciantis non esset à Tabellione subscripta, nullius valoris existet, quia subscriptio est instrumenti essentia, & sine illa nullum habet effectum, & ita nullum in vita renunciantis, cum tunc non subscripta producere potuit, ex traditis à Baldo *lib. 1. conf. 175. num. 2.* nam ex subscriptione inducitur approbatio eius quod instrumento continetur. Decianus *lib. 2. consil. 29. numero 30. & 31.* & instrumentum ex subscriptione Notarij virtutem recipit. Felinus *in cap. quoniam contra falsam, de probatio. Parisius lib. 1. conf. 22. num. 123.* Iaf. *in l. 1. §. 1. numero 4. ff. de acquir. possess.* Decius *in l. Imperium, numero 5. ff. de iurisd. omn. Iudic.* & sine ea instrumentum non valet. Geminianus *consil. 82. num. 4.* Tufchus *præct. lit. S. concl. 763.*

5 Et Tabellio qui ex subscriptione fidem facit, non potest de præterito date, sed de præsentis, & ideo non subscribere instrumentum post mortem eius, qui fecerat, & quinquaginta dies quo videtur confectum, & non subscriptum, ex Bartolo, Iafone, Ancharrano & Caualcano probauit Hermosilla *ad l. 2. tit. 3. part. 5. gloss. 4. numero 72.* & inde notauit Medices *de nouatio. quest. 12. numero 17.* ad valorem subscriptionis eius diem attendi, & hoc fundamento mouentur Bartolus, Baldus, Alexander, Castrensis, Angelus, Zuchardus, Ioannes Andreas & alij, quos refert Farinacius *de falsitate quest. 153. num. 107.* subscriptionem Notarij apponi debere in ipso corpore instrumenti, non verò in apostilla & margine, ne possit eius dies variari, & ipsa ratio persuadet, cum tempore subscriptionis debeat constare de voluntate renunciantis in hoc casu nullius momenti existere renuntiationem, ea subscripta post mortem eius, qui illam fecit, post quinquaginta dies à tempore quo dicitur facta.

6 *Secundo* etiam instrumenti inuvaliditas eo fundatur, quia ex tribus instrumenti testibus vnus in examine de veritate renuntiationis testatur non recordari illum adfuisse instrumenti confectio, & habere bonam memoriam, ita vt si renuntiationi interesset,

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fiscal. Pars 11.

non obliuisceretur, ex quo illius testis defectu manet instrumentum sine solemnitate necessaria, vt fidem non faciat. Boërius *decif. 118. num. 6.* Ruinus *lib. 3. conf. 8. num. 14.* Natta *conf. 95. num. 9.* Franc. Marcus *decif. 486. num. 8.* ex Innocentio, Hostien. Ioanne Andrea, Bellamera, Baldo, Castrensi, Alberico, Fulgofio, Neuzano, Mascardo, Menochio, Iosepho Ludouico, Surdo, Becio, & aliis Farinacius *de falsitate quest. 158. num. 15. & 20.* & vt tradit Sesse *2. p. decif. 118. numero 26.* solum ex testibus necessariis instrumenti vnum esse mortuum, & eos qui viuunt & defendunt instrumentum, esse amicos, vel familiares eius in cuius fauorem cedit instrumentum, nam id solum inducit præsumptionem falsitatis, vt probatur Menochius, Mascardus & alij, quos refert Sesse *d. num. 26.* & in hoc casu apparuit duos testes, qui pro renuntiatione deponebant, esse non solum amicos, sed etiam consanguineos & commensales eius, in cuius fauorem officium renuntiatum.

7 Nec obstabit quod ab eo allegabatur, hunc testem in secundo testimonio videri aliquantulum variari, & absolute non negare fuisse testem renuntiationis, quia semper in iure primo dicto testis standum est, ex doctrina Abbatis, Felini, Baldi, Zabarellæ, Albertici, Aretini, Tindari, Bossij, & communem dicit D. Couarr. & magis a communem opinionem & ab ea non recedendum, tenuerunt Ant. Gabriel. Conradus, Emanuel Suarez, Hieronymus de Monte, Iulius Clarus, Alciatus, Viuius, Menochius, Neuzanus, Rolandus, Decianus & Villalobos, quos refert & sequitur pro regula statuens Farinac. *de testibus q. 66. n. 124.*

8 Idque procedit, quamuis prima depositio facta in causa summatoria, secunda in plenaria, & rationem reddunt, quia eodem modo testis debet verum testimonium dicere in summario, vt in plenario, & notanda sunt verba Menochij *lib. 2. de arbitrar. cas. 101. num. 6.* eis verbis. *Iudex hoc casu ire magna diligentia debet, vt intelligat, an correctio ista sit verosimilis, vel non? an hic testis potuerit alloqui partem à qua subornari potuit, vel non? & an hic testis vir sit probus, vel non?* Et certum fuit in hoc casu annum transactum post primam depositionem, quando secunda facta, & multoties alloquutum testem cum eo in cuius fauorem officium renuntiatum, & illius diligentiam, & Tabellionis, cuius fides ex primo testimonio in discrimen erat & supplicium imminens potuerunt inducere testis varietatem.

9 Sed etsi prædicta non ita planè procederent, sed alia opinio admittenda, & refert Farin. *vbi proxime, n. 125.* vt neutro dicto credatur, argum. 1. qui falso, aut variè, ff. de testibus, & ex aliis iuribus & Doctoribus probat idem Farinac. *d. q. 66. n. 13.* inde solum fiscus obtinebit, quia remanet instrumentum absque solemnitate necessaria defectu testis, qui erat legitimus, & omni exceptione maior, alij verò, vt animaduertimus, erant familiares, domestici, & consanguinei eius, in cuius fauorem officium renuntiatum.

10 *Tertio* vltius, vt prædicta renuntiatione falsa censetur, facit quòd dicto trium Tabellionum comprobatur, subscriptionem renunciantis, quam dicimus firmam, videri factam cum apremio, & explicat id esse per veram subscriptionem lineis designatam falsas subscriptiones Notarij & renunciantis factas, & illas falsas iudicant, & cum in scripturis & forma scribendi isti Notarij periti existimentur, illorum dictis standum est, & similis comparatio litterarum, quia veræ subscriptiones cum falsis collatæ per se facit semipleenam probationem, ex l. comparationes, vbi Castrensis & reliqui. *C. de fide instrum. Menoch. conf. 112. num. 29.* Anton. Thesaur. *lib. 1. forensium q. 24. num. 6.*

Farinacius 1. p. *fragmento, verb. comparatio literarum, num. 45*. Fontanella *de pactis nuptial. clus. 4. gloss. 3. p. 7. n. 7.* qui alios plures referunt.

- 11 *Quarto* probatio falsitatis renuntiationis inde maxime fulcitur, quia decedens Tabellio quidam, qui lethali vulnere occisus, declaravit illum falsò prædictam renuntiationem fabricasse, ex qua tunc officium possidebatur, & Religiosum, qui illum confessus monuit, ut in testamento declarationem faceret, de quo socius Confessarij etiam testatur, & filius Tabellionis, ex cuius manu declaratio scripta fuit, & similiter alter Tabellio, coram quo instrumentum declarationis factum, ut de hoc quatuor testes simul de eodem actu contestes existant, & cum moriens falsitatis confessionem declaraverit, videtur ei credendum esse, quia nemo præsumitur immemor salutis æternæ. *l. ult. ad fin. Cod. ad leg. Jul. repetund. cap. sancimus 26. 1. quest. 7. capite literas 14. de præsumptio. eis verbis, Quamquam verosimilius videatur quòd eo tempore, quo tanquam verè penitens revertebatur ad fidem, tam grave mendacium non dixisset.* quod maxime congruit huic rei, quia nullo modo præsumi potest in articulo mortis, cum ille de salute animæ sollicitus pro conscientia exoneratione damnæ sarcire intendebat, nec in eius favorem, aut exculpationem erat, sed potius in sui damnationem falsitatem confessus tam grave mendacium diceret, & similibus declarationibus esse credendum, notarunt Doctores. *in d. l. fin. & in d. cap. literas, ex Alciato de præsumptio. regul. 3. præsumpt. 4. tradit Menoch. lib. 1. præsumpt. 5. n. 1. & 2. qui etiam num. 6. ad idem refert Baldum, Decium Calderinum, Marfilium, Butrium, & alios, & addendi, quos retulit Gloritus respons. 19. n. 64.*
- 12 Et quamvis ex Alciato & aliis, Menoch. *num. 3. ubi proxime*, teneat, ut etiam si confessio & declaratio fiat in testamento, posse censerì simulatam, & factam in articulo mortis, non operari in præiudicium tertij, cui ius acquisitum, ut ex sententia Bartoli & Alciati probat idem Menoch. *ubi proxime, numero 17.* & addendi Mascard. Cotta, Iosephus Ludovicus, Cenedus & Lessius, quos refert D. Barbosa *in collect. d. c. literas, num. 12.* nam quod tenuit Menoch. procedit quando contra declarationem iudicatum fuit, aut aliter ius perfectè quaesitum, ut exemplum proponit Menoch. *num. 18.* non verò ut in hoc casu ubi nullum ius acquisitum, illi in cuius favorem officium renuntiatum, sed solum exhibere renuntiationem falsò confectam, & illa uti velle.
- 13 Et conducit quod tradit Anton. Gomezius *in l. 83. Tauri, num. 15.* ubi interpretatur opinionem eorum, qui tenuerunt non esse credendum declarationi eius, qui in morte declaravit falsum commisisse, ut procedat quando declaratio est nuda aliis adminiculis & circumstantiis, sed quoties ex illis confessio & declaratio falsitatis cõprobat, ut plures in hoc casu suffragantur, tunc ex Bartolo, Baldo, Alberico, Salizeto, Decio & Hippolyto probat declarationi credendum, & inde tradit obtinuisse in Cancellaria Pintiana contra Doctorem Velasum, Cathedram vespertinam legum, nam cum de illa lis instirueretur, & pendente iudicio quidam scholasticus, qui grave crimen perpetraverat, capitaliter condemnatus ad furcam duceretur, declaravit eum falsò suffragium pro Doctore Velasco contra Anton. Gomezium dedisse, & cum excessus nondum esset unius suffragij, sed solum qualitatum, & subducto eo suffragio potior erat Antonius Gomezius ex prædicta declaratione, sententiã Cancellariæ ei Cathedra fuit adiudicata.
- 14 Nec prædictam fundamentum infringet quod ex opposito allegabatur, Tabellionem & Notarium, à quo videbatur facta renuntiatio, de cuius valore agitur, & scripta die vigesimatertia mensis Martij, cum moretetur, in articulo mortis declarasse, illam renuntiationem esse veram, & non falsam, & iuxta quæ notabimus credendum esse declarationi quæ in morte fieret, ideo standum ei quam fecit iste Tabellio pro veritate & validitate renuntiationis; sed tamen in his declarationibus contrariis alia Tabellionis, qui in articulo mortis testatur eum fecisse renuntiationem falsam, ex qua officium possidetur. Altera verò alius Tabellionis qui veram dicit, ex Iuris regulis interpretatio & præsumptio sumenda, cui declarationi fides adhibenda, nam in concursu & probationum repugnantia, id quod verosimilius sequi oportet, ut pluribus probavit Menoch. *lib. 5. præsumpt. 20. n. 12.*
- Conferenda igitur est prædictarum declarationum ¹⁵ verosimilitudo. ille, qui confessus ipsum fecisse declarationem falsam, sibi imputat gravissimum crimen, quod non potest præsumi, nullum facere nisi veritate compelleretur, & conscientia suæ tutela: alter verò Tabellio, coram quo apparet facta renuntiatio, de eius falsitate accusatio instituta adversus ipsum Tabellionem agit de se exonerando, & tunc declarationi, quæ facta in favorem eius, qui declaravit, credendum non est, *argum. l. quoniam liberi, & ibi Doctor. ff. de testibus, ex Alberico, Lanfranco, Francisco Curtio, Grammatico, Bossio, Campegio, Aymone, Ioanne Monacho, Hippolyto Riminaldo, Viuio, Bertazola, Cæsare de Grassis & aliis probavit Farinac. de testibus, q. 60. n. 18. cum seq. ubi num. 21. cum Panormitano, Alexandro, Corneo, Curtio iuniori, Zephalo, Mascardo & aliis probat non solum non esse credendum ei, qui agit de se exonerando, sed etiam quando solum ex sua declaratione sequi posset vitari dedecus declarantis. addendi Riccius *in decisionibus Curia 1. part. decis. 24. & in praxi aurea resolut. 310. Morla in empir. tit. 11. in præmissis numero 79.* Et cum hic Tabellio non solum prædicta declaratione, qua affirmavit veram esse renuntiationem, excusparetur ab accusatione instituta contra illum, sed vitaret notam & vituperium falsarij, manifestè prædictis Iuris dispositionibus & doctrinis comprehenditur.*
- Facit ratio, ex qua non creditur declarationi illius, ¹⁶ qui agit de se exonerando, quia tanquam socius criminis regulariter non probat, nisi in criminibus exceptis. Riccius *ubi proxime. Fachinæus lib. 9. cap. 88. Farinac. in praxi, quest. 43. numero 41. & quest. 46. num. 68. Narbona ad l. 2. gloss. 5. num. 1. & 3. cum seq. lib. 8. Recopilat. ubi refert Nouellum, Mascardum, Boërium, Decianum, Rolandum, Iulium Clarum, Maceratesem, & alios, & in hac specie, etiam si non concurrant coniectura falsitatis quæ in hoc casu intercedunt, non esse credendum Notario qui testatur scripturam traditam testatori, probavit Gratianus *tom. 5. disceptat. c. 973. n. 48.**
- Rursus harum declarationum differentia consideratur, quia ex ea quæ pertinet ad falsitatem renuntiationis, magnum præiudicium parti fit, quod non præsumendum aliquem facere velle, nec in vita, multoque minus in morte, ex notatis per text. *ibi in l. fin. C. ad l. Jul. repetund.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 5.* In alia autem quæ veram declarat, nulli præiudicium fit, imò in sui & eius, cui officium renuntiatum, favorem declaratio existit, & quamvis contra veritatem iste Tabellio declararet potuit in morte errore duci, ut quemadmodum ut testis deposuerat tempore quo renuntiatum non fait, ab illo renuntiatio subscripta, & multo postquam facta, iam mortuo renuntiante rogaretur, ut subscriberet, idque facere negasset, & tandem respondit eum velle à peritis informari, & edoceri, tandemque à peritis interrogavit, & cum dice

dicerent fieri posse, actis suis in seruit, renunciationem subscripsit, & transumptum authenticum dedit, quod facere illum non potuisse proximè probauimus, eodem errore potuit ad prædictam declarationem induci, præfertim cum esset in eius exculpationem, & iuxta opinionem Reginaldi, Nauarri, Roderici, Peregrini, Seguræ, Dauillos, & Villalobos, quos refert & sequitur Diana 3 part. trakt. 5. resol. 103. & si aliquis de crimine sit conuictus, & ad mortem damnatus, quamuis illud committeret, si negauit, non est obligatus declarare, & hic Notarius potuit ab indocto Confessario ad id induci. At verò in alio Notario, qui declarauit ipsum fabricasse falsam renunciationem, nulla causa erroris potest considerari, vt sibi tam graue facinus importaret, & magnum præiudicium tertio inferret.

18 Tum aduersus eum, qui pro veritate renunciationis declarauit de falsitate, accusatio multo antea fuerat instituta, & quando fama Notarij notata, eius fides illæsa non est, vt notatunt Mascard. de probat. concl. 740. n. 26. Natta conf. 633. n. 12. Farinac. de falsitate quest. 156. num. 154. & 155. & cum hæc renunciatio produceretur ab hoc Tabellione, iuxta quod deposuerat de modo quo suo Protocollo inseruit renunciationem, succedit doctrina vt instrumentum, quod producit a persona suspecta, fidem non faciat. Bald. lib. 5. consil. 402. num. 2 Riminaldus iunior consil. 58. num. 32. Crauetta consil. 134. n. 34. Farinac. consil. 11. n. 15. & lib. 2. conf. 109. n. 6. & 7. Menochius lib. 5. præsumpt. 20. numero. 27.

19 Deinde, quamuis etiam appareat Tabellionem, qui declarauit falsam renunciationem fecisse, falsarium esse conster sua declaratione, tamen nunquam præsumi potest contra se falsum dixisse, & in conflictu & contrariis declarationibus illa amplectenda, quæ verosimilior & fortioribus coniecturis comprobata declaratio falsitatis renunciationis quatuor testibus, qui præsentibus fuerunt, comprobatur, & alterius pro veritate solum testimonium exhibetur, quod fortassis supponi potuit, vt alia plura conficta in hoc casu, de quibus statim dicemus, & cum in tam longè distitis Indiarum Prouincijs id fieret, non facile, aut breuiter fraus deprehendi potest; sed & vrgentiores coniecturæ sunt pro falsitate & suppositione renunciationis, quas allegatione 96. sequenti expendimus.

20 Vnde non obstat eum, qui officium ipsi renunciatum intendit, habere pro se instrumentum renunciationis, cui Iuris præsumptio suffragatur. l. cum pretium, C. de probatio. leg. cum propria, C. si quis alteri, vel sibi. Roman. conf. 509. num. 25. Crauetta lib. 1. consil. 56. numero 7. Parisius lib. 2. consil. 28. num. 9. Alciat. regul. 3. præsumpt. 13. numero 13. Mascardus de probatio. conclus. 905.

21 Et semper interpretatio sumenda vt falsitas excusetur, gloss. in cap. excedens, de crim. falsi. Menoch. lib. 2. de arbitr. cas. 309. num. 10. Mascardus conclus. 745. Claudius Bacerius de excusatio. falsi. vbi plures refert, num. 61. quia id procedit quoties non probaretur falsitas contra instrumentum, vt in hoc casu, vel non essent tam vrgentes coniecturæ falsitatis, de quibus in allegatione sequenti, quia tunc præsumptio falsitatis à Iure probata pro falsitate habetur, gloss. & Doctores in l. inuermus, Cod. de probatio. addendi Decius consil. 157. numero 5. & 6. Parisius libro 2. consil. 28. numero 50. Natta conf. 633. num. 16. & relati per Surdum conf. 173. num. 6.

22 Quintò huic probationi falsitatis suffragatur, nam cum pro illa contra instrumentum sint validæ præsumptiones (quas in aliam allegationem reiecimur, quia in ea agendum, quando ex solis coniecturis falsitas probetur) sufficet ex illis dubium reddi instru-

mentum, vt pro falso habeatur, nec nisi euidentissimis probationibus id poterit excludi, argum. leg. ultim. in princ. ff. de eo quod met. caus. eis verbis. Huiusmodi præsumptioni debet apertissimas probationes violentia, opponere. & comprobatur ex traditis à Grammatico decis. 82. numer. 2. Zephalo conf. 138. numer. 15. Peregrino lib. 1. consil. 3. num. 57. Sesse de inhibitio. capit. 1. §. 10. numer. 17. D. Valenzuela conf. 57. num. 8. & cum is, qui officium sibi renunciatum intendit, debeat renunciationem probare, probatio dubia non prodest, capit. in presentia 8. vbi gloss. & Doctores de probatio. leg. neque notales 10. Cod. eodem. D. Couarr. lib. 1. variat. c. 13. num. 10.

Et in terminis quando redditur dubium instrumentum (quod in hoc casu negari non poterit, ex tot argumentis & probationibus, quæ illud debilitant) pro falso habendum notauit Menoch. lib. 1. præsumpt. 99. num. 18. ibi, Et quando subest hæc suspicio, debet Index in dubio non adhibere fidem instrumento. ita post alios respondet Albanus conf. 99. num. 7. & in specie probat textus in cap. inter dilectos, de fide instrument. eis verbis. Quoniam cum obscura sunt iura partium, consuevit contra eum, qui petitor est, iudicari. & cum Innocentio, Ioanne Andrea, Bellamera, Imola, Baldo, Felino, Zabarella, Barbatia & alijs, doctè probauit Augustinus Barbola in collectan. eius textus & in hoc Iudicio, qui officium petit, pro actore habendus, & fideus qui excipit de falsitate, pro reo. Et facit quod ex Molina & Bardaxi probauit Sesse de inhibitionibus, capit. 2. §. 2. num. 27. & 2. part. decis. 118. num. 9. vnam solam scintillam offuscare fidem instrumenti, vt non possit dici manifestum, sed dubium, nec quidem potest dici instrumentum probatio probata, quando veritas in dubium reuocatur, vt ex Decio, Ruino, Iafone, Ancharano, Butrio, Socino, Fulgoso, Zephalo, Rolando, Croto, Surdo, & decisionibus Rotæ & Pedemontana probauit Marius Muta decision. Sicilia 23. numero 5.

Sed & cum apparet, verosimilior sit declaratio Tabellionis, qui contra se in morte confessus fecisse falsam renunciationem, quod & pluribus testibus & præsumptionibus falsitatis probatur, & credi non potest sibi falsum delictum in morte in tertij præiudicium imputasse, succedit doctrina Baldi, Socini, Decij & aliorum, quos refert & sequitur Sebastianus Medices de reg. iur. regul. 11. num. 41. vt quando sunt duæ præsumptiones inuicem contrariæ, alia quæ assistit pro instrumento, vt Iuris præsumptio, quæ pro scriptura publica est, & declaratio eius Tabellionis, qui verum dicit, altera præsumptio contra instrumentum, & declaratio illius Tabellionis, qui falsum ab eo confectum fatetur, si hæc verosimilior est, standum ei, vt falsum instrumentum credatur. Et ratio est, quia omnis præsumptio cessat contra verosimile, quia præsumptio est applicatio animi ad verosimile, vt cum Baldo, Parisio, Crauetta, Ripa, & alijs, idem Medices vbi proximè n. 7. & in ampliatio. n. 50.

Sextò hanc etiam probationem falsitatis arguit, nam euidenter apparuit testamentum Tabellionis, qui in morte contra renunciationem declarauit falsè corruptum & laceratum, subtracta ea declaratione falsitatis renunciationis, quæ comprobata testimonio contesti filij declarantis, cuius manu scripta Notarij, coram quo facta fuit Religiosi Confessarij, & illius socij, coram quibus declarauit, & vterius alijs quinque testibus, qui ad domum illius Tabellionis cum Prætoris vrbis post lethale vulnus ei illatum peruenirent, vt inquisitionem facerent, de delicto testantur vidisse illos filium Tabellionis scribere declarationem, quam pater vulneratus dictabat, & eam declarationem à testa-

mento subtractam apparuit, vt ipso facto id comprobetur, ex quo maxima & validior desumitur probatio. *l. fin. §. item rescriptum. ff. ad municipalem*, & omnes excedit, quando facto ipso confirmatur, gloss. *verb. requirit in c. ad nostram et. de iureiurando*. Baldus in rubric. *de probatio*. Marianus Socinus *vol. 3. conf. 61. numer. 1.* Albanus *consil. 97. numer. 3.* & ex aliis Mascardus *de probatio. q. 8. n. 45. cum seq.* & in hoc casu re ipsa apparuit testamentum, in quo declaratio erat, fuisse apertum ex diuersis sigillis signatum, & aliter confutum, quo casu dicitur falsitas apparens, vt in terminis, quando vnus quaternus est perforatus, & confutus diuerso modo, probauit Sforcia Oddus *conf. 78.*

²⁶ Septimo hanc subtractionem declarationis factam ab eo, cui officium renunciatum, & in cuius damnum ab eo cedebat ultra magnam probationem, vt ille hodie extraordinariis nocte & valde mane multoties allocutus Religiosum Ordinis Confessarium illius Tabellionis, cui Confessarius, quia hospes erat in Monasterio, nec habebat vbi recluderet testamentum, custodiendum tradidit, & Prouincialis Ordinis, qui dicebatur confanguineus ipsius, cui officium renunciatum, euocatus fuit ad urbem ab oppido, in quo absens erat eodem die quo Tabellio mortuus post declarationem factam, & clandestinè, non pertueniens ad Monasterium vbi testamentum erat, sed aliquos Monachos allocutus, statim recessit ab urbe ad locum proximum vbi erat, quæ omnia modo extraordinario facta, & non solitum illum cui officium renunciatum alloqui Religiosum, in cuius potestate erat testamentum, & multoties tunc occultè multo mane, & nocte eo tempore & die mortis Tabellionis cum Religioso alloquutum, videtur probare & arguere fraudem subtractionis declarationis.

²⁷ Ultra ex Iuris regulis comprobatur, quibus falsitas instrumenti præsumitur facta ab illo in cuius utilitatem cedit, vt *argum. l. penult. Cod. de probatio*. ex Bartolo, Baldo, Alciato, Curtio seniori, notauit Surd. *conf. 512. numer. 5. & 6.* & hanc præsumptionem Cassianam & verissimam vocauit Cicero *in oratione pro Sexto Roscio Amerino*, eis verbis. *Lucius Cassius ille, quem populus Romanus verissimum & sapientissimum Iudicem putabat, identidem in causis querere solebat, cui bono fuisset, vt notauimus allegation. 28. numero 7.* & expendimus pro hac re numero 10. locus Ciceronis *in oratione pro Tito Annio Milone, & oratione 38.* tradit eis verbis. *Quoniam igitur pacto probari potest insidias Miloni fecisse Clodium, satis est, in illa tam audaci, tam nefaria bellua docere magnam ei causam magnam spem in Milonis morte propositam magnas utilitates fuisse, itaque illud Cassianum, cui bono fuerit, in his personis valeat.*

²⁸ Et idem ex Bartolo, Alberico, Blanco, Lancelloto, Curtio seniori probauit Surd. *conf. 467. numer. 5. & 6.* reddens rationem, vt sicut damnum præsumitur datum ab inimico, vt ex Romano, Decio & aliis, ita etiam ab eo, qui ex facto sperabat commodum. Mascardus *de probatio. conclus. 831. numer. 12.* Menoch. *de recuper. remedio 1. numer. 56.* Gratian. *decif. 84. in additio. numer. 3.* Alciatus *conf. 357. in fin.* quem Baldum & alios ad idem refert Surdus *conf. 512. numer. 5.* Hieron. Gonzalez *reg. 8. Cancell. §. 7. in proemio. numer. 167.* & in terminis subtractionis instrumenti, vt in præfenti, quando non constat qui fecit subtractionem, præsumi factam ab eo, cui prodest, vt *argument. Authent. ad hoc, §. ille etiam, verb. si quis instrumenta, Cod. de Latin. libert. tenenda.* ex Bartolo, Bruno & Blanco Mascardus *vbi proxime, dict. numer. 12.* alios referunt Becius *conf. 70. numero 20.* Farinac. *de falsit. quæst. 153. numer. 209.* Surdus *dict. numer. 5.* Gonzalez *vbi proxime.* Gratianus *disceptat.*

forens. tom. 2. cap. 262. numer. 39. ex decisio. Rotæ, Baldo, Romano, Iafone & aliis idem Gratianus *in additio. ad d. decif. 84. n. 6. & 7.*

²⁹ Octauo, quia licet prædictis non adeò probaretur plenè falsitas, sufficere ex testibus, quos supra retulimus, esse probationes semiplenas, vt iungantur, & ex eis fiat perfecta probatio in rebus difficilis probationis, qualis est falsitas, vt *argum. l. quero, §. seruum dupla. ff. de adul. edicto.* probauit Barr. *ibi,* & communiter Doctor. Aretinus *in capis. cum causam, numer. 34. & Felin. numer. 10. de probatio.* Beroius *in rubrica eius tit. numer. 28.* ex Baldo, Iafone & pluribus Menoch. *lib. 1. præsumpt. 39. numer. 18.* ex Abbate, Salizeto, Calderino & aliis, Campegius *in tract. de testibus, reg. 303. vers. quinto locum habet.* Barbatia *lib. 2. consil. 6. numer. 33.* Antonius Gabriel *commun. opin. tit. de probatio. concl. 1. numer. 1.*

Maximè, quia omnes semiplenæ probationes, quæ in hoc casu possunt considerari, sunt eiusdem speciei, & tendunt ad eundem finem probandæ falsitatis, & ideo magis coniungendæ, ex *leg. excusantur 2. §. 1. & 2. de excusat. tutor.* Antonio Gabriele, & Menochio notat Mascardus *de probatio. tom. 1. quæstion. 4. numero 14.*

³¹ Nec obstat poterit quod ex aliquorum sententia colligitur, probationis imperfectæ accumulationem admitti in causis ciuilibus, non verò in criminalibus, vt falsitatis. Antonius Gomez *3. tom. variar. capit. 12. numer. 27. verb. secus tamen est in ciuilibus.* Farinacius, qui plures refert, *in praxi, q. 86. numer. 71.* & quod dicitur imperfectam probationem cum adminiculis effici perfectam procedere ad condemnationem ciuilem, *argum. leg. instrumenta domestica, Cod. de probatio.* tradit Marcoscotus *lib. 1. variar. cap. 79. numer. 6.* Fontanella *de pactis naptialibus claus. 6. gloss. 3. part. 7. numer. 20.* Farinacius *2. part. nouiss. decif. 303. & 330.* nam responderi facile potest id aliter, vt prædiximus, admittendum in rebus difficilis probationis, & delictis, quæ in occulto fiunt, vt falsitas instrumenti quæ semper clam solet perpetrari. Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 40. numer. 13.* qui adducit Alexandrum & Crauetam, Decianus *lib. 7. crim. cap. 24. n. 10. & c. 26. n. 4.* Iulius Clarus *in praxi crim. §. fin. q. 20.* Farinac. *2. tom. cons. crim. 75. n. 4.* Grammat. *dec. 42. & 96.*

³² Sed & potest elidi illa opinio, quamuis non haberet limitationem, quam notauimus; quia in hoc casu actio instituta pro interesse officij, vt fisco illud applicaretur, quasi non renunciatum, & petitum, id declarari per ciuilem actionem, vel criminalem, quando magis vt le fisco esset, iuxta iuris dispositiones, quibus ciuilis actio non tollitur ex criminali. *leg. unica, Cod. de superexactor. lib. 10. ibi, idest conuictus, & sic ciuilis non tollit criminalem, leg. unica, Cod. quando ciuil. actio crim. præiudicat,* notat *ibi gloss. marginalis dicens, ciuilis actio criminalem non tollit, & Ioannes de Platea ibi, numer. 2.* tradit, *Condemnatus ciuilitè in duplum, poterit etiam criminaliter puniri, quia ciuilis actio non tollit criminalem, neque per executionem vnus tollitur altera. l. ex morte, ff. ad l. Aquil.*

³³ Et ideo in rubrica, quando ciuilis actio crim. præiudicat, non absolutè dicitur præiudicare, sed per verbum, quando, quasi multoties possint concurrere actio ciuilis & criminalis, vt notat Salicetus *in dict. leg. unica, numer. 3.* ibi Iacobus Buttigarius, dicens, *quod interdum ciuilis & criminalis producantur ab eadem lege, & tunc vtraque potest simul intentari; & inferius ibi, cum regulariter ex quolibet crimine nedum criminaliter accusari, sed etiam ciuilitè conueniri actione in factum, vt ff. pro socio, leg. nec quicquam, & adducit l. qui nomine 25. ff. ad l. Cornel. vbi eum, qui coram iudice literas*

Veritas falsas exhibuit, tradit Vlpianus ex ea actione in factum pœnalis teneri. quanquam lege Cornelia reus sit, ita ut ad interesse possit agi ciuilitate actione in factum, & pro crimine ad pœnam.

34 Et rationem tradit Salicetus *ubi proxime*, quia aut ex facto ostenditur ius publicum, ut in hæresi, simonia & aliis, aut læditor non solum ius publicum, sed etiam priuatum; & tertio fit præiudicium, ut in homicidio, furto, incendio, falsitate, & similibus; in primo enim casu solum nascitur vnica actio ad publicam vindictam, quia non agitur dedamno alicuius priuati; in secundo verò nascuntur duæ actiones, vna quæ respicit vindictam publicam, altera quæ comprehendit interesse partis læsæ, & quod plus est, ad faciendum damnum priuati considerantur duæ actiones separatæ, ciuilibus & criminalibus. §. in summa, *Instit. de iniurijs, l. Prætor. §. 1. & §. posse, l. institutio 37. ad fin. l. de iniuria 45. ff. de de iniur. leg. fin. Cod. eod.* & comprobatur iure Hispano. *l. 21. tit. 9. part. 7.* ex Bartolo Alberico, Angelo & aliis Antonius Gomez *tom. 3. varia. cap. 6. num. 7.* Iulius Clarus, Brissonius, Paz, & plures, quos ego congeffi *2. part. decis. Granat. 98. numer. 1. & 3.* & ideo Salicetus *ubi proxime. in vers. item suis*, tradit, *Quod in casibus, in quibus oritur ex crimine duplex actio, potest offensus vtramque proponere, scilicet illam, que tendit ad vindictam publicam, & illam que tendit ad interesse priuatum, & potest vtramque simul intentare in eodem libello, licet non aequè principaliter.*

35 Quo casu dicitur actio mixta, quamuis sit criminalis, quatenus concernit publicam vindictam, & ciuilibus, quatenus concernit interesse priuatum, Bossius in *praxi tit. de appellatio. & in rub. C. de iudic.* Gomez Arias in *leg. 80. Tauri.* Iulius Clarus in *praxi crim. q. 1. num. 3.* & conducit ex nostris *leg. 57. tit. 5. lib. 2. Recop.* quæ disponit si iudices inuenerint in iudicio aliquos testes falsum deposuisse, breuiter procedant ad punitiõnem falsitatis, & possint facere absque eo quod spectent decisionem causæ principalis; & in *leg. sequenti*, traditur puniendos esse per iudices officiales qui aliquo modo excesserint, vnde rectè sequitur ad petitionem fisci patroni, & quamuis non peteret ex officio posse intendi actiones ad interesse, & ad pœnam, & cumulari vt fisco proderit, & ita leges nostras interpretatus Thomas Grammaticus in *additione*, & Vrsillis ad *decis. 225. Afflictis num. 1.* eis verbis, *Istud definitum est per regiam Pragmaticam Regis Catholici, & eo maximè siue ex ciuili actione, vel criminali causa decidenda, cum apud nos inspecta veritate iudicia in supremis Senatibus breuiter expedienda iubetur. leg. 27. tit. 5. lib. 2. leg. 10. tit. 17. lib. 4. Recopil. & cum fisci patronus peteret ius fisci, siue ex ciuili actione, vel criminali, quæ magis expedierit, & cum officium quasi non valida renunciatione fisco applicari respiciat interesse regalis Patrimonij, merito poterunt quasi in causa ciuili ex omnium sententia probationes imperfectæ coniungi, & ex coniecturis fieri condemnatio.*

36 Rursus quod ab aliquibus admissum in criminalibus probationes non coniungi, non habet locum, vt notauimus in eis, quæ occultè fiunt, & difficilis probationis censentur, & generaliter vltra prædicta duas semiplenas probationes posse coniungi ad condemnandum in pœna ordinaria delicti, tenuerunt Bartol. in *l. 1. §. sed Cornelio, ff. de iure fisci.* Abbas, Felinus, Baldus, Alexander, Arerinus, Salicetus, Butrius, Crauetta, Anton. Gabriel, qui alios adducunt, refert & sequitur Peguera *decis. 17. num. 43. & 44.* qui adducit exempla quæ nobis conueniunt, & idem tenuerunt Franciscus Marcus *2. part. decis. 96.* Ruinus *4. part. collect. 1114.* ex Auendaño, Neuizano, & aliis, Barbol. in *leg. 2. part. 1.*

num. 90. & 91. ff. sol. matrim. ex pluribus Farin. 2. tom. conf. 115. num. 7. ex Zepolla & aliis, idem Farinac. *conf. 189. num. 5.* cum Decio, Mascardo, Eugenio, Miranda, Raudensi, Hondedeo, Viuiò, Barzio, Felino, Azeuedo & aliis, Giurba *conf. crim. 2. num. 45. & 46.* & in rebus difficilis probationis præsumptiuam probationem sufficere, ex Valasco & aliis rectè & doctè probauit D. Augustin. Barbosa in *collect. Codicis tom. 2. ad l. consensu, C. de repudiis, n. 16.*

Denique non obstat testem exhibitum ab eo, qui sibi officium renuntiatum intendit, qui testatur ad alia negotia interuenisse in officio Tabellionis, & vidisse tractari de renuntiatione officij ea die, qua renuntiatione videtur facta, de cuius veritate & validitate agitur, nam vltra quam testimonium & similia eliduntur, eo quod apparet ex omni contextura actus, de quo Tabellio & omnes testes instrumentales interrogati, vt de facto constaret, qui aderant tempore renuntiationis in officio Tabellionis, omnes declarant nullos alios, nisi eos & officialem officij tunc adfuisse. Etiam hic testis absque eo quod à partibus præsentaretur, nec à iudice ad examen euocatus ipse testis se obtulit testimonio, & testis qui eo modo deponit, est suspectus de falso, nec probat, vt in *auth. de testibus, §. si verò ignoti, ibi, veritate corrumpere festinantes.* Menoch. *de arbitr. casu 474. num. 57. & lib. 1. præsumpt. §. 5. numer. 2.* Monticellas *de testibus pag. 255.* plures, quos referunt Mascard. *concluf. 1311. num. 44.* Tiber. Decian. *tract. crim. lib. 1. cap. 3. rub. 15. num. 61.* & facit *l. qua omnia, §. 1. de Procurat.* eis verbis, *nam hoc ipso suspectus est quod operas suas ingerit;* vnde oritur regula, quod testis se sponte examini offerens tanquam suspectus non probat, & potest torqueri, vt tradit Farinac. *de testibus q. 29. num. 38.* ad quam se refert *quæst. 80. oppositiõne 34. ad num. 1. vsque ad fin. & maximè num. 7.* vnde ex prædictis falsitatem renuntiationis probatam esse dicendum, & in fauorem fisci declarandum.



ALLEGAT. XCVI.

De falsitatis probatione ex indicij:

- 1 Falsitatis difficilis probatio.
l. si ex falsis, C. de transactiõn.
Authent. de testibus, §. licet, collat. 7.
- 2 Falsitas probatur indicij & coniecturis.
- 3 Falsitatis præsumptio habetur pro eius probatione in ciuilibus.
- 4 Falsitatis præsumptiones in criminalibus sufficere ad condemnationem plures tenuerunt.
- 5 Præsumptio falsitatis transfert onus probandi in producentem scripturam.
l. fin. C. ad leg. Corneliã de falsis.
l. iubemus, C. de probat.
- 6 Præsumptiones duæ & vrgentes in causa falsitatis sufficiunt ad condemnationem criminalem.
- 7 Falsitatis pœna est arbitraria, & sufficiunt indicia ad torturam.
l. eos, §. qui se pro milite, ff. ad leg. Corneliã de falsis.
- 8 Instrumento fides detrahatur in causa ciuili, ex indicij falsitatis, etiam si non sit visibilis, sed latentis.
- 9 Falsitatis crimen gravissimum quod potest vitam, honorem & diuitias adimere.
Specialia plura admissa in probanda falsitate.



- 10 Probationes in criminalibus debent esse clara.
Indicia sufficiunt & cumulantur in rebus difficilis probationis, & habentur pro clara probatione, & num. 11.
- 11 Veritas perire non debet, & lex contenta cum probatione, qua potest haberi in occultis.
l. fin. ff. de probat.
- 12 Indicia vehementia non minus valent, quam testes.
l. non omnis. §. à Barbaris. ff. de re militari.
l. 2. C. quorum appellat. non recip.
l. licet Imperator. ff. de leg. 1.
l. locuples. ff. de manumiss. testam.
c. cum dilecti. de donation.
c. fin. de success. ab intestato.
- 13 Indicia vehementia possunt sufficere ut fiat condemnatio in pœna ordinaria.
- 14 Probationis claritas non minus ex indiciis colligi potest, quam testibus.
c. 1. de homicidio. lib. 6.
l. indicia. C. de rei vindicat.
c. inter. de cleric. peregrin.
cap. ei qui. §. diffinitiva. vers. nullus homicidarum 2. quast. 9.
c. dixit Dominus. 32. q. 1.
c. nec aliqua. 27. q. 1.
c. literis. de presump.
- 15 l. fin. C. de probat.
- 16 Iosue indicio usus ad detegendum furtum Achan.
Indicia qua dicuntur ab indicando, quando sunt urgentia, maiorem fidem faciunt, quam testes, qui possunt esse corrupti.
Questionis tormentorum fallacitas.
l. solent. de prescript. verbis.
- 17 David indicio potius, quam testibus usus, ut ostenderet Sauli posse illum occidere, & noluisse.
c. 24. lib. 1. Regum expenditur.
- 18 Indicia & presumptiones habentur pro clara probatione, dum alia superiora non excludantur.
l. Diuus. ff. de in integr. restit.
l. non solum. de ritu nuptiar.
l. qui autem. §. non simpliciter. ff. si quis omis. caus. testam.
l. 1. C. qui & aduersus quem.
c. ex transmissa. qui filij sint legit.
- 19 Indicia urgentia qua possunt mouere iudicem, sufficiunt ad pœnam ordinariam.
- 20 Fama contra scripturam est indicium falsitatis.
- 21 Retardatio exhibitionis instrumenti quod statim debebat exhibere, est indicium falsitatis.
- 22 Retardatio breuis temporis iuxta qualitatem rei, potest haberi pro diuturna.
l. si quis sorte. ff. de pœnis.
Diuturnum accipitur pro decennio.
l. si cum fideicommissum 16. §. Aristo. ff. qui & à quibus.
- 23 Protocollandi instrumenti tarditas est indicium falsitatis.
- 24 Indicium falsitatis colligitur ex inuersimilitudine.
- 25 Falsum instrumentum presumitur factum ab eo, in cuius utilitatem cedit.
- 26 Comparationis literarum diuersitas declarata à Notarijs indicium facit falsitatis.
- 27 Differentia subscriptionis Notarij est indicium falsitatis.
c. quam graui. de crimine falsi.
c. licet. eodem titulo.
c. inter dilectos. de fide instrument.
- 28 Instrumentum debet poni in Protocollo statim quo conficitur.
c. quoniam contra falsam. de probat.
l. 9. tit. 19. p. 3.
l. 13. tit. 25. lib. 4. Recop.
- 29 Scriptura extra Protocollo fidem non facit.
Scriptura cuius registrum non est in potestate Tabellionis, est suspecta de falsitate.
l. moris. §. solent. ff. de pœnis.
- 30 Tabellio debet sua manu scribere instrumenta, licet de generali consuetudine admittatur, ut alius scribat à Notario rogatus.
Auth. de Tabellionibus, §. nos autem.
l. 15. tit. 19. p. 3.
l. 13. tit. 25. lib. 4. Recop.
Specialiter due non admittenda.
l. 1. C. de dotis promiss.
- 31 Indicium falsitatis, ignorari à quo scribi testes, & dies.
l. inciuiem. C. de furtis.
- 32 Indicium falsitatis ex laceratione instrumenti.
- 33 Testibus varijs & contrarijs, non credendum.
- 34 Testium dicta contraria ad concordiam reducenda.
Testium varietas in tempore non potest ad concordiam reduci.
c. nihil obstat de verb. signific.
l. qui falsa. vel varia. ff. de testibus.

Falsitatis crimen an probetur presumptionibus, & que eius coniectura sufficiant.
Agitur de falsitate scripturae renuntiationis officij, ut fisco applicetur ex defectu renuntiationis.



ALDE difficilem esse probationem falsitatis, insinuat Baldus in l. si ex falsis, num. 2. C. de transactio. dum ex verbis textus, ibi, falso reuelato, tradit adeò semper in occulto fieri, ut ex diuina relatione sit probanda, & faciunt verba textus in Authent. de testibus, §. licet, collat. 7. dum in terminis falsitatis tradit, Deo huiusmodi omnino non indulgente occultari.

Et probari falsitatem indiciis, presumptionibus & coniecturis, maximè in causis ciuilibus, ut existimatur hæc applicandi officium fisco, est opinio concors omnium Doctorum, Archidiaconus in cap. in memoriam, ad fin. distinct. 19. Ananias in rubr. de crimin. falsi, col. fin. Felinus in capite asserit, col. 4. de presump. gloss. & Doctores in l. iubemus, C. de probatio. cum Dominico, Speculatore, Decio, Parisio, Alexandro, Iafone, Curtio seniori, Socino iuniori, Castrensi, Grammatico, Cephalo, Natta, & Bossio probauit Petrus Surdus conf. 173. num. 1. usque ad 5. & numero 6. tradit, & clarum est quòd falsitas probatur coniecturis, ex Barbatia, Anania, Iafone, Marfilio, Crauetta & Neuzano probat, idque magis procedere quando plures coniectura falsitatis concurrunt. Decianus, Cephalus & decisio Pedemontana, quos refert Surdus ubi proxime numero 6. & 7. ex alijs Farinac. de falsitate quast. 152. numero 10. & 32. ubi tradit huius sententiæ non esse contradictorem, & prædictis addendi Peregrinus volum. 6. conf. 41. numero 15. & conf. 72. num. 11. 12. Sforzia conf. 62. num. 7. & conf. 78. num. 2. Mandellus Albenfis tom. 1. conf.

Conf. 99. per totum. Fachinæus lib. 1. conf. 91. numer. 2. & confil. 94. num. 25. Muta lib. 1. dec. 74. num. 14. Intrigriolus decis. 17. num. 21. Sesse 1. part. decis. 72. num. 8. & p. 2. decis. 118. & 4. p. decis. 452. n. 6. Gratian. tom. 4. discept. cap. 752. num. 5.

5 Vnde succedit ea Doctorum sententia, vt in causis quæ respiciunt partis interesse, præsumptio falsitatis habetur pro eius probatione, quia lex contenta esse debet ea quæ haberi potest, & verosimili, vt ex *l. iubemus. C. de probatio. cap. inter dilectos, de fide instrum.* notatur communiter ibi, & Bartolus in *l. si quis ex argentiariis, num. 1. ff. de edendo. Bald. in l. scripturas num. 5. vers. quædam sunt, C. de fide instrum.* Panormit. in *cap. quia verosimile, num. 3. de præsumpt.* Grammaticus *decis. 28. num. 1. Rota 2. p. decis. 137. num. 3. Aymon Crauetta conf. 28. num. 2. Decius conf. 175. num. 1. Mandelus conf. 225. num. 27. & 28. notatur in l. ubi. C. ad leg. Cornel. de falsis.* Franciscus Marcus *decis. 743. num. fin. Thesaur. Forens. lib. 1. q. 47. n. 1. & 2. D. Ludouifius decis. 546. num. 11. & 17. Gatianus tom. 4. discept. cap. 752. numer. 5.* & communem omnium sententiam tradit Mascardus *concl. 739. num. 5. de quo etiam testatur Menochius de præsumpt. lib. 1. quæst. 99. & rationem tradit num. 6. vt sicut scriptura non est probatio qua voce & testatione testium fit, sed præsumptiua, propter id quod lex confidit de Notario, hæc præsumptio aliis eliditur, & debent sufficere coniecturæ ad probationem falsitatis.*

4 Quod non solum procedere in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus, plurium opinio fuit, Ananiæ in *cap. licet num. 6. de crimine falsi.* Decij cum multis *conf. 175. num. 4. relati per Antonium Gabrielem, Capi- cium, Neuizanum, Monticellum, Albanum, Becium, Hondedeum, Marsilium, qui tenent præsumptiones falsitatis facere concludentem probationem.* Archidiaconus, Hostiensis, Iacobus Butrigarius, Gofredus, Curtius, Senensis, Ancharranus, Gratus, Cephalus, Bertazola, Barbatia, Iosephus Ludouicus, Riminaldus, Caputaquensis, Menochius, Iulius Clarus & alij, quos omnes in id refert Farinac. *de falsitate quæst. 152. num. 2. 4. & 5.*

5 Sed quamuis aliqui dubitauerint, vt in causis criminalibus possit fieri condemnatio ex præsumptionibus & coniecturis falsitatis, vt refert Farinac. *ubi proxime, num. 7.* tamen omnes Doctores, qui tenuerunt sufficere falsitatis præsumptiones, vt transferatur onus probandi in producentem scripturam, per textum in *l. fin. C. ad leg. Cornel. de falsis, iuncta gloss. verb. scripturam, & cum Cyno, Baldo, Odofredo, Saliceto, Petro de Bellapertica, Hostiensi, Butrigario, Ioanne Fabro, Archidiacono, Ioanne Andrea, Bellamera, Follerio, Natta, Neuizano, Afflicto, Mascardo & aliis, probauit Farinac. d. q. 152. num. 3. & dicit communem Baiardus ad Iulium Clarum *lib. 5. sent. §. falsum, num. 112. & idem tradit Bertazola conf. 91. numer. 33. Albanus conf. 214. num. 12. & probari videtur apertè ex l. iubemus, Cod. de probatio. eis verbis, Iubemus omnes qui scripturas suspectas comminiscuntur, cum quid in iudicio prompserint, nisi ipsi adstrinxerint veritatem, vt nefaria scriptura reos quasi falsarios esse detinendos. Vnde etiam in causa criminali quando contra instrumentum fuerint falsitatis coniecturæ, debet puniri vt falsarius, qui illud exhibuerit, nisi apertè eius veritatem probauerit.**

6 Vtteriùs illa opinio Doctorum, vt in crimine falsi non fiat condemnatio, ex coniecturis procedit, quando sunt leues, & non plusquam duæ; si verò plures coniungantur præsumptiones falsitatis, & sint valde vrgentes, & sit fama scripturam esse falsam, tunc etiam in criminalibus posse fieri condemnationem, ex con-

iecturis admittunt Cynus, Bellapertica, Anania, Caputaquensis, Crauetta, Monticellus, Surdus, Decianus & alij; quos refert Farinac. *d. q. 152. num. 23. & n. 29.* tradit hæc verba, *Si verò præsumptiones falsitatis sunt plures quàm duæ, tunc non solum sufficiunt ad tollendam fidem instrumento, sed etiam ad condemnandum criminaliter, prout videtur de mente præallegatorum Doctorum, quorum plerique simpliciter dixerunt, duas præsumptiones in crimine falsi haberi pro concludenti probatione, & in specie sic voluit Decianus conf. 108. n. 76. & conf. 99. num. 11. lib. 2. & cum in hoc casu sint plures coniecturæ contra instrumentum renuntiationis, quas statim dicemus, nec ex parte illius, in cuius fauorem facta renuntiatio officij, nihil aliud sit probatum, quam scripturam exhibere, meritò ex validis & vrgentibus præsumptionibus falsitatis poterit sequi condemnatio, necdum in causa ciuili, vt fides instrumento detrahatur, & officium quasi absque renuntiatione fisco debeat applicari, sed etiam in causa criminali falsitatis.*

7 Quod magis sine difficultate procedit, si cum poena in hoc crimine sit arbitraria, vt ex *l. eos 27. §. qui se promilite, ff. ad leg. Cornel. de falsis, & ex Farinacio de falsis. quæst. 150. num. 21. & multis probauimus alleg. 97. num. 1. & 10. vellent iudices in poena extraordinaria reum condemnare, vt ex Surdo, & aliis notauit Farin. *ubi proxime, & tradit sine difficultate procedere, vt in causa falsitatis ex coniecturis & præsumptionibus possit reus ad torturam damnari, vt ex Afflicto, Mascardo, Ludouico decisione Lucensi, Antonio Gabriele, & Menochio probat Farinacius dict. quæst. 150. num. 10. ibi. Sic etiam ex præsumptionibus & indicijs posse etiam deueniri ad torturam in crimine falsi, non credo quòd habeat aliquam difficultatem, quia sic est in alijs criminalibus, & præsertim occultis.**

8 Et quoad causam ciuilem, præsumptiones falsitatis, etiam si non fuerint vitij visibilis, sed latentis & inuisibilis, sufficere ad detrahendam fidem instrumento, ex Natta, Hippolyto Riminaldo, Mascardo, & Sforzia, veriorum dicens sententiam, & iudicem, in cuius arbitrio est fides instrumenti, non debet in hoc casu eam adhibere, notat Farinacius *dicta q. 152. n. 16.*

9 Idque siue in ciuilibus, siue criminalibus congruè procedit ex grauitate criminis falsi, nam omnia alia delicta quocumque tendit, vt ex rebus humanis, quibus vita sustinetur, vnam adimat homicidium vitam furtum diuitias, adulterium honorem: at verò falsitas omnium criminum præparatio, & clauis existimanda, quia ex crimine falsi possunt adimi vita, honor & diuitiæ, & ideo ad punitionem falsitatis multa in iure specialia admittuntur, quæ referunt Goffredus, Hostiensis, Henricus Boicus, Archidiaconus, Ancharranus, Marsilius, Afflicto, Bossius, Conradus, Monticellus, Peguera, & alij apud Farinacium *dict. quæstion. 150. num. 17.*

10 Sed hoc procedit, etiam si dicatur in criminalibus debere esse probationes claras, nam quando facta sunt difficilis probationis, & vt falsitas in secreto fiunt, tunc indicia & præsumptiones sufficere ad probationem, tenuerunt Bald. in *l. quicumque, numer. 25. Cod. de seruis fugit. idem Baldus in l. fin. numer. 2. vers. sed quando, & versic. item ponit. ff. de probatio. Igneus in l. excipiuntur, numer. 30. ff. ad Sc. Sillanian. Felinus in cap. afferte, num. 10. de præsumptio. & ibi Ioannes Andreas & Imola num. 3. & 4. Butrius num. 7. Grammaticus *confil. 22. Menochius lib. 1. de præsumptio. quæst. 40. numer. 13.* qui comprobatur ex Alexandro, & Crauetta, qui tenent in delictis occultis cumulari indicia & præsumptiones, sufficere ad condemnandum, & probarunt Decianus *tract. crim. lib. 7. cap. 24. num. 10. & cap. 26. num. 4.**

Boësius in praxi, tit. de conuictis 37. Boësius decis. 164. num. 5. Farinac. tom. 5. consil. crimin. 75. num. 4. Iulius Clarus in praxi crimin. §. fin. quest. 20. qui tradit esse communem opinionem, & ita practicarum & decisum in Senatu Mediolani, & Grammaticus decis. 42. & decis. 96. testatur ita etiam fuisse decisum.

11 Quod prouenit ex iuris dispositione & necessitate, ne pereat veritas in delictis occultis. *l. fin. ff. de probatio* & tradunt plures, quos refert Farinac. *conf. 29. numero 5.* Giurba *conf. 2. num. 45. & conf. 13. num. 1. & conf. 43. num. 2.* addendi Tyndarus in *l. admonendi. de iure iurando. num. 261. versic. 5.* Arimin. Tepatus *lib. 1. var. tit. de testibus. cap. 5.* & idem esse communem opinionem, in delictis difficilis probationis sufficere indica & præsumptiones, ex *l. non omnis. §. à barbaris. de re milita. cap. præterea. de testibus.* Castrensi, Angelo, Neuizano, Cassiodoro, & Rotæ decisionibus, tenet Barbosa in *l. 2. part. 1. num. 78. ff. solut. matrim.* qui tradit, sufficere, præsumptiones tales esse, vt inducant animum iudicis, & idem probauit Azeuedo in *l. 4. tit. 6. lib. 8. Recopil. num. 51.* eis verbis, *in his que sunt difficilis probationis, qualibet informatio iudicis pro plena habetur probatione.* & fuit doctrina Bart. in *l. in illa stipulatione. ff. de verbor. oblig.*

12 Cui addendum, si indicia sunt vehementia, non minus illa operari, quam testes & probationes, ex *d. §. à barbaris.* ibi. *Quod enim liquido probari non potest, argumentis probatur.* & colligitur *l. 2. C. quorum appellatio. non recip.* eis verbis, *Argumentis conuictus, testibus superatus.* quasi indicia conuincant, et si testes superent, & probatum censetur quod suadent præsumptiones & iudicis, gloss. in *l. 1. C. de testamento mil. l. licet. Imperator. ff. de legat. 1. l. locuples. ff. de manumiss. testam. cap. cum dilecti,* vbi Panormit. *num. 1. de donatio cap. fin. de success. ab intestat.* & vt habeatur pro vsurario manifesto, qui ex coniecturis apparuerit, etiam si non sit perfecta testium probatio, tenuerunt Ias. in *d. l. licet Imperator. num. 5.* Alexand. *vol. 2. conf. 24. num. 6.* Gail. *lib. 2. obseruatio. §. 97. num. 6.* Menoch. *lib. 1. præsumpt. §. 5.* Mieres. *de maioratibus 2. part. in initio. num. 98.* Giurba *conf. 43. numer. 22.* Dom. Valenzuela *1. tom. conf. 28. numero 11.*

13 Et propter indicia fieri posse condemnationem in pœna corporali & ordinaria, notarunt Doctores in *d. l. 2.* ex Baldo, Aretino, Caccialupo, Curtio seniori, Grato, Anania, Crauetta, probauit Menoch. *lib. 1. præsumpt. 40. num. 11. cum seq.* ex Abbate, Carrerio, Bruno & Mascardo, idem Menoch. *d. lib. 1. præsumpt. 97.* & tenuit additio ad *conf. 28.* Farinac. *1. tom. criminalium,* vbi ex Bellamera *decis. 688.* tradit contrariam opinionem Innocentij esse communiter improbatam, & adducit decisiones Hieronym. Laurentij & Pegueræ, in quibus ex indiciis vehementibus re ad mortem fuerunt damnati, & huius opinionis refert Bartolum, Baldum, Salicetum, Ananiam, Bolognetum, Calderinum, Albericum & alios, Boësius *decis. 164. numer. 3. & 4.*

14 Idque locum habet, quamuis in causis criminalibus dicatur probationes claras esse oportere, nam iuxta qualitatem causæ & probationis, eius claritas ex indiciis colligi potest, ex textu in *cap. 1. de homicidio, lib. 6.* ibi, *quibusdam argumentis, & in indicia. Cod. de rei vindicatio. traditur, indicia certa que iure non respuntur, non minoris probationis, quam instrumenta, continent fidem, & facit l. 2. C. quorum appellatio. non recip.* ibi, *Argumentis conuictus, testibus superatur, cap. inter 2. de clericis perigrinis,* eis verbis, *Per idonea tibi constiterit argumenta, vbi gloss. verb. argumenta, tradit esse æqualem probationem indiciorum, ac testium, & ad hoc adducit textum in cap. ei qui, §.*

diffinitina, vers. nullus homicidarum, 2. quest. 9. cap. dixit Dominus 32. quest. 1. cap. nec aliqua 27. quest. 1. cap. literis, de præsumptio. Et quomodo ex indiciis hæc probationis claritas colligatur, naturali exemplo probauit *allegat. 66. n. 3. cum seq.*

Confirmatur ex *l. fin. C. de probatio.* ex qua desumitur vulgare axioma, probationes in criminalibus luce clariores esse oportere, & adhuc tradit indiciis consequi id posse, eis verbis. *Sciunt cuncti accusatores eam se rem deferre in publicam notionem debere qua munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis.* quasi probationis claritas non minus, quam testibus possit indiciis consequi.

Vnde rectè Magister Marquez in *Gubernatione Christiano, lib. 2. cap. 17. pag. 267.* ad explicationem *capite 7. Iosue,* ad manifestandum furtum Achan post sortes & ipsius rei confessionem, adhuc fecit inquiri in tabernaculo Achan, & inuentum est furtum ducentorum siclorum regulæ aureæ, & pallij occinei, plus valere existimans hoc indicium rem furatam apud eum inueniri, quam confessio, vel testes, quia illa potuit vel metu, aut errore fieri, iuxta quod tradit Quintilianus *lib. 5. institutionis orat. capite 4.* quem refert & exornat Annæus Robertus *lib. 1. rer. iudic. capite 11. pag. 194.* ibi, *Mentietur qui tormenta ferre potest: mentietur etiam qui non potest, nam in eo patientia facile mendacium facit, in alio debilitas necessarium.* & testes possunt esse inimici, aut aliter improbè ad testificandum inducti, ideo vt manifestè populo authorem furti ostenderet, validius quam testes & confessio indicium iudicauit, nam ex se ostendit, nec patitur calumniam, quia dicitur ab indicando, & sumitur pro quolibet signo quo veritas suadetur. *l. solent. ff. de præscriptis verbis.*

Vnde notauit Dom. Ioannes Chrysostr. in *homilia 2. Davidis & Saulis,* cum in spelunca David Saullem vidit *lib. 1. Regum cap. 24.* vt ostenderet potuisse, si vellet, illum occidere potius, quam testibus, quorum plures ex suis militibus exhibere poterat, voluit signum vestis scindere, vt indicio inenitabili ostenderet, potuisse illum, sed noluisse occidere, nam testes velut milites generi posset Saul suspectos habere, & non credere: at verò non poterat refutare illud indicium, vt indeclinabile, & ideo rectè tradit Chrysostr. *Murus quidem testis, sed omnibus vocem habentibus euidentior.*

Ex quo apparet fundamentum opinionum Doct. 18
ctorum, indicia & præsumptiones haberi pro probatione concludenti, dum alia superiori non excluduntur, iuxta *l. Diuus, ff. de in integ. restit. iuncta gloss. verb. existimari. l. non solum, ff. de ritu nuptiar. l. qui autem, §. non simpliciter. ff. si quis omitt. caus. testam. l. 1. in fin. Cod. qui & aduers. quos, capite ex transmissa, qui filij sint legit.* Angelus & Salicetus in *l. mater,* per textum ibi. *C. de calumniator. Abbas in cap. literas, notabil. 4. de præsumptio.* & ita quod per indicia & præsumptiones probatur, liquidam dixit probationem gloss. in *l. 1. per textum ibi. C. de testam. milit.* & manifestè probatum intelligi quod ex indiciis colligitur, facit *l. licet Imperator 77. ff. de legat. 1. l. si locuples. ff. de manumiss. testam. capite cum dilecti,* vbi Abbas *num. 1. de donatio. capite fin. de success. ab intestat.* Iason in *d. l. licet Imperator,* & indicium iure probatum haberi pro liquida probatione, tenuit gloss. in *l. tutor. in fin. & ibi Baldus, C. de periculo tutor. cum Bartolo, Angelo, Inola, Castrensi, Alexandro, Barbatia, Hippolyto & aliis, probauit Tiraquell. in l. si unquam, verb. donatione largitus, numero 158. C. de reuocat. donat. idem Alexand. vol. 2. consil. 24. numero 6. Menoch. lib. 1. præsumpt.*

presumpt. 95. *Surdus consil.* 80. *num.* 21. & ad hoc videndi *Andreas Gail. lib. 2. observatio. cap. 2. numero 7.* *Farinac. in praxi, quest.* 86. *numero 100.* *Camillus de Laratha consil.* 19. *numero 18.* *Fulvius Pacianus consil.* 19. *num.* 4. *Tufchus practic. lit. P. conclus.* 613. *Cacheranus consil.* 18. *num.* 47. *Mieres de maiorat. 2. part. in initio, numero 18.* *Dom. Valenzuela consil.* 19. *num.* 11. *Giurba consil.* 43. *num.* 22.

19 Sed quamuis aliqui voluerunt id procedere, vt ex iudiciis possit procedi ad pœnam extraordinariam arbitrio iudicis, *Gilkenius in leg. final. Cod. de probatio. num.* 14. *Griuellus decis.* *Dolania* 23. & 93. *Anton. Gomez tom. 3. variar. cap. 3. num.* 45. & ex *leg. absentem. ff. de pœnis.* *Bartolo, Iacobo Buttrigatio, Castrensi, Angelo, Perusino, Decio, Plaza, Dueñas, Iulio Claro* probauit *Emanuel Suarez in adduione ad Gomezium lit. I.* *Farinac. 3. tom. prax. dict. quest.* 86. *num.* 9. & 10. & *consil. crimin.* 82. *Giurba consil.* 43. *num.* 22. *Riccio 1. part. decis.* 109. & *collectan.* 1561. *Cauallus cent. 3. casu* 288. *num.* 71. quia id regulariter accipiendum; cum verò indicia possunt animum iudicis persuadere ex illis posse imponi pœnam ordinariam, ex *dict. leg. fin. Cod. de probatio.* vbi probarunt *Bald. Castrensis num.* 5. & *Salicetus num.* 2. idem *Baldus in l. excipiuntur, num.* 1. *ff. ad SC. Silanian. & in leg. si quis ex argentariis, ff. de edendo.* *Bartol. in leg. 1. §. sed & Cornelio ff. de iure fisci, & in leg. si quis mihi bona. §. pater Scio. ff. de acquir. hered. Felinus in cap. afferte, num.* 10. *de presumpcio.* cum *Speculatore, Ioanne Andrea, Panormitano, Imola, Romano, Menochio, Mascardo, Villadiego & aliis, Barbosa in leg. 2. in princip. part. 1. num.* 91. *ff. solut. matrimon.* *Hieronym. Gabriel. consil.* 80. *num.* 21. *volunt. 1. Menoch. consil.* 31. *num.* 15. *Giurba consil.* 2. *num.* 45. *Riccio collectanea* 114. *Azeuedo consil.* 28. *numero 73.* *Anton. Gomez in l. 80. Tauri, num.* 50. *Didacus Perez in l. 2. tit. 15. lib. 8. ordinamenti.* *Hieronym. Laurent. decis. Auenionensi* 15. *numero 18.* *Peguera decis. crim.* 17. *num.* 40. *Sesse 1. tom. decis.* 111. & *tom. decis.* 218. *num.* 28. vbi refert *Panormitan. Rossellium, Arimin. Brun. Grammat. D. Hieronym. de Leon. 2. tomo decis. Valentia* 125. *num.* 36. & 37. ex *Alex. Menoch. Anton. Gabriele, Farinac. 2. tomo. consil. crim.* 189. *num.* 5.

20 In præsentem verò plura erant indicia falsitatis quæ expendenda, vt ex omnium concursu manifestè probatam fuisse appareat falsitatem, & in fauorem fisci pronuntiandum.

Primum indicium expenditur, quia fama publica & constans fuit pluribus testibus probata, dominum officij non renunciasse, & sine renunciatione mortuum, & fama non fuisse scripturam quæ exhibetur, indicium & præsumptionem præstat falsitatis, ita ex *Cyno, Bellapertica, Curtio seniori, Anania, Monticello, Aymone, Zephalo, Deciano, Viuiio, Capiro, & aliis* probauit *Farinac. de falsitate, q. 152. n. 23.*

21 Secundum, cum apud omnes opinio esset sine renunciatione decessisse dominum officij, ille in cuius fauorem hodie exhibetur renunciatio, plures dies retardauit illam præsentare, & cum publicum esset non extitisse renunciationem, debebat, si extaret, statim exhibere, nisi illo tempore falso fabricata, & quoties dilatio intercedit in præsentatione, & exhibitione instrumenti, quod statim debebat exhiberi, est indicium falsitatis, vt ex *Crauetta consil.* 28. *num.* 6. *vers. ex qua etiam tarditate.* *Zephalus consil.* 287. *num.* 33. probauit *Menoch. lib. 5. presumpcio. 20. n. 39.* idem *lib. 2. pres.* 91. *n. 8.* *Olascus dec.* 117. *n. 9.* *Mascard. de probatio. concl.* 740. *n. 17.* *Marius Muta, qui plures adducit, decis.* 74. *n. 13.* *Intrigliolus decis.* 17. *num.* 20. *Sesse decis.* 118. *num.* 25. *Bertazola consil.* 521. *n. 28.* *Menoch. consil.* 807. *num.* 38.

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fiscal. Pars 11.

Farinac. consil. 172. *num.* 11. & in illorum *decis.* 76. in *additio lit. C. & de falsitate, q. 151. num.* 182. *Mandelus Albenfis consil.* 99. *num.* 6. *Morotius consil.* 47. *num.* 5. *vers. quarta ex tarditate.* *Surdus consil.* 473. *num.* 28. *Cenua de scriptura prinata, lib. 1. quest.* 6. *dubit.* 7. à *numero 30.*

Et quamuis aliqui Doctores ex *leg. si quis forte, ff. de pœnis. ibi, Cur tandiu tacuit?* intelligunt tarditatem debere esse diurnam quæ decennij interpretatur, ex *l. si cum fideicommissum 16. §. Aristo, ff. qui & à quibus.* & quod notauit *Donellus lib. 1. comment. capit.* 10. & *Osvaldus in notatis lit. F.* tamen in hoc casu dilatio quindecim dierum in exhibitione renunciationis, quando dicebatur renunciationem non extare, & præsentatio est circumclusa ad quadraginta dies post mortem renunciantis, maiorem tarditatem arguit, quam anni dilatio in alio casu.

Tertium, quippe multo postquam facta renunciatio, mortuo iam renunciante in Protocollo Tabellionis posita renunciatio & subscripta, & ideo ex tarditate protocollandi scripturam, quam ipse Tabellio confessus indicium colligitur falsitatis instrumenti. *Crauetta consil.* 28. *num.* 3. *Albanus consil.* 224. *lit. D. Follerius in praxi crimin. vers. item quod commisit falsitatem, num.* 19. *Morotius respons.* 17. *n. 31.* *Mascard. concl.* 740. *n. 16.* *Menoch. de arbitr. lib. 2. q. 187. n. 38.* *Farinac. de falsitate, q. 153. n. 181.*

Quartum constitit ex plurium testimonio, eo ipso quòd mortuus fuit dominus officij, illum, in cuius fauore hodie renunciatio exhibetur, fuisse in magna cura ex defectu renunciationis, & pecunias promississe illi, qui eam fabricaret, & non videtur verosimile eam facturum diligentiam, si veram renunciationem haberet, & ex rei inuerisimilitudine colligitur indicium falsitatis. *Socin. lib. 3. consil.* 28. *num.* 9. *Albanus d. consil.* 224. *num.* 6. *Natta consil.* 633. *num.* 13. *Menoch. lib. 5. presumpcio. 20. n. 12.* vbi refert inuerisimilitudines quæ falsitatem arguunt, & addendi *Bald. in leg. scripturam, num.* 5. *vers. quedam sunt. C. de fide instr. Abbas in cap. quia verosimile, num.* 3. *de presumpcio. Rota decis.* 137. *num.* 3. *part. 2. Grammaticus decis.* 28. *num.* 1. *Blancus de iudicis, n. 38.*

Quintum, hoc instrumentum valde suspectum de falso præsumitur factum ab eo, in cuius utilitatem credit, & contra illum vehemens indicium consideratur, vt notant communiter DD. in *l. si de possessione. C. de probat. interminis Gratus vol. 2. consil.* 34. *n. 10.* vbi tradit procedere sine dubio, quòd is, cui falsitas prodest, occasionem & tempus habuit ad eam perficiendam, vt in hoc casu, ita declarat *Gratus vbi proximè, n. 12.* & addenda plura quæ circa id notauit *alleg. 95. n. 27.*

Sextum indicium procedit ex depositione plurium testium, ex quibus aliqui erant Tabelliones, qui restantur subscriptionem, quæ inuenitur in renunciatione exhibita, factam à domino officij, videri falsam, & differre aliquibus ab aliis veris renunciationibus, ex quo nascitur indicium visibile falsitatis, vt in terminis tradit *Baldus in leg. contractus, n. 21. vers. deinde quero. C. de fide instrum.* *Camillus Borrellus consil.* 23. *n. 19.* pluribus *Farinac. de falsitate, q. 153. n. 12. 19. 55.* *Greg. Lopez per textum ibi in l. 111. tit. 18. p. 3.* *D. Castillo tom. 2. controuers. 16. n. 19.* præsertim cum hæc declaratio falsitatis & collatio subscriptionis veræ domini officij, cum ea quæ in exhibita renunciatione continetur, fiat à peritis Notariis, & Tabellionibus quorum declaratio in comparatione litterarum indicium validum præstat, & per se solam facere semiplenam probationem. *Castrensis & reliqui in l. comparationes. C. de fide instrum.* *Menoch. consil.* 112. *n. 29.* *Ant. Thefaur. lib. 1. forens. q. 24. n. 6.* *Farinac. in fragment. 1. part.*

1. part. verb. comparatio litterarum, num. 455. qui alios referunt.
27. *Septimum* indicium falsitatis nascitur ex vitio visibili instrumenti, quia modus subscriptionis huius scripturæ renuntiationis valde differt ab aliis subscriptionibus veris Tabellionis, coram quo renuntiatio facta exhibetur, & ex differentia & dissimilitudine styli subscriptionis nascitur vehemens indicium falsitatis, *argument. text. in capite quàm graui. de crimine falsi. eis verbis, Cum scire debeas Apostolicam Sedem consuetudinem in suis litteris hanc tenere. & ibi, quàm in stylo. cap. licet 5. eodem tit. ibi, Sed hæc due species falsitatis non possunt facile comprehendere, nisi vel in modo dictaminis, vel in forma scripturæ. & probat gloss. in eis iuribus cum Hostiensis, Ioanne Andrea, Ancharrano, Boërio, Anania, & aliis pluribus Farinac. de falsitate, quest. 153. num. 159. & valde notandus textus in cap. inter dilectos. de fide instrum. vbi ex differentia vnius litteræ in nomine Lotharij, vel Luitardi, sumitur indicium falsitatis, & facit singulare consilium penult. num. 56. Socini iunioris lib. 2. vbi conuenit de falsitate instrumentum, quia in inscriptione nomen Tabellionis, qui dicebatur Hieronymus, sine aspiratione scriptum, cum solet Tabellio cum ea scribere, vt refert & sequitur Menoch. conf. 199. num. 10. & lib. 5. præsumpt. 20. n. 29. quanto maius & vehementius erit indicium falsitatis diuersitas omnimoda subscriptionis.*
28. *Octauum* colligitur indicium, quia apparuit ex testatione, & confessione Tabellionis, & aliorum instrumentorum renuntiationis, de cuius valore dubitatur fere quinquaginta dies postquam facta, non fuisse insertum in Protocollo Tabellionis, & tunc in eo appositum postquam mortuus erat ille, qui dominus officij, & de cuius renuntiatione agitur, & ideo scripturæ non habenda fides, & inde contra eam exoritur indicium falsitatis, nam scriptura vt probet, statim quo confecta debet Protocollo inferi, *Auth. de Tabellionibus, collect. 4. §. illud, eis verbis, & vt Protocollum non incidant, sed incertum relinquunt, nouimus enim multas falsitates ex talibus chartis ostensis & prius & nunc, ideoque licet aliqua sit charta (nam & hoc sancimus) habens Protocolum non ita conscriptum, sed aliam quandam scripturam gerens, neque illam suscipiant tanquam adulteram, & ad alia non opportunam, sed in sola tali charta, qualem dum dicimus, documenta scribant. Hæc itaque qua de qualitate talium chartarum a nobis decreta sunt, & de incisione eorum, qua vocantur Protocollo, valere in hac felicissima solum ciuitate volumus, vbi plurima quidem contrahentium multitudo, multa quoque chartarum abundantia est, & licet legali modo interesse negotijs, & non dare occasionem quibusdam falsitatem committere, cui se obnoxios existere demonstrabunt, qui præter hæc aliquid agere præsumserint. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sanctam declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet. idque prouisum, vt fraudibus & falsitatibus obuietur, & facit capit. quoniam contra falsum, de probatio. ibi ita, quod originalia penes scripturas remaneant, vt si super processu iudicis fuerit suborta contentio, possit veritas declarari. l. 9. tit. 19. p. 3. ibi, primeramente deben haer vn libro enque escriuan todas las notas, vbi Gregor. gloss. 1. tradit Tabelliones non habentes prædictas scripturas, tanquam transgressores esse puniendos, & torquendos, vt veritas eruatur. idem probatur l. 13. tit. 25. lib. 4. Recop.*
29. Et faciunt verba D. Couarr. *præct. cap. 19. numero 2. ibi, vnde tenetur Tabellio Protocollo hoc, seu registrum, penes se ipsum seruare, & retinere, quemadmodum constat in dict. capite quoniam contra, & arguitur falsitas, & præsumitur quando scriptura non est inuenta inter solitas scripturas Notarij. Castrensis in l. contra. l. 16. C. de fide instrum. num. 5. in fin. ibi, sicut non esset reperta inter illas scripturas, quia esset suspecta. Cephalus conf. 109. num. 29. ibi, quia inter solitas Notarij scripturas non fuit reperta, Paris. lib. 2. consil. 27. num. 7. 14. & 18. Grammaticus decif. 106. numero 36. in fin. Mascard. conclus. 740. numero 44. Sed scriptura quæ inuenitur extra Protocollo, fidem non facit, vt notat Gregor. Lopezius in leg. 55. tit. 18. part. 3. gloss. 5. Lucas de Peña in leg. rura 14. Cod. de omni agro deserto, lib. 11. vers. quinto queritur, ibi, quod si producat papyrus, vel chartula scripta manu Tabellionis in forma protocolli, seu rogationis in qua continetur quod Titius vendidit & tradidit Seio rem, ita quod nihil deest, nisi subscriptio, vel in Regno, vbi maior solemnitas obseruatur sua iudicij & testium qua tamen chartula non inuenitur in libro, seu quaterno Protocollo, seu rogationum sed alias extra ipsum registrum, & quaternum tanquam abscissa, & separata, & petitur vt iuxta formam iuris communis, aut decretales. capite cum P. Tabellio, extra de fide instrum. aut constitutionis baiulos, in constitut. de officio baiuli, talis scriptura exemplatur & publicetur, aut fieri debeat breuiter; puto quod non, arg. dicta Aubert. ad hæc, supra de fide instrum. & dicto capite ad audientiam, & aliorum iurium præmissorum, & vbi Imperator in dict. Auth. ad hæc verba: Charta que profertur ex archiuo publico, testimonium publicum habet. Ideo cum instrumentum renuntiationis non esset in vita renuntiantis in potestate Tabellionis, sed apud domesticum eius, in cuius fauorem exhibetur renuntiatio, nascitur indicium falsitatis, cum semper in iure caueatur, in loco publico, vel apud Tabellionem instrumenta custodiri, & probatur l. mortis, §. solent. ff. de penis, ibi, solent & sic ne eo loci sedcant, quo in publico instrumenta deponuntur, archiuo fortè, vel Grammatophylacio.*
- Nonum* indicium vitij visibilis de falsitate huius renuntiationis colligitur, quia scripta est manu illius domesticij, apud quem numero præcedenti tradidimus scripturam fuisse, & non in potestate Tabellionis, & cum ab illo scriberetur, magna suspicio nascitur falsitatis. *Auth. de Tabellionibus, §. nos autem, & ibi glossa verb. ipsi per se, leg. 5. tit. 19. part. 3. eis verbis, e otrosi deben guardar que las cartas que les mandaren facer que las hagan de su mano misma e non de otri, vbi latè Gregorius Lopezius gloss. 2. & quamuis in fine glossæ tradit ex consuetudine generali posse ab alio instrumentum scribi; dum tamen sit à Tabellione rogato scriptum: semper autem obseruari debet forma leg. 13. tit. 25. lib. 4. Recopil. & quamuis vna specialitas admittatur, vt ab alio, quàm à Tabellione instrumentum scribatur, non verò, vt qui domesticus in cuius fauorem renuntiatio videtur facta, illam scribit, imò & is pars formalis existimatur, quia curator designatus domino officij, qui minor erat, quando apparet confecta, vel confecta renuntiatio, nec ferendum, vt in sua potestate haberet instrumentum originale, quia plures specialitates concurrerent, contra l. 1. C. de dotis promiss. vbi notatur.*
- Decimum* indicium persuadet, nam dies & testes prædictæ renuntiationis non appositum ex manu Tabellionis, nec ex aliquibus Officialibus eius, nec testium, aut ab aliquo illorum quos dicitur actui interfuisse, & quamuis contextura renuntiationis scripta ab illo domestico, tamen dies & testes, qui ex diuersa manu scripti, à quo scriberentur, omnino ignoratur, & ex hac incertitudine suspicio nascitur falsitatis, & scri



ALLEGAT. XCVII.

De pœna falsi.

scriptura reprobatur, nec proderit dicere ab aliquo qui ibi inueniretur, scriptum quod à Tabellione ignoratur, quia id non admittendum, iuxta verba textus in l. incivilem, C. de furtis, ibi, nam à transeunte & ignoto dicere non convenit, volenti evitare alienam bono viro suspicionem, præsertim cum pluribus renunciationibus eiusdem Notarij quæ exhibitæ, in omnibus constet de illo qui scripserit dies & testes.

32. Undecimum indicium procedit, quia cum quatuor renunciationes factæ essent à domino officij, & is, qui hac renunciatione sibi officium competere intendit, eas Tabellionibus exhiberet, & illi, vt testantur in iudicio dicerent, non posse prodesse, quia non factæ tempore habili, cum à iudice exhiberi eas iuberetur, vt inde colligi possit veritas, & validitas huius renunciationis, respondit is in cuius fauorem factæ, illas lacerasse, & inde oritur vehemens præsumptio falsitatis, vt notarunt Bart. & Doctores in l. si quis id quod, §. 1. ff. de iurisdic. omni. iudic. & in terminis quando laceratio fit vt veritas occultetur, ex Abbate, Alexandro, Baldo, Romano, Mascardo & aliis Baiardus in notis ad Iulium Clarum, §. falsum, num. 215. & addendi plures quos refert Farinac. de falsitat. q. 150. num. 33. & 31.

33. Duodecimum indicium colligitur ex varietate & repugnantia testium instrumentalium, & vltra quàm vnus eorum est consanguineus domini officij, & ideo suspectus, iuxta Alexandrum lib. 1. consil. 133. num. 8. & notata per Butrium in cap. cum dilectus, de consuetudine, ipsi testes in depositione varij existunt, nam vnus testatur manè fuille factam renunciationem, de qua controuersia: alter vespere, iuxta noctem, & in aliis circumstantiis maximè discrepant: vnde quasi variis credendum non est, & præstant præsumptionem falsitatis, & vt singulares testes existimantur, Iason, Antonius de Butrio, Felinus, Grammaticus Caccialupus & Iacobinus, & nec dum semiple- nè in hoc casu testes probare, quia alij eliduntur, & reprobantur ab aliis, ex Rolando, Curtio, Alexandro de Nauo, Costa, Riminaldo & Monticello, quos omnes refert Farinacius in praxi 2. tom. quest. 64. num. 67. quibus addendus D. Valenzuela 1. tom. consil. 92. numero 132.

34. Nec proderit vt testimonia sustineantur, & renun- ciatio ex doctrina textus in cap. nihil obstat narrandi di- uersitas, de verbor. signif. quasi ad concordiam oporteat reduci testium varietas, vel repugnantia, quia id non procedit quoties qualitas testimonij consistit in tempore, sicut in nostro casu, in quo quæstio, an & tempore habili facta renuntiatio, vt tenuerunt An- charran. Aretinus, Alexand. Hondedeus, Georgius, Maranta, Turretus, Pacianus, Ponte & alij, quos re- fert Giurba consil. 79. numero 25. vbi ex l. qui falsa, vel varia. ff. de testibus, in terminis tenet quando casus ex tempore pender, eius discordia in testibus eos red- dit contrarios, vt non probent, & quod Doctores tenent, ad concordiam testium dicta reducenda, non procedat quando sunt plura indicia & coniecturæ fal- sitatis, & cum temporis repugnantia est notoria, vt in præfenti, ex Baldo, Iacobo Butrigario, Bossio, Butrio, Petra, & aliis probauit Farinac. in prax. 2. tom. q. 65. num. 947. nec potest esse concordia quando testis de- ponit manè factam renuntiationem, & alter ves- pere circa noctem, & alia quæ in eorum dictis inui- cem obstant.

Vnde prædictis iudiciis & aliis quæ ex actis appa- rent, falsitatem declarandam, & in fauorem fisci pro- uentiantum.

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fiscal. Pars II.

- 1 Falsi crimen iure Hispano exilio à regno puni- tur.
l. 6. tit. 7. p. 7.
Arbitraria pœna punitur falsitas.
l. 1. §. fin. ad legem Cornel. de falsis.
l. maiorem 4. l. vbi 22. l. damus 22. C. ad legem Corneliam de falsis.
l. eos 27. §. qui se pro milite, ad legem Cornel. de falsis.
- 2 Vitam potest quocumque modo redimere.
l. 1. ff. de bonis eorum qui ante sententiam mortem sibi consciuere.
- 3 Exceptio debet esse de regula.
Adulterij nouiter inducta pœna mortis.
l. quamuis, Cod. ad legem Iuliam de adul- ter.
- 4 l. transigere, Cod. de transact. emendatio refer- tur.
- 5 Transactio procedit aliquo dato retento, promissio.
l. transactio C. de transact.
- 6 Lenocinium est adulterium approbare maritum.
l. lenones, C. de spectaculis lib. 11.
l. mariti 20. ff. ad leg. Iul. de adult.
- 7 Verbum citra, quomodo accipiendum.
- 8 Citra, id est, præter recipitur.
- 9 l. transigere, Doctores qui explicarunt.
- 10 Arbitraria pœna potest extendi vsque ad mortem.
l. vbi 22. C. ad leg. Cornel. de falsis.
Falsitas in rescriptis regis mortis pœna punitur.
l. 6. tit. 7. p. 7.
- 12 Transactio procedere potest in crimine falsi, in quo ex qualitate commissi potest mortis pœna irro- gari.

De pœna falsitatis instrumenti, & noua explanatione l. transigere, Cod. de transactionibus.



VIVS criminis pœna iure Hispano est exilij à Regnis, l. 6. tit. 7. part. 7. & conuenit cum iure communi, cuius pœna falsitatis erat deportatio. l. 1. §. fin. ff. ad leg. Cornel. de falsis. Sed quia ex causæ qualitate & circumstantiis poterat maiori, vel minori pœna puniri, ideo regulariter pœna est arbitraria: l. maiorem 4. l. vbi 22. l. damus 23. C. ad l. Cornel. de falsis, & facit l. eos 27. §. qui se pro milite. ff. eod. ibi, pro admissi qualitate grauiter punien- dus est, & cum Alberic. Platea, Mynfingero, Gofredo, Hostiensis, Angelo, Conrado, Bertazola, Monticello, Iulio Clafo & aliis, probauit Farinac. de falsitate q. 150. num. 21. p. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 4. casu 343. num. 3.

Vnde potest nouiter explicari l. transigere 18. C. de transactio. cuius verba sunt, Transigere, vel pacisci de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non est:

est: in alijs autem criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigerunt, transigere non licet intra falsi accusationem. Duplici difficultate exagitur hic textus.

Prima, nam si in delicto, ubi est pœna capitalis, quæ sanguinis vindictam irrogat, licita est transactio, absque eo quoddam videatur reus transigendo crimen fateri, nam licet ad publicam utilitatem pertineat vindicta delictorum; tamen ignoscendum consueverunt ei, qui sanguinem suum qualitercunque redemptum voluit: quæ sunt verba textus in l. 1. ff. de bonis eorum qui ante sentent. mort. sibi conscinere. Et quamuis innocens qui fuerit in magno vitæ periculo eius discrimen in iudicium deductum, potuit merito quomodocunque illud vitare.

3 Si ergo exceptio debet esse de regula l. quesitum, §. denique, de fundo instructo. Tuschus Practicar. lit. E. conclus. 423. videtur non rectè procedere ea verba, exceptio adulterio, & difficile esse excipi adulterium quod eo tempore d. l. transigere non habebat pœnam mortis, nam multo post irrogata, ex l. quamuis, C. ad l. Iuliam de adulter.

4 In qua difficultate melioris notæ Authoris censuerunt, illa verba, exceptio adulterio, vel delenda ex contextu legis, vel Triboniano referenda, qui in compilatione Codicis attento iure nouo, quo mortis pœna adulterio irrogata, eius considerationem habuit ut exciperet, quod tenuerunt Cuiacius lib. 6. observatio. cap. 11. Antonius Faber lib. 2. coniect. cap. 20. & admisit Donellus ad d. l. transigere, & hanc difficultatem plures ex antiquioribus non præferunt, quasi parum Chronologiæ temporum periti & observatores, quamuis fatigantur in quærenda ratione, quare à criminibus sanguinis & regula, quæ in eis constituitur, excipiatur adulterium. Bartolus, Baldus, Castrensis, Iason, Alexander; Alciatus in eo text. & ex nouioribus Brissonius, Hotomannus, Balduinus, Menochius & alij, quos refert Fachinæus lib. 1. controuers. cap. 8. Conanus lib. 5. comment. c. 5. Corrafius lib. 2. miscellan. c. 1. qui nouem cumulat rationes.

5 Et omiffis pluribus quæ congeri possent, ut integrum volumen completerent, ut de hac lege transigere, librum fecit Anton. del Rio; verè dicendum est, ut quamuis tempore illius legis non esset irrogata pœna mortis adulterio, nec iure Digestorum admissum; tamen aliquando iuxta qualitatem criminis adulterij ex arbitrio iudicis poterat & solebat imponi pœna mortis, ut latè probant Cuiac. lib. 20. observatio. capite 18. Corrafi. ubi proximè. Menoch. lib. 2. de arbitrar. casu 419. numero 40. & ita rectè potuit excipi, & adhuc nullo modo procedere debebat transactio in adulterio, quia cum ex natura transactionis fieri debeat aliquo dato retento, vel promisso, l. transactio 38. Cod. de transactione, inde eueniebat, ut speciem lenocinij contineret transactio, si maritus propter pretium ab accusatione adulterij desisteret, & quodammodo probat adulterium qui pro eo aliquid recipit. l. lenones 6. Codic. de spectaculis, & scientijs. lib. 11.

6 Et cum lenocinium sit graue crimen, & valde legibus odiosum, l. mariti 20. ff. ad leg. Iul. de adulterijs, iunctis quæ ex D. Couarr. Sarmiento, Guterrio & Ovaldo notauit meus D. Franciscus de Amaya ad l. unicam. C. de infamibus, lib. 10. numero 32. ideo non potuit admitti, nec probari transactio quæ lenocinij speciem respiciebat.

7 Secunda verò difficultas d. l. transigere, grauior est, & procedit circa falsitatem; quare prohibita transactio in delictis, in quibus non est pœna sanguinis, quasi in eis tunc cesset ratio, ut ignoscendum sit ei,

qui quomodocunque sanguinem suum redemptum voluit, quid significant ea verba, citra falsi accusationem, vtrum permittatur transactio in crimine falsi, vel denegetur, ut verbum citra respiciat dispositionem quæ permittit transactionem in criminibus capitalibus, & ab eis eximat falsi accusationem: aut interpretandum sit, ut quamuis in criminibus non capitalibus transactio prohibita, id procedat citra falsi crimen, ut in eo transactio permittatur, & qua ratione.

Cuiacius lib. 6. observatio. cap. 11. Goueanus lib. 1. variar. lectio. cap. 30. tenuerunt ex verbis prædictis, transactionem permitti in crimine falsi, illud excipiendo à regula, ut in criminibus non capitalibus, transigere non liceat, & ideo verbum citra, debet accipi pro præter; contra verò tenuerunt Antonius Faber lib. 2. coniect. capite 20. Hotoman. questio. illustr. cap. 21. quod sequuti Alciat. & Donellus ad d. l. transigere, ut verbum citra idem accipiatur quod sine, id est, subiaceat pœnæ falsi qui contra legem transegerit in delictis, quibus non irrogatur pœna sanguinis, vel in accusatione falsi.

Sed omiffis varijs opinionibus, quas in immensum foret recensere, & quæ cumulauit Anton. del Rio ad eum textum, & ultra prædictos notauit Ræuardus, Plaza, Iulius Clatus, Thesaurus, Morla Didacus Perezus, Barbosa, Cardoso, Mantica, Antonius Gomezius, Riccius, & plus quàm centum Doctores, quos eruditè cumulauit D. Augustinus Barbosa in collectanea Codicis 1. part. ad d. l. transigere, ultra eos nouiter quod aliquando Salmanticæ excogitavi, pro eius explicatione afferro, id est, verba citra falsi accusationem, conueniant cum eis, quæ proximè præcesserunt, ut regulare est.

Videlicet, ut quamuis in delictis quæ sanguinis pœnam non ingerunt, prohibeatur transactio, & ea regula videretur comprehendi falsi crimen, in quo pœna mortis regulariter non irrogatur; tamen meritò excipienda falsitas, & in eius accusatione transactio permittenda, & ratio prouenit ex eo quod in principio notauimus, falsitatis pœnam esse arbitrariam, & ultra quod notatur, pœnam arbitrariam iuxta qualitatem delicti posse excurrere & extendi vsque ad mortem, ut ex Baldo, Floriano, Decio, Felino, Maranta, Iafone, Ripa, Alexandro, Crauetta, Socino & alijs probauit Menoch. lib. 1. de arbitrar. questio. 86. numero 5. & 20. Anton. Gomezius tom. 3. variar. cap. 6. num. 8.

Et in terminis pondero textum quem prædicti Doctores non expendunt, in l. ubi 22. Cod. ad leg. Corneli. de falsis. ibi, Post probationem supplicio capitali, si id exigat magnitudo commissi, vel deportatione, ei, qui falsum commiserit, imminente. idque procedit in hac specie quando agitur de falsitate circa scripturas, aut alia acta iudicialia; si verò falsum commissum fuerit in rescriptis, vel alijs Principum mandatis, iure nostro mortis pœna infligitur. l. 6. tit. 7. part. 7.

Vide cum aliquando criminis falsi mortis pœna est, meritò potuit excipi à regula, ut in criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transactio non procedat, & in falsi accusatione admittatur, in qua siue ex arbitrio iudicis, vel ex qualitate commissi, potest imponi mortis pœna, ut ideo transactio permittenda, ex regula & ratione quæ procedit in criminibus quæ sanguinis pœnam merentur.

ALLEGAT. XCVIII.

De confirmatione necessaria ad officiorum Indiarum renunciationem.

- 1 Officia Indiarum egent confirmatione Senatus supremi, ut renunciatio procedat.
l. Manius, l. qui heredi, de cond. & demonstr.
- 2 Confirmatio renunciationis requiritur ut constet, an portio pretij qua fisco competit, soluta sit.
- 3 Regalium est officia publica creare, de vno in alium transferre, & renunciationem confirmare.
l. 1. §. cum urbem, ff. de off. pref. urbis. Authent. de defensor. ciuit. §. nec igitur, coll. 3.
- 4 Minoribus officia renunciare dispensat Senatus.
- 5 Qualitate confirmationis non impleta confirmatio nullius est momenti.
- 6 Condicio non impleta, sub qua aliquid gestum, nullum reddit actum.
l. cedere diem, de verb. signific.
- 7 Condicio potestativa non potest impleri ab herede grauati.
l. qui Romæ, §. Augerius, ff. de verbor. oblig.
- 8 Qualitas adiuncta confirmationi inesse videtur, & debet verificari ut habeat effectum.
l. iuris gentium, §. quiniuno, ff. de pactis. l. fundi partem, §. pacta conuenta, de contrah. empt.
- 10 Renunciatio & confirmatio habet tacitam conditionem si qualitas seruetur.

Officium in nouo orbe Indiarum an possit renunciari sine confirmatione supremi Senatus Indiarum, & ea datâ cum qualitate, illâ non impletâ procedere possit confirmatio?



HT non posse sine confirmatione officium renunciatum obtineri, expressè dicitur pluribus rescriptis & schedulis expeditis die 25. Aprilis anno 1605. & die octaua Iunij anno 1626. refert Antonius Leo de confirmationibus regis 2. part. capite 15. & cum ex forma rescriptorum, qui renunciationem officiorum permiserunt, confirmatio requiratur, sine illa nullum ius acquirere poterit is, in cuius fauorem renunciatio fit, ut ex *l. Manius, & l. qui heredi, ff. de condit. & demonstr.* D. Molina, D. Valenzuela, D. Castillo, Tiraquello, Fusario, Menochio, Surdo, Molino & Zeuallos doctè probauit D. Solorzanus in tom. 2. de Indiar. gubernatio. lib. 2. cap. 26. numer. 39. vbi per totum caput plura de confirmatione eleganter adducit.

- 2 Cuius confirmationis necessitas vltra quàm inducitur ex parte, siue dimidia, vel tertia valoris officij, quæ fisco applicatur, de qualibet renunciatione, ut notauimus alleg. 81. num. 41. & cognoscitur in supremo Senatu, an portio quæ fisco debita, soluta, & quibus qualitatibus & modis prouisio & translatio officiorum facta.
- 3 Plures schedulas quæ rationem & causas huius confirmationis expriment, refert D. Solorzanus d. cap. 26. Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fiscal. Pars II.

num. 27. & quantum à nostris Regibus confirmationis necessitatem iniunctam, etiam cum officia à Rege processerint, & ad illius Regalia spectet illorum creatio & institutio. *l. 1. §. cum urbem, ff. de officio Prefect. urbis. Auth. de defensor. ciuit. §. nos igitur, coll. 3. Mastr. de Magistr. lib. 1. c. 1. & lib. 4. c. 17. n. 13. D. Valenzuela conf. 93. n. 41. D. Castillo tom. 7. controu. c. 41. qui alios referunt, & officia, ut de vno in alium transeant, debent redire ad Principem à quo processerunt, vltra quàm confirmatio eius superioritatem ostendit Crauetta conf. 908. n. 1. Tiberius Decian. vol. 1. responsio 8. n. 225. & vol. 3. responsio 19. n. 139. Bertazol. in tract. de clausul. instrum. claus. 4. gloss. 14. n. 14. & relati à Bernardo Greuæo in pract. conclus. lib. 2. concl. 1. n. 1.*

Deinde in hoc casu ille, in cuius fauorem officium renunciatum, erat minor viginti quinque annorum, & confirmatione in Senatu petita, quamuis dubium adhuc esset, an in minoribus ætatis possit admitti officiorum renunciatio, de quo Antonius Leo 2. p. confirmatio. c. 15. & rectius D. Solorzanus lib. 2. de Indiar. gubern. lib. 2. c. vnico, n. 109. vbi tradit ex schedulis annorum 1612. 1619. 1627. permissum officia minoribus vendi, & renunciari, & in confirmatione datur dispositio ætatis, cum facultate, & interim quoad legitimam peruenerint, per substitutum minores seruire possint officium; ita tamen praxis recepit in supremo Indiarum Senatu, ut pro hac gratia aliquid vltra pretium officij regi solvatur.

Et in hoc casu ita decretum fuit, cum officium esset maximi valoris & authoritatis, videlicet licitoris maioris Cancellaria Limanæ, & renunciatio facta in fauorem Augustini minoris ætatis, confirmatio à Senatu expedita, cum grauamine & conditione, ut duo millia ponderum inferret in fiscalibus scriniis, & minor nunquam illam quantitatem soluit, & renunciationem officij dicebatur fecisse in fauorem cuiusdam consanguinei, qui nec soluere voluit prædictam quantitatem duorum millium ponderum, quasi non essent bona Augustini, cui officij confirmatio in supremo Senatu cum prædicto onere soluendi eam quantitatem data fuit. Vnde ego pro fisco intendebam, ut quamuis renunciatio prædicta in fauorem consanguinei non laboraret vitio falsitatis, de quo alleg. 90. & 91. tamen eo solum quo forma confirmationis impleta non fuit, non potuit ab eo, qui non adimpleuit eius qualitatem, renunciatio fieri, & quasi absque renunciatione officium fisco applicandum.

Quod primò comprobatur, quia ex defectu implementi conditionis confirmatio non potuit operari, ut ex *l. cedere diem, de verb. signif. §. ex conditionali. Inst. de verb. oblig.* ex D. Castillo, Surdo, Velasco, Antonio Gabriele, Parisio & Gironda probauit D. Solorzanus d. lib. 2. c. 11. n. 34. cum seq.

Sed, quod plus est, n. 38. probat quando conditio est potestativa, ut in hoc casu, dandi duo millia ponderum, non posse conditionem impleri ab herede eius, qui in conditione defecit, ex doctrinâ Bartoli in *leg. si decem cum petiero, num. 5. & 6. ff. de verb. oblig.* & quod ibi communiter notatur ius implendæ conditionis potestatiuæ ad hæredes non transire, quasi illorum author illam spreuisse videatur, cum potuit & noluit conditioni parere.

Et confirmat D. Solorz. n. 39. ex *l. qui Roma, §. Augerius, de verb. oblig.* cum Bald. Alex. Iafone, Cyno, Castrensi, Fulgoso, Imola, Tiraquello, Boerio, Galganeto & aliis, quod mirè congruit huic disceptationi, in qua conditio erat potestativa, & non impleta ab eo, cui iniuncta, nec ab eius successore impleta, imò ex prædictis (quamuis vellet quod semper recusauit) impleri non potuit.

Secundo, quia cum adiungitur qualitas confirmationi, debet verificari, vt habeat effectum. Marta de clausulis 1. p. claus. 155. Natta conf. 160. num. 19. Menoch. consil. 75. n. 33. & grauamen soluendi praedictam quantitatem infirmat confirmationem vt inesse videatur in ea, arg. l. iuris gentium. §. quinimo. ff. de pactis. l. fundi partem 79. l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. & eorum, quae ibi communiter notant Doctores, & ex confirmatione conditionali nullum ius nascitur, nisi impleatur conditio, & antea habetur tanquam si non esset, vt ex cap. si pro te, de rescript. lib. 6. iunctis quae ex Menochio & Chalda Pereira notauit ibi Augustinus Barbosa in collect. num. 3. & in terminis D. Solorzanus dict. lib. 2. cap. 11. numero 35. & 36.

10 Tertiò in terminis renunciationis & resignationis, vt eius approbatio cum aliqua conditione, grauamine, vel qualitate nullum ius tribuat, nisi impleatur, quia habet tacitam conditionem, si qualitas seruetur, tenuit Flamin. Parisius de resignatio. beneficio. 1. part. quest. 3. num. 45. & sicut confirmans non vult abdicare à se ius suum nisi seruatis conditionibus, ideo non debet abdicari à confirmante, nisi conditione seruata, ex traditis à Flaminio d. lib. 1. q. 14. num. 7. Farinac. 2. part. nouiss. decis. 386. num. 2. & aliter etiam non acquiritur ius ei, in cuius fauorem facta renuntiatio. Caputaquensis 3. p. decis. 216. num. 3. Flaminus d. quest. 3. num. 95. & 117. Seraphin. decis. 26. num. 1. Rota decis. 419. & 699. num. 4. part. 1. diuers. & decis. 92. num. 1. p. 1. recentior. & decis. 4. n. 2. & decis. 432. n. 2. part. 2. etiam recentiorum.

11 Vnde cum in hoc casu is cui renunciatio officij confirmata fuit à supremo Senatu Indiarum, ea conditione, quia minorerat expedita, vt fisco duo millia ponderum inferret, nec ille impleuit, nec is, in quem postea officium renuntiauit, soluere voluit, nec ex praedictis potuit successor implere conditionem potestatiuam, videtur renunciationem in consanguineo factam non potuisse procedere, nec confirmandam.



ALLEGATIO XCIX.

Fraus ex quibus probetur in taxatione officiorum Indiarum.

- 1 Fisco pars, qua competit ex renuntiationibus officiorum, quomodo procedat.
- 2 Taxatio facienda ad valorem officiorum.
- 3 Valor rei aestimandus ex eo quod vendi potest.
- 4 l. 1. §. si haeres, ff. ad SC. Trebell.
l. si quis uxori § 3. §. fin. ff. de furtis.
- 5 Index aestimare debet rem quanti vendi potest.
l. si seruus 14. in fine princip. ff. de condit. furt.
- 6 Pretium iustum est in quo res vendi potest.
l. fin. C. de iure emphyteutico.
- 7 Pretium licet excedat valorem rei, non annullatur, nisi excessus sit dimidijs pretij.
l. 2. C. de rescind. vendit.
- 8 Fiscalis rei pretium ex eo quod pro ea inuenitur, debet regulari.
- 9 Argumentum vt res valeat quantum pro ea datur, non procedit quando ab ignorante emitur, & venditio non rectè fit.
- 10 Taxatio non inducit rem valere quod taxatur quando fraus interuenit.

- 11 Officia publica hodie ex hominum ambitione pluris aestimantur.
- 12 Pretium rei durare praesumitur, nisi appareat de diminutione.
- 13 Taxator debet esse omni exceptione maior.
- 14 Taxator legitimus non est qui ex taxatione interesse consequitur.
- 15 Facta à Principibus intercessione dilectorum quos dicimus Priuados, suspecta.
l. 15. l. 17. tit. 10. lib. 5. Recop.
l. 1. C. de fundis limitrophis lib. 11.
- 16 Collusionem interuenisse praesumitur quando aliàs magnam quantitatem pluris pro re vendita offert.
- 17 Verba sunt cordis speculum.
- 18 Fisci res vt vendatur, debet subastari.
l. 1. C. si propter public. pensitatio.
l. licitatio. ff. de public. & vectigal.
- 19 Dolus praesumitur quando Iudex omittit facere quod debet.
l. si Procuratorem, §. dolo. l. dolus, ff. mandati.
- 20 Negligentia sola, & qui ex officio aliquid facere debet, arguit dolum.
l. tutor qui repertorium. ff. de admin. tut.
l. si Procuratorem, §. si ignorans, ff. mandati.
- 21 Dolo esse praesumitur qui non vititur omnibus remedijs necessarijs ad actum quem gerit.
- 22 Pretium proprietatis arguitur ex redditibus.
Fiscalis res ad venditionem debent redditus taxari.
l. si quos, C. de rescind. vendit.
- 23 Officia publica, vt bona immobilia considerantur, redditus bonorum immobilium ad unum pro quadraginta regulariter computantur.
- 24 Dolus est difficilis probationis, & praesumptionibus probatur.
l. quia autem, §. si quis simpliciter. ff. si quis omis. caus. testamenti.
- 25 Praesumptiones dua sufficiunt ad probandam fraudem.
c. cum dilectus, de success. ab intest.
c. ille vos, de pignoribus.
- 26 Praesumptiones sunt liquida probationes ad dolum.
l. sciant cuncti. C. de probationibus.
l. licet Imperator 74. de legat. 1.
- 27 Retractus quando competat ei, qui habet rem communem.
- 28 Fiscali competit in rebus publicis petere retractum.
l. necesse, de in diem adiectio.
l. 1. de privileg. credit.
- 29 Fisco competit retractus, id est, tanto, in taxatione officiorum Indiarum.
- 30 Fisci periculo debet fieri venditio post retractum, siue pretium crescat, vel diminuatur.
l. 1. ff. quod quisque iuris.

In venditione & taxatione pretij officiorum, quomodo fraus probetur, & retractus pro eodem pretio, id est, tanteo, quando competat fisco in officijs Indiarum?



- C**UM in absentia fiscalis supremi Senatus Indiarum Rex nostro suo decreto iuberet me illius officium exercere, se obtulit disceptatio iudicialis circa munus licitoris maioris Cancellariae Mexicanae, nam cum ex ordinationibus Indiarum omnium officiorum quae renuntiantur, tertia, vel dimidia pars pretij competat fisco, iuxta schedulas regias, quae de his loquuntur, ut tertia pars solvatur, quando una renunciatio permittitur, si in perpetuum pro prima, dimidia pars valoris pro reliquis, tertia fisco inferatur, ut ex Antonio de Leon refert schedulas D. Solorzano 2. tom. lib. 5. c. unico, num. 105. cum seq.
- 2 Ideo taxatio valoris fit, ut pars tertia, vel dimidia iuxta qualitatem rei fisco solvatur, & cum ad petitionem Nicolai consanguinei & leuiri cuiusdam domestici valde dilecti proregis, fieret taxatio in septuaginta millibus ponderum, quos dicimus *pesos*, quidam Fulgentius natus in ipsa vrbe Mexicana coram Archiepiscopo, qui erat Senator supremi Consilij Indiarum, obtulit pro eo munere centum & decem millia ponderum, ut ad Regem & Senatum referret, quia ille coram Prorege volebat & timebat auctionem pretij facere, eius timens indignationem, quia officium adjudicatum consanguineo domestico Proregis, & minae & promissiones intercesserant ne auctionem faceret.
- 3 Inde quaestio an fraus & collusio in taxatione probata, & utrum Senatus debeat denegare confirmationem venditionis & renuntiationis huius officij in Nicolao, cum ego in Senatu pro fisco peterem retractum, & oblati septuaginta mille ponderibus, nomine & iure Regis vendi Fulgentio.
- 4 Pro fisco primo facit quamcumque rem censeri tantum valere, quanti vendi possit. l. 1. §. si haeres. ff. ad SC. Treb. ibi, Sed aestimandum fundum quanti valet sine hac cautione, hoc est, quanti vendere potest. l. si quis uxori §. 3. §. fin. ff. de furtis. eis verbis, tanti aestimandus est, quanti emptorem potest inuenire.
- 5 Et circa iudicem cui commissa rei aestimatio (ut in hoc casu Proregi munerum, quorum renunciatio fit.) l. si seruus 14. in fin. principij. ff. de condict. furtiua, ibi Iudex aestimare debet, quanti emptorem inuenierit, notatur gloss. Bart. & reliqui communiter in eo textu. Dinus in cap. cum Ioann. de fide instrum. Felinus in cap. cum causa, de testib. Bartholom. Socinus cons. 8. Cephalus vol. 2. cons. 207. n. 15. cum Baldo, Alexand. Mariano, Socino, Cepolla, Lanfranco, & pluribus Bertachin. in Repertorio, verb. res tantum. Mascard. conclus. 1408. num. 4. ex Alex. Nauarr. Soto, & aliis, Morla ad tit. de contrab. empt. q. 6. num. 5. & 6.
- 6 Et hoc esse iustum pretium, probauit Menochius consil. 137. n. 2. & quamuis excedat rigorem pretij, id attendendum, ex l. ult. C. de iure emphyteut. cum Oldrado, Saliceto, Iafone, Ioan. Andrea, Tiraquello, & aliis, probauit D. Couar. lib. 3. var. cap. 14. n. 6. quem sequitur Gratian. tom. 1. disput. cap. 149. n. 27. & referens Bertazolam, idem Gratian. decis. 77. num. 3. & reddunt rationem, quia nisi attendere pretium quod pro re datur, magna praerberetur causa fraudibus, & simulationibus, ut praedictum sentirent qui ex pretio interes-

se consequi sperarent, ut in hoc casu circa fiscum experimur.

Tum, quia licet aliquantulum pretium quod pro officio ab emptore offertur, excederet iustum & rigorosum, tamen iure non annullatur venditio, nisi excessus sit dimidij iusti pretij. l. 2. Cod. de rescind. vendit. cum ibi notatis iunctis eis, quae de pretio maximo, medio & infimo, tradiderunt Soto, Nauarrus, Medina, & Mercado, quos refert Morla in empir. tit. de contrab. empt. q. 6. n. 5. & expressè Molina de iustit. & iure, tom. 2. disp. 347. num. 4.

Et in terminis aestimationis rei quae ad Principem, & eius fiscum pertinet, metiendum pretium, iuxta quod potuisset ab alio consequi, ex Angelo notauit Garonius de iure fisci, art. 19. numero 19. & ultra probat Fulgos. cons. 243. incipit, *Visa copia*, ubi pro regula statuit aestimatiue procedere argumentum, ut res tantum valeat, quantum vendi possit: sed negatiue non procedere, quia non sequitur rem plus valere, quam quod pro ea offerretur, cum possit fieri ut res minus quam valeret, vendatur, propter necessitatem venditoris, fraudem, vel collusionem contractus.

Sed adhuc si praedictum accipiendum, attentis limitationibus Socini reg. 14. quas refert Tusch. practice. lit. V. conclus. 12. num. 8. ut non recte procedat argumentum rem valere tantum, quanti vendi ea possit, si venditio fiat in loco secreto, & non publico, si ementur ab ignorante rei qualitates, vel fiat venditio eo modo, quo fieri non debuit, tamen quia hoc casu non occulte, sed publice auctio pretij facta, & ab eo, qui recte cognoscebat valorem officij, quia in vrbe Mexici natus, & valde peritus eius rei, & coram Archiepiscopo Consilij Indiarum Senatore pretium oblatum recte auctio procedit.

Limitatio praedicta sententiae quae exprimitur a Socino, & Tuscho ubi proxime, non debere censeri verum rei valorem, qui pro ea datur quando taxatio iudicis praecessit, & hoc casu iussu Proregis factam fuisse taxationem apparet, quippe haec limitatio non procedit, quando constaret fraudem & simulationem in taxatione intercessisse, ut in hoc casu, & praedicti tenuerant.

Secundo, quia fraus, & collusio taxationis in septuaginta mille ponderum, inde probatur, quia hoc officium antea ab eo, qui renuntiauit, & ex quo facta taxatio, emptum fuit, pro pretio centum & quindecim millium ponderum, & nunc idem pretium valere arguitur, nam hominum ambitio munera publica, praesertim quae tantae auctoritatis existunt, semper appetit, ut ex Seneca, Tito Livio, Belluga, Camillo Borello, & aliis probauit Bobadilla lib. 1. Polit. cap. 3. num. 65. cum seq. & multo magis hoc tempore procedere notauit Mastrill. de Magistratibus. lib. 1. cap. 30. num. 13. eis verbis, maxime hodiernis temporibus, ubi necdum unicum officium, siue Magistratum, sed & plures simul ambire non pudet. Et valde notandum quod tradit Ioann. Garcia de expens. cap. 4. num. 4. ubi loquens de pretio officiorum publicorum, & circa Tabellionatus Audientiae Galliciae, maxime ad auctam eorum aestimationem, tradit, sed fortassis temporis iniuria, cuius vicissitudine omnia plura aestimantur.

Sed officium hoc valore centum & quindecim mille ponderum pretium, quod pro eo cum a Rege ementur, datum fuit, semper praesumi oportere quando euidenter de diminutione pretij non apparet, probauit Baldus in l. 1. num. 64. Cod. de sentent. qua pro eo quod interest, praesertim, quia modicum tempus intercessit a prima emptione pretij centum & quindecim mille ponderum, quae facta anno 1620. ad taxationem septuaginta millium, quae interuenit anno 1630. nam

quamuis aliàs decennium longum tempus censeatur, non verò ad mutationem rerum Reipublicæ, & officiorum estimationem, & cum hodie offeratur pretium centum & decem millium ponderum, adhuc primum pro officio datum valere præsumitur, iuxta Baldum in *l. per diuersas, q. 4. C. mandati. Cremensem in l. 2. num. 143. C. de rescind. vend. cum Fabiano de Monte, Rolando, Natta, Iosepho Ludouico, & aliis Mascardus concl. 1231. n. 1. cum seq.*

13 Tertiò, nam cum ex tota serie litis appareat Nicolaum, ad cuius vtilitatem taxatio coram Prorege facta, esse consanguineum & leuitum familiaris & domestici nimis dilecti ab ipso Prorege, cum quo nullus alius maiorem potestatem habebat, elegisse taxatores Tabellionem Aulæ criminalis, & alium quem dicimus de Prouincia, & Aduocatos, qui omnes cum à Prorege vt Cancellariæ superiori & capite pendere in officiorum commoditatibus videbantur, verè non habebant qualitates quæ in Iure requiruntur, vt taxator sit omni exceptione maior. Aretinus in *cap. causam, de probatio. notabili 3. cum Francisco Curtio, & Alexandro probauit Mascardus 1. tom. conclus. 654. num. 7.*

14 Et quodcumque interesse quod ex officio potest consequi taxator legitimus, non censebitur, vt tradit Aretinus *cons. 84. numero 3. Curtius iunior cons. 165. num. 20.* ideoque operarios ædificiorum non esse idoneos taxatores eorum, licet periti, quia interesse in illis consideratur vt plura æstimentur ædificia, quorum fabricationi incumbunt, vt ex Ancharrano, Antonio de Butrio, Speculatore, & aliis Mascardus *vbi proximè, num. 11. & 12.* quanto magis in officialibus Cancellariæ interesse considerabitur, cum officij taxatio fieret, vt adiudicaretur Nicolao, in cuius fauorem facta renuntiatio, velle placere Proregi, & illius domestico dilecto, vt eius consanguineus in minori pretio officium consequeretur, nam, vt tradit Seneca *lib. 6. de benefic. cap. 30. Non vides quemadmodum illos in præceptis agat extincta libertas & fides in obsequium seruile summissa, dum nemo, ex animi sui sententia, suadet dissuadetque, sed blandiendi certamen est, & omnium vnum officium, vna contentio quis blandissimè fallat.*

15 Quarto, cum adiudicatio huius officij Nicolao facta, & taxatio procederet interuentu eius consanguinei, & leuiti domestici & dilectissimi Proregis, omnia quæ fiunt à superioribus interuentu eorum, quos chariores habent, quos dicimus *privados*, semper suspecta sunt fraudis & simulationis. *l. 15. ibi, Las que se hicieron por intercession de privados. l. 17. titulo 10. lib. 5. Recopil.* eis verbis, *Por intercession è importunacion de algunas personas acceptas, & in eis fraudem interuenisse præsumitur. l. 1. C. de fraudis limitrophis, lib. 11. ibi, Amouentes quidquid vel potentia cuiuscunque elicit, vel furtina deprecatio, iunctis quæ tradiderunt Doctores in l. sub conditione 7. ff. de condit. instut. Decius in cap. ex parte, numero 37. de rescript. & cons. 382. num. 8. Bald. vol. 5. cons. 311. numero 8. Crauetta consil. 715. num. 10. & consil. 930. n. 14. Mascardus de probation. conclus. 740. n. 39.*

16 Et cum constet non fuisse ausum Fulgentium coram Prorege facere augmentum pretij, & vt ex libello, quem de hac re obtulit Archiepiscopo Mexicano Senatori supremi Consilij Indiarum, constet tam minus, quam intercessionibus, quas fecerunt Religiosi & alij amici domestici Proregis, quorum nomina refert, & tam peculiare & minutas circumstantias, vt solum ex relatione prædicti libelli de veritate querelæ & fraude appareat, & cum hodie maximam summam quæ excedit taxationem quadraginta mille ponderum, offerat pro officio in taxatione, collusionem &

fraudem intercessisse videtur, ex traditis à Menochio *lib. 5. præsumpt. 20. num. 16. & 17. Farinacio de falsitate, q. 153. num. 162. & q. 162. num. 164. Tulcho Practicar. lit. F. conclusion. 44. numero 26. Doctor Augustino Barbosa, qui plures refert, clausula 73. num. 1.*

Quintò affectum Proregis circa Nicolaum domestici dilecti consanguineum, & indignationem in Fulgentium, quia pretij auctionem fecerat, ostendit libellus actus insertus, quem scripserat vxori Fulgentij, cum iste absens esset, in quo Prorex, quamuis valde cautè, scriberet, adhuc animi indicium non potuit celare, quia ex abundantia cordis os loquitur, & semper index eius lingua est, iuxta sacram paginam, & D. Paulum *ad Romanos c. 10. D. Augustinum in tit. Psal. 33. Abulensem lib. 4. Regum, q. 4. &* vt eleganter scripsit Cassiodorus *lib. 6. variar. cap. 2. speculum quidem cordis verba sunt: & in præfatione variarum scribit, contingit enim dissimilem filium plerumque generari, oratio dispar moribus vix potest inueniri. &* vt tradit Baldus in *cap. mandatum, de rescriptis, quem sequitur Curtius iunior cons. 22. num. 12. Cor est Imperator lingue, & eam habet sicut mancipium sub iurisdictione sua. & ideo quamuis Prorex nimis sagaciter scriberet, adhuc specimen indignationis exhibuit, dum Fulgentium ingratitude arguit, eis verbis. *Que era desconocido asu benignidad y que tenia los ojos, cerrados y que debia hauer hecho ante el la postura y no por caminos torcidos que no han seruido sino de inquietud; minus enim cautus & prudens Prorex, nisi ex animo virulento, id non scriberet.**

Sextò fraudem & simulationem huius taxationis arguit, Proregem omisisse plura quæ necessaria, vt inde dolus arguatur; nam cum Proregi constaret minas factas fuisse Fulgentio ne pretij auctionem faceret, cum notitiam haberet libelli auctionis, in quo id enuntiabat, debebat inquirere de eis qui minas fecerunt, & promissiones, vel interuenere ne auctio fieret, aut cum Fulgentius petebat officium publica subhastatione licitari, idque facile erat, & in rebus, in quibus fiscus aliquod potest consequi interesse, fieri debet, vt *argum. l. 1. C. si propter public. pensatio. & gloss. in l. si quos, C. de rescind. vendit. l. licitatio, ff. de publican. & vestig. ex Baldo, Parisio, Saliceto, Fabiano, Peregrino, Afinio, Mantica & aliis nouiter probauit Mangilius de subhastatio. q. 34.*

Et non posse haberi equiorem estimationem, quam per subhastationem cum Angelo, Baldo, Afflicto & Surdo idem Mangilius *q. 38. num. 3.* nunquam tamen voluit Prorex officium subhastari, & quoties iudex omittit quod ordinariè fieri solet, & quilibet faceret, est magna præsumptio doli, nam qui non facit quod facere debet, dolosus præsumitur. *l. si procuratorem, §. dolo, l. dolus, ff. mandati. vbi Bartolus num. 3.* ampliat etiam si diligentiam faceret, si tamen perfectè non fecit. Fulgos. Salicetus, Castrensis, Felinus, Decius, Romanus, Crauetta, Sichardus, Surdus & alij, quos refert Farinacius in *praxi 3. p. q. 89. n. 92.*

Quod magis procedit in eo, qui ex officio aliquid facere tenetur (vt Prorex in hoc casu, cum esset emptor, qui plus licitaretur, debebat officium facere subhastari.) *l. tutor qui repertorium, ff. de admin. tutor. l. si procuratorem, §. si ignorans, ff. manti. Lucas de Peña in l. quemadmodum, numero 6. Cod. de agricol. & censitis, lib. 11. Zephalus cons. 230. num. 1. cum seq. Brunorus à Sole conscrimin. num. 4.* qui ampliat, vt quando obligatio aliquid faciendi nascitur ex officio, tunc sola negligentia, vel ignorantia facit præsumi dolum, & comprobatur ex Ancharrano, Socino & Crauetta, quibus adde Mascardum *de probation. conclusion. 531. num. 80.*

num. 80. Menochium de presumptio. lib. 5. presumpt. 3. num. 66.

- 21 Et generaliter eum, qui non utitur omnibus remediis pertinentibus & necessariis ad actum quem gerit, videtur esse in dolo, ex Baldo, Riminaldo, Crauetta, Mascardo & aliis, notavit Farinacius d. q. 89. num. 96. unde non potest excusari dolus Proregis, eo quod in taxatione huius officij non admiserit subhastationem quæ ab emptore petebatur, quæ necessaria in causa fiscali, & qua de vero valore constaret.
- 22 Septimò ulterius idem confirmatur, quia non solum omisit, vel non admisit subhastationem, sed etiam Prorex non adhibuit diligentiam, & requisitum valde necessarium in omni taxatione rei fiscalis, videlicet æstimare quantum quolibet anno officium valeret, ut inde pretium proprietatis cognosci posset, nam ultra quam regulare est, iuxta redditus pretium proprietatis rei considerari, ex notatis à Baldo in l. si fundos, in fin. ff. de rebus eorum, & in l. 1. num. 22. C. de fruct. & litium expens. Corneo lib. 2. conf. 301. ad fin. adde Pinellum in l. 2. C. de rescind. 3. part. cap. 4. numer. 43. in terminis rei quæ potest ad fiscum pertinere, probat l. si quos 14. ibi, Rei qualitas & reddituum quantitas æstimetur. C. de rescind. vend. & ibi Castrensis num. 2. Iodocus tract. de subhastatio. cap. 3. num. 11. Rolandus vol. 1. conf. 32. num. 33. Peregrin. de iure fisc. lib. 6. tit. 4. num. 5. vers. quintò requiritur. Gratianus tom. 1. discept. cap. 7. n. 19. & 20. Franchis decis. 54. num. 7. Escobar de ratiociniis c. 16. n. 7.
- 23 Octavò id magis procedit, quia dominus officij, qui in Nicolaum renuntiaverat, allegavit illud valere in quolibet anno quinque mille aureos: sed ex adverso Nicolaus id non negavit, verum allegavit tertiam partem valoris diminutum officium, quia dilatio ad excusandam solutionem decimarum executionum, quæ antea solum erat viginti quatuor horarum, postea ad septuaginta & duas horas extensa; & quamvis id verum esset, constat redditus officij valere plus tria millia & trecentos aureos in quolibet anno, & cum officia publica iuxta speciem bonorum immobilium debeant iudicari, ut notarunt Tiraquellus, Alvarus Valascus, Follerius, Bonacina, Surdus & alij, quos refert Auendanius de censibus, cap. 52. num. 1. & cap. 55. num. 7. Felicianus de censibus, lib. 2. cap. 3. numer. 52. qui admittunt, ut quamvis censuum constitutio requiratur fieri super bonis immobilibus; tamen rectè fieri possit in officiis, quæ ut bona immobilia iudicantur; in eis tamen bonis immobilibus redditus ad minus apud nos iuxta computationem quadraginta pro vno regulantur, & in aliquibus Regionibus Hispaniæ longè pluris æstimatio fit, ut in Beturia, & aliis, ideo si consideratio fiat reddituum trium millium & trecentorum aureorum, & iuxta vnum pro quadraginta computentur plus quam centum & triginta millium aureorum, pretium officij censetur, ut appareat quantum distet illud quod taxatum in septuaginta millibus ponderum longè plus, quam dimidium veri valoris, cum quodlibet pondus argenti in vrbe Mexicana in tribus Regalibus minus valeat, quam ducatus, ut etsi trium millium & trecentorum ducatorum redditus ad viginti computentur, adhuc septuaginta mille pondera non attingant valorem, facta computatione ad viginti pro redditibus, idque ultra præminentias officij autoritatem & honores, quæ omnia inæstimabilia, semper censentur, ut inde solum appareat, sine fraude & collusionem non potuisse taxationem pretij officij ad prædictam quantitatem moderari.
- 24 Nonò ex prædictis debet collusio & fraus videri probata, nam difficilis probationis censentur, & ad eam sufficiunt coniecturæ. l. quia autem, §. si quis sim-

pliciter, ff. si quis omissa caus. testam. Oldradus conf. 324. Crauetta conf. 100. num. 20. cum Bartolo, Menochio & aliis, Bargalius de dolo. lib. 4. cap. 8. num. 29. ex Curtio iuniori, Plaza, Paciano, Sforcia & aliis Farinacius in præsi 3. p. q. 88. n. 8.

Et sufficere duas coniecturas, ut dolus probatus censeatur, gloss. in l. instrumenta, C. de probatio. cap. cum dilectus, de successio. ab intestato, cap. ille vos. ibi, Ex duobus tamen, de pignoribus. Ananias conf. 49. Calcaneus conf. 8. Corneus vol. 3. conf. 23. & conf. 41. Prosperus Palecius conf. 121. numero 3. Crauetta conf. 134. numero 39. & conf. 156. num. 7. vbi ex Castrensi, Decio, Imola, Guillelmo de Monte & aliis probat, & postea subiungit eis verbis. Dico quod sicut in materia probabili per testes, regulariter duo testes sufficiunt. l. vbi numerus ff. de testibus, ita in materia per testes non probabili, in qua presumptiones subrogantur, loco testium sufficere debent due presumptiones, ut subrogatum sapiat naturam eius in cuius locum subrogatur, & quod sufficiant due presumptiones ad faciendam plenam probationem in his, quæ liquido probari non possunt, tradit Calcaneus conf. 8. col. 5.

Decimò, quia cum fraus & dolus ex animo pendant, non potest probari testibus, & indicia & coniecturæ circa dolum dicuntur liquidæ probationes, nam cum aliquid fit palam & publicè, quemadmodum requiritur probatio manifesta & luce meridiana clarior, l. sciant cuncti, C. de probation. quando factum est occultum, ut dolus qui consistit in animo, sufficiant iudicia, presumptiones & coniecturæ, quæ subrogantur loco probationis liquidæ. d. l. sciant cuncti. ibi, Vel indicia ad probationem indubitatis. Sicut quando aliquid in die amittitur in domo, aperiuntur fenestræ, ut Solis luce inveniatur; si verò nocte amissum sit, loco Solis deseruit splendor lucernæ, ut inveniatur: ita cum in occulto delictum sit, indicia sufficiunt, quod alias requireret probationem manifestam, facit l. licet Imperator 74. ff. de leg. 1. ibi, In obscura voluntate. Aretinus in l. si is qui, Dig. de adq. hered. Iason in l. cum ea. C. de transactio. Felinus in cap. si cautio, de fide instrum. Barbatia vol. 1. conf. 11. incipit, Scripsit bellissime, unde indicia quæ expendimus, valde iratum Proregem contra Fulgentium, qui auctionem fecit, officium taxari, ut daretur Nicolao consanguineo & leuiro eius domesticis dilectoris, omisisse subhastationem officij, & probationem reddituum, & alia quæ supra notauimus, collusionis argumentum manifestè ostendunt.

Vndecimò, etiamsi prædicta ad comprobationem fraudis huius taxationis non procederent, cum in officij pretio tertia pars fisco competat, poterit ille pro eadem quantitate taxationis retrahere, & ego cum causa ad supremum Senatum deferretur, pro confirmatione officij in Nicolao retractum petij, eo fundamento, quia ex consuetudine generali Hispaniæ & Iuris traditionibus, qui partem in re habet, quando venditur, potest illam retrahere pro pretio quod offertur, idque in venditione iurisdictionum & officiorum obseruatur, & populis permissum retrahere & exercere, vel consumere, iuxta quæ pro retractu quem dicimus tanteo, notarunt argum. l. 2. §. fin. Dig. si libert. ingen. esse dicat. l. si quis §. fin. C. de patrib. qui filios distrax. gloss. in l. 1. vers. retinent. C. de bonis libert. gloss. in §. dominus. Instit. de noxal. Salicet. in l. 1. col. 2. Dig. quibus ad libert. proclam. Ioann. Faber in d. §. dominus. quem sequitur D. Couarr. in cap. quamuis pactum 2. §. 2. num. 4. Vincentius de Anania allegat. 27. num. 19. Franchis decis. 17. numer. 2. addendi Lofredus in cap. Imperialem §. præterea ducatus, vers. nec dominus, de prohib. feudis alien. per Fredericum. Camillus Salornitanus in additio.

ditio. ad constit. Neapol. pag. 32. Lancellotus Gailliana conf. 46. num. 28. Camerarius in d. §. praterea. Camillus de Curte 1. p. quastio. feudal. §. 1. vers. licet autem verissimam, num. 39. §. 4. 74. Rodericus Suarez alleg. 9. num. 6. Montaluo in l. 2. tit. 24. p. 4. Bobadilla lib. 2. Polit. c. 16. num. 12. Azeuedo in l. 13. tit. 3. lib. 6. Recop. num. 6.

- 28 Et ad officium fiscalis pertinere defendere retractum in rebus publicis, & officiis, probauit Aponde de potestat. Proregis, tit. 10. de diuers. pronisio. §. domania terrarum, num. 4. Sed in terminis vt fisco pro iure suo competat hoc casu retractus, idest tanteo, argum. leg. necesse. ff. de in diem additio. leg. 1. ff. de privileg. credit. tenuerunt Gregor. Lopez in leg. 3. gloss. 7. tit. 5. part. 5. & non solum fisco, sed etiam priuato in alienatione rei communis cum fisco competere retractum, ex Baldo, Ripa, lafone, Dueña, & aliis Hermosilla in additio. d. gloss. 7. n. 10. Franciscus Marcus decis. 368. n. 5. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. n. 7. & vide quæ de retractu notauit alleg. 45. per tot.
- 29 Duodecimo in terminis nostri casus sunt plura regia rescripta, quibus filci ius ad retractum in æstimatione officiorum confirmatur, & ex proximè relatis iure fundantur rescripta quæ circa hoc expedita die 23. Martij anno 1622. refert Antonius de Leon in tract. de regis confirmationibus lib. 2. capit. 12. numer. 9. & 10. ex quo & rescripto expedito die 20. Septembris, eiusdem anni, apertè disponitur circa taxationem officiorum, eis verbis, *Yental caso si les constare que los dichos officios tienen mas valor, del que en sus declaraciones disen puedan tomarlos por quenta de mi real hacienda en los precios que las partes quieren que se tasen por las dichas aueriguaciones y los hagan vender en beneficio della y a las personas cuyo Seran les bueluan la mitad, o las dos tercias partes conforme lo que por las dichas renunciaciones constare haauer de pertenecerles en virtud de las cédulas que sobre esto estan desfechadas.* vbi expressè retractus conceditur fisco in hoc casu, ideo quamuis à fiscali Cancellariæ Mexicanæ petitus non fuit, quod fieri debebat, cum esset emptor qui pro officio offerret centum & decem mille ponderum, & plus quàm taxatio facta quadraginta mille, ideo causa delata ad supremum Indiarum Senatium, statim retractum petendum necessarium iudicauit.
- 30 Denique D. Ioannes de Solorzano de Indiarum gubernatio tom. 2. lib. 5. capit. unico, numer. 117. refert prædicta. rescripta, & sine dubio statuit competere fisco ius retractus, & tradit circa id fuisse dubitatum, an si ex filci retractu officium in subhastatione venderetur in longè maiori pretio, quàm taxatio, esset concedenda pars excessus pretij domino officij, qui ratam volebat taxationem; & quamuis in Audientia & Senatu Quitensi ita contra fiscum pronunciaretur, tamen contra Iuris rationem cum fiscus vtens retractu exclusit dominum officij, cui obtulit suam partem taxationis, & filci periculo sit retractus, & postea venditio, iuxta l. 1. §. quod quisque iuris; quemadmodum si minori pretio venderetur officium, Iure filci posset dominus petere à fisco partem quæ ex taxatione competere posset, cui præiudicium retractus facere non debet; ita etiam si pretium taxationis augeatur, non amplius quàm ex taxatione petere poterunt, & insinuant rescripta supra adiecta, & ita tradit D. Solorzano decisum in supremo Indiarum Consilio, & expeditum rescriptum anno 1637. quo expressè hoc dubium deciditur, & absque eo videtur collusionem & fraudem taxatione huius officij interuenisse, & fisco retractum esse concedendum.



ALLEGATIO C.

Magistratum auctoritas.

- 1 Fiscalis muneris est Magistratum auctoritatem defendere.
- 2 Magistratum auctoritas est fulcrum Reipublica.
- 3 Princeps curare debet de Magistratum honore. Magistratus pluribus honorificis titulis condecorantur. l. spadonum 15. §. si ciuitatis, Digest. de excusat. tutor. l. ciues, C. de incolis. cap. Episcopus 95. distinctione. cap. solita, de maiorit. & obed. l. 7. tit. 18. p. 4.
- 4 Consulendi libertas necessaria Magistratibus.
- 5 Magistratus officium multis laboribus subiacet.
- 6 Episcopus electus qui voluit antea mori, quam Episcopatum admitteret.
- 7 Dignitates plures repudiarunt propter earum periculum.
- 8 Regi Hispania magnus labor & cura necessaria in tantis Regnorum prouinciis gubernandis. Reges nihil vt priuati facere possunt, sed totum operari vt Reges.
- 9 Belli labores sunt leuiore, quam regiminis. Authentic. Iusurandum quod præstat ab his.
- 10 Iudicum pericula ex sententiis. Dij ex iudicio Paridis irati. Virg. adducitur.
- 11 Pontificis Clementis VII. amulatio in Carolum V. quia contra eum arbitrium dedit in lite vrbis Ferrare.
- 12 Pontificis Ioannis XXII. periculum calumnie, quia condemnauit Ducem Babiera.
- 13 Carolus V. quia condemnauit Landgrauium bello, & rebellionem impetuit. Philippus Pater Alexandri Magni occisus ex iniusta sententia.
- 14 Philippus Valesius Gallia Rex dupliti rebellionem agitatus ex sententiis latis.
- 15 Franciscus Gallia Rex rebellionem Ducis Borbonij impetuit, quia eum condemnauit in lite. Hungarus, quia in lite condemnatus, vrbem Budam proditoriè tradit Germanis.
- 16 Toribius Galindus, odio Magistratum Cancellaria Limensis excitauit apud Indos seditionem in fauorem Torani.
- 17 Magistratus plures & Pralati occisi pro recta & iusta munerum administratione.
- 18 Iudex qui simulauit se dementem ne in causa difficili iudicaret.
- 19 Furorem simulati plures Sancti vt Episcopatus omitterent. Vlysses simulauit furorem ne duceretur ad bellum Troianum. l. obseruare 6. de curator. furios.
- 20 Imperatores Romani qui maximis honoribus affecerunt Senatores.
- 21 Magistratus valde debent honorari, vt munerum pericula sustineant. Gubernantium arumna describuntur Ecclesiastici cap. 29.

De auctoritate Magistratum, & quantum debeant Principes de ea curare?



AD officium fisci Patroni, ultra plura quæ supra allegat. 8. diximus ad illum pertinere, illud maximè spectat iurisdictionem Principis, & eius iustitiam illam conservari, ut probarunt D. Franciscus de Alfaro de officio fiscalis. Ioannes Garcia, & alij, quos refert Mastrillus libro 5. de Magistratibus, cap. 8. num. 83. nam illud in quocunque Regno magis excellens est, constanter & liberè iustitiam administrari, absque eo quod nullatenus improborum ausu, dolis, vel potentia opprimatur. D. Augustinus, Greg. Nazianz. Petrus Chrysologus, S. Thomas, Diogenes, & Polybius apud eundem Mastrillum lib. 3. cap. 1. num. 43. cum seqq. & cum his diebus adversus Magistratum magni nominis à litigatoribus delatio facta de crimine quod ipsi obiciebant falsè & calumniosè, quia illos in lite damnauerat, & ex accusatione Magistratus, fama, honor, & vita posset periclitari, nisi Deus, qui semper iustitiam tutatur, calumniam detegeret, ex præceptis politicis & iuridicis hæc Maiestati Principis reuerenter pro iustitiæ tutela animaduertenda propono.

2 Magistratum decorem, & auctoritatem esse spiritum iustitiæ, & Regni essentiam, quæ velut corporis vita absque afflatu, ita sine Magistratibus & Iustitia regna sustineri, aut conservari non possunt. Aristoteles lib. 4. Politic. cap. 6. Dion. lib. 51. Isocrates in Rapsodia, cap. 18. Mastrillus lib. 5. c. 3. num. 40. cum Quinto Curtio, Tito Livio, Cornelio Tacito, Valerio Maximo, Iustino, Claudiano, Diuo Augustino, Matthæus Tympius in speculo Magistratus 1. part. signo 16. Montan. de auctoritate magni Consilij, & ibi Boerius num. 10. Maranta de ordin. iudiciorum, in proœmio, num. 20. Azuedo de Curia Pisana, lib. 2. cap. 2. n. 8. Petrus Gregorius & Menochius, quos refert Bobadilla lib. 1. cap. 3. num. 44.

3 Idèò maximè oportet Principem curare de Magistratum auctoritate, ut nihil sit quod possit illam lædere, aut eos impediatur muneris sui obligationibus satisfacere, nam cum Magistratus subditos dirigere & corrigere, adversus illos iudicare debeant, æmulationem & odium excitabunt, nisi maximè condecorentur, ideo multa privilegia eis elargiuntur, & Consiliarij amici Principis nominantur Patricij & Patres sui, & alijs titulis, nominibus honorificis condecorantur, quibus scænt ius Pontificium, Ciuile & Hispanum. l. spadonem 15. §. ficiuitatis. ff. de excusat. tutor. leg. ciues. C. de incolis, cap. Episcopus, 95. distinctione, cap. solita, de maioriute & obedientia. leg. 7. tit. 18. part. 4. vbi Gregor. Lopez glossa 4. Bobadilla lib. 3. cap. 1. num. 24. Azuedo ubi supra. Alberticus de statut. 3. p. 9. 36. n. 3. Mastrillus lib. 5. c. 3. per totum.

4 Et omnes, qui optimè regendi præcepta insinuant, illud maximum censent, & velut omnium originem Iudices & Governatores reuereri & periculosum Regnis esse censent, non tribuere magnam auctoritatem, & venerationem exhiberi Magistratibus, ut possint liberè iustitiam administrare, & Principem suum consulere, nam, ut tradit Salustius in coniuratione Catalina, Animus in consulendo liber, inter alia magnos fecit Romanos. aliàs enim publicus status sustineri non

potest, nam, ut eleganter tradit Plinius in panegyrico ad Traianum. ibi, Quid presidij in ea Republica esse potest, quæ linguam frenat ad nutum sui Principis, ubi videmus curiam elinguem dicere, quod velis periculosum, quod nolis miserum esse.

5 Tum etiam id valde expedit, ut possint Governatores, & Magistratus vincere difficultates, labores & ærumnas, quæ muneris regendi, vel gubernandi copulantur, nam, ut tradit Plutarchus in Apophthegm. si ex duobus esset eligendum, citius in exilium iturum, quam ad suggestum, vel tribunal, & de Themistocle, etiam si ambitione notaretur, refert Ælianus lib. 6. varia historia, dicere solitum, Si mihi duas ostenderitis vias, quarum una ad tribunal, altera ad sepulchrum duceret, multo libentius ingrederer eam, quæ rectè ad sepulchrum duceret.

6 Quod ne aliquis nimis iactantiosum existimet, singulari exemplo firmabo, nam cum Nilamon electus esset Episcopus à Theophilo Patriarcha Constantino-politano, eumque recusantem Theophilus nulla admittita excusatione consecrare vellet, ille horæ dilationem, ut precationi ad Deum vacaret, postulauit, & cum difficultates muneris expauesceret, & se indignum crederet, Deum precatus est, ut mori prius, quam Episcopum consecrari concederet, huic voto Deus annuit, & Nilamon inter precandum expirauit. Referunt Historiæ tripartit. lib. 10. cap. 4. Nicephorus Calixtus lib. 13. c. 37. Annæus Robert. lib. 1. rerum indicatarum. c. 7. pag. 100. nam, ut aptissimè tradit Diuus Cyprianus de Cornelij Pontificis electione lib. 4. ep. 2. Non ut quidam vim fecit ut Episcopus fieret, sed ipse vim passus est ut Episcopatum coactus excijeret.

7 Et ideo ex laboribus munerum publicorum plures magni viri sapientes modestiâ & virtute præditi curarunt, ne officia publica, regna & prælaturas dmitterent, ut constat Exodi cap. 4 lib. 1. Reg. cap. 10. Iudicum capit. 8. 9. 22. & 23. ex prophanis Valer. lib. 4. cap. 1. Volaterranus lib. 23. Antopograph. Æmilius lib. 4. Histor. tripart. lib. 10. c. 14. Metaphrast. in vita Arsenij. Bonifacius lib. 4. decade 21. Crancius lib. 12. Vandaliæ, cap. 8. Blondus lib. 7. decade 2. Sabellico lib. 2. Ennead. 5.

8 Quod à Principe velut à capite ad membra in reliquis, qui regimen & iustitiæ administrationem exercent, demonstrabitur, nam valde notandum quantis vigiliis, laboribus & ærumnis Princeps debeat pro salute subditorum inuigilare, & remotis regionibus, ut in Rege Hispano, salubres leges & decreta edicere, ut etiam ad remotissimas Indorum Orientalium, & Occidentalium Prouincias, eius gubernatio & potentia se extendere debeat, & si quid in ea defecerit, deficiat simul Principis obligatio & munus, illud enim spectat ut pro subditis inuigilet, & Rex commoda sua pro illorum commodis omittat, sui oblitus, ut de subditis recordetur, nihil enim velut homo sibi facere potest, sed totum ut Rex Regno debet, ita eleganter tradit Seneca de consolatione ad Polybium, cap. 26. ibi, Casarè quoque ipsi, cui omnia licent, propter hoc ipsam multa non licent, omnium domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacationem illius occupatio, ex quo se Casar orbem terrarum dedicant, sibi eripuit, & syderum modo qua irrequieta semper cursus suos explicant, nunquam illis licet nec subsistere. Ad quem itaque modum tibi quoque eadem necessitas iniungitur, non licet tibi ad utilitates tuas, ad studia tua respicere, Casare orbem terrarum possidente, impartiri te nec voluptati, nec dolori, nec vili rei potes, totum te Casari debes. Et vnus solus Princeps labores, ærumnas & vigiliis plurimorum, & pro plurimis sustinet, ut ex Platone, Lampridio,

dio, Herodiano, & aliis notauit Adamus Contz. *lib. 3. Politicorum, c. 5. §. 3. & lib. 7. c. 2. §. 1.*

- 9 Ex quo velut ex fonte reliqui inferiores ministri sicut riuuli hanc etiam acerbitatem munerum publicorum experientur, nam, vt tradit Historiographus Lusitanus Ioannes Barrios *decade 2. lib. 10. capite 1. Longè leuiorē sunt labores belli, quam regiminis, nam ex bello ad gloriam itur victoriā inimicorum, ex regimine in odium, ex pœnis delinquentium, & reformatione viutorum.* Et quantum difficultates regendi opprimant Princeps & Gubernatores, denotat Authentica *Insurandum quod præstatur ab his, in principio.* Plinius & alij, quos refert Bobadilla *lib. 1. politica, cap. 15. num. 24.* plura cumularunt Mastillus *de Magistratibus, lib. 1. cap. 30. num. 25.* Nicolaus Bello. *de statu politico lib. 6. discursu 3. pag. 623.* pluribus Magister Marquez *in Gubernatore Christiano, lib. 1. in principio.* Carolus Scribanus *in politico Christiano, lib. 1. c. 1.* Adamus Contzen *lib. 7. politicorum, c. 2. §. 1.*
- 10 Verumtamen ex omnibus huic rei maximè conuenit quando aduersus iudicem, quia reos condemnauerat ex iustitiæ administratione, insultant litigantes, & constet quantis periculis & calamitatibus subiacent qui iudicario munere funguntur, nam cum difficile sit, vt qui in causa ciuili, vel criminali damnatur, acquiescat iustè damnari; semper enim querelas excitant condemnati aduersus iudicem, nam innocens, quisquam prædicatur, & aduersus eum, qui iudicabit, pericula insurgunt vitæ, vel honoris, & ab hoc rabido, vel inuido affectu contra iudicem condemnantem nec Pontifices, Reges, & excelsiores viri exempti, quin ex eo periculum adducerentur, aut illo fœdari videantur, cum Deos suos ita notaret antiquitas, cum apud Virgilium *lib. 1. Aeneidos, vers. 29.* exprimitur æmulatio dearum Iunonis & Palladis, iracundiam & furorē aduersus Paridem, ex eo quod in fauorem Veneris de forma iudicaret, & aurum pomum dedisset, vnde illæ deæ excidio Troiæ causam dederunt, Regnum in quo Paris successor erat. nota verba.
*Nec dum etiam causæ irarum sæuique dolores
Exciderant animo: manet alta mente repostum
Iudicium Paridis, spreteque iniuria forma.*
- 11 Nonnulla exempla proponam, et si *in tomo 2. decisionum* aliqua relata *cap. 98. n. 32.* quibus hæc res manifestius constabit. Et vt ab ordine dignitatum incipiamus, Summorum Pontificum Clementis Septimi refert Paulus Fouius *lib. 31. Historiarum,* cum esset lis inter Ecclesiam & Ferdinandum Deste Ferraræ Dominum, de ciuitatibus Modenæ & Regij, compromissum factum fuit in Dominum Imperatorem Carolum Quintum, vt de iustitia arbitraretur, illeque contra Ecclesiam pro Ferdinando iudicauit. Pontifex valde iratus contra Imperatorem pro arbitrio aduersus Ecclesiam semper maleuoli animi indicia exhibuit: vnde occasionem dedit, vt exercitus Imperialis infcio Imperatore anno 1527. miserabilem expugnationem & deprædationem Romæ faceret.
- 12 De Summo Pontifice Ioanne vigesimo secundo refert Zurita *lib. 6. Annalium, cap. 52.* nam cum in lite quam intenderat Dux Barbieræ aduersus Marchionem Deste pro iuramento fidelitatis quod fecerat pro vrbe Ferraræ, Barberium condemnaret, vt remitteret Marchioni iuramentum, quia declaratum dominium directum Ferraræ ad Ecclesiam Romanam pertinere. Dux valde indignatus aduersus Pontificem pro sententia fautorum dictam congregans in Germania, appellauit à sententia ad futurum Concilium; & petens congregari proposuit & opposuit in eo grauissima capitula excessus, & delicta contra Pontificem, qui iudicauit.

De Imperatoribus & Regibus primò se offert Maximus Carolus Quintus, qui, vt prædiximus, aded iustitiæ religiosissimus, vt condemnaret Pontificem Clementem Septimum, & in lite quam intenderat Landgravius contra Henricum Comitem Nassauium, in cuius fauorem sententiam tulit Imperator in dieta Ratisbonæ, ex quo valde iratus Landgravius de legibus ad arma appellauit, & fautor fuit periculose rebellionis Protestantium Germaniæ, vt refert Paulus Iouius *lib. 32. Historiarum, capite 1.* & Philippum Regem Macedoniae patrem Alexandri Magni pugionis ictibus occidit Pausanias de nobili familia Orestiadum, quia iniuste iudicauerat in querela, quam proposuit de Atalo Regis affini, vt tradunt Iosephus *lib. 11. antiquitatum, c. 8.* ex Diodoro & Iustino Pineda *lib. 6. Monarchia Ecclesiastica, c. 28. §. 5.*

Aduersus Philippum Valesium Regem Galliarum, rebellionem periculosam excitauit Robertus Comes artois, eius leuit, quia in lite quam habuit aduersus Matildem eius amitam, à Rege condemnatus est, & cum falsis instrumentis vellet iustitiam turbare, Rex falsitate cognita, repulit petitionem ex hoc quod valde iustum fuit. Robertus furore plenus in vindictam prorumpens deserens patriam & filios, in Angliam migravit, vt sollicitaret Eduardum Regem vt aduersus Gallum bellum moueret, vt refert Ganginus *lib. 8.* & Paulus Æmilius *lib. 7.* qui etiam tradit, cum idem Rex Philippus Valesius condemnaret Ioannem Comitem Monfortis in lite quam velut hæres matris Iolandæ instituerat pro Ducatu Britanniarum, quasi frater Ducis mortui, & cum contra Carolus Blesensis quasi maritus Ioannæ Claudæ filiæ Guidonis Ducis fratris maioris quam Ioannis Monfortensis, & pro Carolo ex representatione sententia lata esset in Parlamento Parisiensi coram Rege, qui ei præsidebat, Montfortensis querelas excitauit, eo, quia Carolus erat affinis Regis, illum fuisse iniuste damnatum dicebat, & factus exul à patria, vt vindictam consequeretur, in Angliam profugus eius Regem ad bellum sollicitauit, ad quod antea induxerat Robertus, vt tradit Pineda *lib. 22. Monarchia, c. 28. §. 1.*

Ducis Borboni tam nota Rebellio aduersus Franciscum Galliarum Regem, eius affinem (nam semper Regibus Gallis infesti, amuli & fatales sunt eius cognati) inde prouenit, quia in lite quam habuit cum Regina matre, condemnatus fuit: ex quo Regi infestus in rebellionem prorupit, vt tradit Illescas *2. part. historia Pontificum, capite 25. §. 4.* & Paulus Iouius *lib. 39. Historiarum, in princip.* refert de Bonarmissa inter Hugaros nobili & potenti, nam cum in lite quam cum mercatoribus habuit, condemnatus fuit, presumens suis aduersariis fauorem dedisse fratrem Iorgium Croacum Episcopum Beradini, Gubernatorem Regni, & tutorem Reginae, infidelis patriæ, & perfidus proditoriè Germanis, & Duci eorum Rocandolfo tradidit urbem Buda quam obsessam habebant.

Et apud Indos Occidentales, Toribius Galindus Tabellio, coniurationem fecit cum aliquibus fautoribus, vt fauerent Franciscum Ferdinandum Gironem, qui rebellionem excitauit anno 1554. vt Tyrannus fieret Peruani Imperij, ad quod Tabellio inductus ex odio & inimicitia aduersus Senatores & Magistratus Limensis Cancellariæ, quia ipsum in litibus, damnauerant, & aduersus eum iustitiam administrant, vt refert Antonius de Herrera *in Historia generali Indiarum, decade 8. lib. 10. c. 4.* ex quibus exemplis etiam si aliqua alibi retulimus, conducit subiungere, vt de periculo Magistratum appareat.

Ex quibus, vt notandum Principibus, proponimus quantum oporteat suis Magistratibus & iudicibus fauere,

fratere, quia nec Pontifices, Reges, siue alij excellentes viri, exempti fuerunt ab emulatione, iracundia contra iudicem, vt in Clemente VII. Duce Baucrio, Landgrauio, Comite de Artois, Comiti Monfortensi, Duci Borbonio & alijs, retulimus, nec etiam qui iudicantur, liberati fuerunt à periculis iudicandi, vt in Pontifice Ioanne XXII. Philippo Macedoniae Rege, Carolo V. Philippo & Francisco Regibus Gallia, & alijs animaduertimus, vt inde notetur quantum priuatus quisque Iudex, vel Magistratus periculis subiacebit, si potentiores pro iustitiae administratione condemnauerit; tunc enim vitae, honoris & bonorum periculo suppositus, vnde plures Gubernatores, Praelati & Magistratus occisi fuerunt, quia debite munere Gubernatoris, vel iudicis functi sunt, & Andreas de Isernia, quia aduersus Gallum sententiam protulit, ab eo Neapoli occisus fuit, vt tradit Afflictis in *constit. Neapol. lib. 3. rubrica 5. num. 11.* & Abbas Ordinis Benedictinae à Monacho occisus, quia nimis rigide Religionis obseruantiam in subditis inferebat, vt tradit Frater Anton. de Yepes in *chronica Ordinis S. Benedicti 2. p. num. 191. & 197.* Alia plura de Episcopis, Magistratibus, & Gubernatoribus, qui occisi fuerunt, quia iustitiam administrant, & officijs pro munere functi sunt, ex Vincentio, Burgos de Pace & Capitio Bobadilla *lib. 2. politica, cap. 13. num. 23.* ex Sapiano, Cagnolo & alijs multa historiae exempla refert etiam Bobadilla *lib. 1. politica, capite 15. num. 27.* etsi nulla ex praedictis quae retulimus, referat. Adde quod de Valerio Flacco Consule tradit Sabellinus *lib. 4. Ennead. 6.* qui propter sententiam in Quaestorem latam vitam & imperio spoliatus est. Alia pete ex Valerio Maximo *lib. 9. c. 7. & 8.* Crantzio *lib. 9. Vandalia, cap. 14. & 16.*

18 Et vt appareat quam timendum & ærumnosum sit muneris iudicandi officium, vt valde notandum refero quod tradit Zurita *lib. 2. Annalium, cap. 13. & lib. 11. cap. 32.* nam inter nouem iudices, qui electi fuerunt in Regno Aragoniae, in oppido de Calpe, quando post mortem Regis Martini regnum vacauit, vt declararent cui regni successio deferenda, tunc cum alijs electus fuit Xinerius Rebaza, vir nobilis & Iurisprudentia doctus, cui opposuit eius gener Francus de Perculus incapacem esse & dementem, & informationem dedit, idque omne simulatum fuit, fictaque & affectatae demonstrationes, quas de furore dedit Xiner Rebaza, vt tradit Zurita, non ex mentis defectu, sed ex nimio iudicio, ex metu & angustia iudicandi in re tam magna.

19 In quo se dementem simulans imitatus fuit plures viros sanctos, qui pro dementibus haberi voluerunt, furorem simulantes, ne ad Episcopatus munera publica eligerentur, vt ex sancto Efrene refert Sozomenus *lib. 1. cap. 15.* ad plateas & vias publicas exire, furiosi & amentis signa exhibens, vt excusaret Episcopatum, ad quem electus, & electores furorem certum existimantes, alium elegerunt. Alia exempla retulit sanctorum virorum Frater Ioannes Nauarrus in *vita sancta Ioanna de Cruz, lib. 1. cap. 13. in annotationibus, pag. 147.* Et de Vlysse refertur se furiosum finxisse, duodus canibus terram arasse, salemque pro frumento seminare, vt excusaret se Ducem esse Graecorum, à quibus electus erat contra Troianos, vt ex Homero, Ouidio & Bocacio, tradit Bobadilla *d. l. 1. Politica, cap. 15. num. 27.* idque insinuauit Vlpianus in *l. obseruare 6. ff. de curat. furios.* monens Praetores magnam curam adhibere circa excusationes illorum, qui à muneribus publicis se eximere intendunt, addens rationem ibi, *Quoniam plerique furorem, vel dementiam fingunt, quo magis onera civilia detrectent.* ex Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

quo apparet, quale quantumque ærumnosum sit iudicandi & regendi munus, cui vitae, fama & bonorum periculum copulatur, si existimauerint plures factus esse pro dementibus & furiosis haberi, quam iudicandi periculis & laboribus subiici.

Vnde oportet Principem honoribus & beneficijs²⁰ prosequi Gubernatores & Magistratus, vt possint confidenter vincere pericula & difficultates munerum publicorum, aliàs enim quisque validissimus ea timebit, & inde Cornelius Tacitus *lib. 3. Annalium,* refert, ibi, *Claudius, quaestores rursus imposuit, isque ne metu offensionum segniter consulere, extra ordinem honores permisit.* Idque etiam similiter fecerunt alij Imperatores, vt tradit Spartianus in *vita Adriani,* & de Nerua & Adriano tradit Alexander ab Alexandro *lib. 4. dierum genialium, capite 11.* eis verbis. *Diuis Nerua & Adrianus iurauerunt se nunquam Senatorem, nisi ex Senatusconsulto, puniuntur.* & idem Alexander ab Alexandro. *Alexander Seruus Imperator nullam à Senatu dimisit, neque laiclanium ademit, aut poena affici passus fuit, nisi de consilio Senatus.* Et Dio etiam de Nerua retulit in eius vita, ibi: *Diuis Nerua iurauit in Senatu nullum à Senatoribus suo iussu interfectum iri, idque insurandum facta etiam consuratione contra se ratum habuit.*

Quod omne necessarium est, vt iudices & Magi-²¹stratus possint confidenter iustitiam administrare, & vincere calumnias, quibus solent subiaccere, vt notarunt S. Athanasius in *Apolog. ad Constant.* Diuis Augusti *lib. 2. de ciuitate Dei, cap. 9.* Sidonius Apollinatis *lib. 1. cap. 11.* iunctis notis Sauaronis, Lucianus *dialago de non credendo calumnia.* Arnobius *lib. 3. contra gentes, num. 33.* Petrus Gregor. *lib. 38. Syntag. Iuris, cap. 6.* & mirè iudicum & Gubernatorum labores, & pericula expressit Cicero in *oratione pro Lucio Flacco 2. part.* ibi, *O conditiones miseris administrandarum prouinciarum, in quibus diligentia plena simulatum est, negligentia vituperationum, ubi securitas periculosa, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciofa, frons hominum familiaris, multorum animus iratus, iracundia occulta, blanditia aperta, venientes Praetores expectant, praesentes inseruiunt, abeuntes deserunt.* & melius expressit Ecclesiasticus *capite 29.* ibi, *Donec accipiunt, osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam, & in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba radij & murmurationis.* quasi semper qui gubernationi & iudicandi muneri praesunt, dolis, fallacijs, simulationibus & calumnijs subditorum subiaceant, & nihil ab illis, nisi damna & pericula, possint sperare, quibus ea solam medebitur Princeps, si de Magistratuum auctoritate maximè curauerit, & in sequentibus allegationibus etiam probabimus.



ALLEGAT. CI.

Delationibus contra Magistratus Princeps non deferat.

- 1 Magistratibus opti. is subiaccet calumnia.
- 2 Cato maior quadragies septies reus calumniosè postulatus.
- 3 Sanctus Damasus Pontifex falso accusatus est de adulterio, & alijs criminibus.
- 4 D. Gregorius Magnus graues calumnias est passus.
- 5 Pontifex Leo III. varijs emulationibus falsis fuit agitatus.

L

Pasca

- Pascalius I. de duobus homicidijs falso accusatus.
- 6 Pontifex Leo IV. plures calumnias sustinuit.
Pontifex Ioannes XIII. multas iniurias ab inimicis passus.
 - 7 Pontifici Gregorio VI. multa falsa crimina obiecta.
 - 8 Sixtus V. plures emulationes & calumnias in Ordine sustinuit.
 - 9 Rex Alphonsus nomine Castus, pluribus calumnijs à domesticis exagitatus ad monasterium fugit.
 - 10 Praeses Baca de Castro post egregia opera in sedandis Prouincijs Peruanis duodecim annis in arce calumniosè detentus liber euasit.
 - 11 Princeps non facile credat delationes contra Magistratus.
Genesis cap. 19.
Genesis cap. 18.
 - 12 Pater subditorum est Princeps.
 - 13 Magistratus credendum iuste munere fungi.
l. 1. §. 1. ff. de officio Praefecti Praetorio.
 - 14 Domitianus Imperator odio habuit delatores.
 - 15 Carolus Scribanus adducitur.
 - 16 Accusator Sacerdotis non facile credendus.
c. si qui sunt 17. 2. q. 7.
 - 17 Innocentius III. non credidit Regi Hispania accusanti Episcopum.
c. cum in inuentute, de praesumptionibus.
Principem iuste agere praesumitur.
Accusator & testis, ut idem sit non admittendum.
cap. inquisitionis, §. tertia dubitationis, de accusatione.
c. accusatores 3. q. 5.
 - 18 Litigantium & delinquentium versutia iudicem falsis delationibus & libellis sine auctore calumniare.
 - 19 Maximi Tyranni contra Eciun calumnia ut imperio potiretur.
 - 20 Libelli sine subscriptione legibus nostris improbati, & iure procedere non possunt, nec admitti.
Pragmatica anni 1623. c. 20.
l. 3. tit. 13. lib. 2. Recop.
 - 21 Syndicatus & visitatio Magistratum à Principe non discernenda ex libellis sine auctore.
Philippus II. non permisit supremum Castella Senatum visitari, & ipse testes examinavit in visitatione Consilij Aragonum.
 - 22 Magistratus superioribus non debent facile exprimi syndicati.
 - 23 Magistratus debent subditis esse spectabiles, & venerandi.
 - 24 Seditiosi in Castella tempore Caroli V. petierunt, ut ad obedientiam redirent.
Senatus & Cancellarias crebro visitari.
 - 25 Magistratus in eo maxime excellere debent, si constantes fuerint, & auaritia vacauerint.
 - 26 Lib. 4. Regum cap. 5.
Naman plusquam miraculo sanitatis sua lepra ad Deum verum cognoscendum commotus, quia Eliseus Propheta eius munera non admisit.
 - 27 Clementica & seueritatis inter extrema magis ferenda seueritas qua subditos contine, quam clementia qua solet contemptum inducere.

An delationes Princeps facile credere debeat aduersus Magistratus, quia optimi subiacent calumnijs.



VLLI maioribus periculis & falsis insinuationibus expositi sunt, quam optimi Magistratus, nam cum ex amore iustitiae, & virtutibus suis improborum vitia horreant, & ex munere suo perfequi debeant omnes qui vitiis debacchauerint, insurgunt aduersus eos, qui praepositi sunt correctioni, & vindictae.

De Catone maioti, eloquenti Oratore, insigni Duce, iusto & excellenti Senatore, traditur quadragies septies calumniosè reum factum, sempèrque absolutum, valuit enim plus innocentia & eloquentia, quae humanis rebus dominatur, quam omnis inimicorum insidia, ut referunt Plutarch. in eius vita. Sabellicus lib. 1. c. 6. Theatrum vitae humanae vol. 4. lib. 2. pag. 1122. & ex Valerio Maximo lib. 3. cap. 7. tantum fiducia in sua innocentia reposuit, ut ab inimicis in quaestionem publicam deductus, Tiberium Gracchum, à quo in administratione Reipublicae ad vltimum odium desidebat, iudicem deposceret.

Sanctus Damascus Pontifex falso accusatus fuit de adulterio, & innocentiam suam defendit in Concilio quod congregauit quadraginta Episcoporum, in quo absolutus fuit, & decretum factum, quod insertum in corpore iuris, quo statutum poenam accusati irrogandam accusatori, si de calumnia constaret. cap. calumniator 2. q. 3. S. Damascus epist. 3. ad Stephanum, Ille scas in Pontificum historia 1. p. lib. 2. c. 6.

D. Gregorius Magnus etiam passus est graues calumnias & accusationes, & aemuli post eius vitam durarunt, adeo ut vellent omnia eius opera incendio absumere, & igni tradiderunt Ioan. Didacus in eius vita historia Pontificum 1. p. lib. 4. c. 2.

Et Pontifex Leo Tertius sanctissimus, & cuius meritis Deus plurima miracula operatus, varijs emulationibus agitatus, & plurium criminum accusationes passus fuit, ut tradit Aemilius lib. 2. Annalium Francorum, anno Domini 800. Historia Pontificum ubi proxime d. cap. 2. Pontifex Paschalius Primus calumniosè accusatus de duobus homicidijs coram Imperatore Ludouico Pio, & criminum purgationem fecit in Synodo triginta Episcoporum.

Pontifex Leo Quartus apud Lotharium Imperatorem plurium criminum accusatus, & contra Pontificem Ioannem decimum tertium multae exortae calumniae & falsi testes, ex quo carceri mancipatus fuit, & eius aemuli iniurias irrogarunt, ex quo Otho Imperator valde iratus, condemnauit accusatores flagellis caedi, furcà suspendi, cum notando supplicij modo, ut tradit Fulg. lib. 6. c. 11. Historia Pontificum d. lib. 4. c. 36. 41. & 73.

Sancto Pontifici Gregorio sexto plura falsa crimina obiecta, & post eius mortem miraculo Deus eius aperuit innocentiam. Platina in eius vita, Theatrum vitae humanae vol. 5. lib. 4. pag. 1303.

Et Sixtus Quintus magnas in sua Religione emulationes sustinuit, ex integritate, & constantia, qua munera quae ante Pontificatum habuit, exercebat, ut inimici sui facerent illum priuari officio Procuratoris Generalis sui Ordinis, ut refertur Historia Pontificum 3. p. in vita Sixti Quinti, c. 3.

Et cum inculpatae vitae esset Rex Castellae Ildephonsus, Casti nomine, aduersus eum coniurarunt dome

domestici & ministri plures, obiiicientes calumnias, quibus vitandis in vndecimo anno sui Regni in Areliense Monasterium fugit, vt tradit Mariana *de rebus Hispania lib. 7. c. 9.*

10 Et vt inferiorum exemplum sit, illud sufficet Præfidis Bacæ de Castro prudentissimi, validi & sapientis, qui electus ad sedandos tumultus Imperij Peruanij, cum omnia rectè disponderet, & multos labores sustineret, & tumultus pacaret, fructus operæ fuit magnis calumniis & criminibus accusari, quorum causa duodecim annis detentus fuit in Arce villæ de Arcualo; & quamuis postea calumniâ detecta absolutus fuit, & rediit ad Senatum regium, cuius Senator erat, tamdiu calumniosè detentus, nam si antea vitam finiret, relinqueret famam & honorem maculatum.

11 Ex quibus, & alijs plurimis exemplis, quæ facile congeri possent, cum tot viri magni, sancti & sapientes Pontifices, Reges & Magistratus falsis subiacerent delationibus, apparet quàm cautus in eis credendis Princeps esse debet, iuxta doctrinam sacræ Scripturæ, nam, vt in ea traditur *Genesis cap. 39.* etiam si vxor Putipharis, de qua confitebatur, experientia & amore eam credere debens, de seruo Ioseph querelam dedit, eiusque pallium, quod in manibus exhibebat, persuadere posset, adhuc traditur ibi, *His auditis, dominus, & nimium credulus verbis coningis,* quasi videretur facile in credulitatem impulsus, quando contra seruum etiam ex vxoris testimonio irascere.

12 Et quamuis populus Sodomæ ad eò improbus erat, & tot criminibus debaccharetur ex clamore peccatorum, qui peruenit ad cælum, adhuc videtur noluisse Deum credere; sed dixit ad Abraham *Genesis cap. 18.* *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatum est nimis, descendam, & videbo vtrum clamorem hunc opere compleverint?* Si enim Deus detrahit fidem peccatis manifestis, & veritatem eorum, etsi non egeat certioratione, indagare procurat: quanto magis Princeps, qui velut Pater subditorum & Magistratum existimatur, vt ex Cassiodoro, Claudiano, & Paulo Iuriconsulto probauit D. Franciscus de Amaya *lib. 1. obseruationum, capit. 1.* debet non facile Princeps Magistratum detractiones admittere, & contra illos delationibus deferre.

13 Nam cum semper credi oporteat viros probos ad Magistratum assumi, & illos iuste munus exercere, vt traditur in *l. 1. §. 1. ff. de officio Præfecti prætorio,* eis verbis. *Credidit enim Princeps eos, qui ob singularem industriam explorata eorum fide & gravitate ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter indicaturos esse pro sapientia & luce dignitatis suæ, quam ipse foret indicaturus.*

14 Et Domitianus licet improbissimus, tamen delatoribus fidem non dedit, sed eos variis pœnis coercuit, vt constat ex Martiali in *Amphitheatro, Epigram. 4.* Iustus Lipsius & alij, quos refert eruditus noster D. Laurentius Ramirez de Prado in *eius commentarijs,* nam, vt tradit Suetonius in *vita Domitiani, Princeps qui delatores non castigat, irritat.*

15 Et huius facti exemplum Regibus Christianis propinat Carolus Scribanius in *institutione Politico Christiana. libro 1. capite 17.* eis verbis. *In omni saltem delatione meminerint dexteram semper aurem reo dare, & delatori sinistram, potiore nimirum dignitatemque illi partem, non potest hic peccare moderatione, potest credulitate, cogitet plurima occurrere quæ accusatorem impellant, error, suspicio, zelus, emulatio, odium, timor, premium, facilitas in credendo; suspendat deinde sententiam in omni delatione.*

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

ratione, tacitusque secum singula delatoris despiciat, delictum personam deferentis, ac delati vtriusque vitam & mores, narrationis modum, circumstantias locorum, temporum, personarum audiant, deinde reum placidissimo vultu & ore obseruet, in eo singula non minus, quam in accusatore, nec quicquam statuatur nisi in re compertissima, plus semper reo & clementia tribuat, quam accusatori, & seneritari: nam si finis esset accusasse, Princeps reus stare, & optimus quisque in quem fere improbitas insurgit.

Et in Iure similiter traditur, si quis accusauerit Sacerdotem, cautè & nisi præuia discussione non esse credendum, quod equidem etiam obseruari oportet in Magistratibus, qui iustitiæ Sacerdotes dicuntur *l. 1. ff. de iustitia & iure.* & nota verba textus in *c. si qui sunt 17. 2. q. 7. ibi, non oportet eos à iudicibus Ecclesie audiri, antequam eorum discutiatur estimationis suspicio, vel opinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua conscientia, quove merito, si pro Deo, aut vita, pro vana gloria, vel inimicitia, vel odio, aut cupiditate ita præsumpserint, vel ne.*

Singulare & valde notandum extat exemplum in *17. c. cum in inuenture, de præsumptionibus.* vbi cum Rex Vngariæ coram Pontifice Innocentio III. de incesto accusaret Episcopum quinque Ecclesiarum, noluit Pontifex accusationem admittere; attende verba textus ibi, *Quia tamen eius suggestio non de charitatis radice procedere videbatur, nolimus aures nostras quasi malignis delationibus inclinare.* si enim accusator Rex ipse pro quo præsumptio est, iuste procederet, vt ex gloss. in *l. relegati, C. de pœnis, c. cum à nobis, in fin. de testibus, Clement. vnica, de probationibus.* Cynus, Alciatus, Romanus, Grammaticus, Hippolytus de Martilijs, ex quibus hanc esse præsumptionem iuris, quæ non admittit probationem in contrarium, tenuit Menoch. *lib. 2. præsumpt. 10. num. 7.* non admittitur eius delatio aduersus Episcopum, de cuius opinione nihil improbum Pontifici insinuat, quanto minus credendum est reo ab ipso iudice condemnato: nam isti odio in iudicem libellis sine subscriptione delatores fiunt, & postea eius quod ipsi fabricarunt, testimonium ferunt, vt idem sit accusator & testis, contra Iuris rationem. *cap. inquisitiones, §. tertia dubitationis, de accusat. c. accusatores 3. q. 5. Trevisanus lib. 2. decis. 29. Iodocus in praxi, rubrica de reprob. test. n. 12. Farin. de testibus, q. 60. n. 64. Bobad. lib. 5. c. 1. n. 66.*

Nam illa maior delinquentium & litigatorum, qui iniuste causam agunt, versutia est iudicem calumniare, vt inde vigorem administrationis iustitiæ aliquantulum remittat, vt ex Iusto Lipsio tradit eruditus Ioannes de Solorzano *lib. 1. de iure Indiarum, c. 6. n. 39.* & ideo Magistratibus falsas obiiiciunt delationes, quas libellis sine authore aduersus illum Principi insinuant, vt de Ministro diffidat.

Qua calliditate & versutia maximus, vt tyrannidè imperium consequeretur, illud primum cogitavit, vt à latere Valentiniani Imperatoris excluderet Illustrissimum Ducem Ecium, qui vicerat Atilam, & eius factorum ac nominis gloria apud omnes inualuerat, & falsis & calumniosis insinuationibus plura contra Ecium opposuit clancularijs libellis oblati, prodicionem simulans, & cum Atila Ecium foederatum, quibus inductus Imperator illum occidit, & post eius mortem Maximus imperium usurpauit, eoque Valentinianum priuauit, vt appareat Regni propugnaculum destruere, qui inducit Principem vt diffidat de ministris, aut eis aliquantulum fauorem, vel auctoritatem detrahat, vt quidam miles de morte Ecij Valentinianus edixit, *sua manu dextra amputasse sinistram,* vt tradit Baptistia Ignatius *lib. 2. c. 2.*

E 2 Indè

- 20 Indequè prudentissimè Rex noster Philippus quartus in pragmaticis ab eo editis iubet libellos sine subscriptione, in quibus de accusatore non constat, non admitti, vt constat ex capitulis Reformationis anni 1623. c. 20. quod antea edixerat Imperator Traianus, respondens Plinio iuniori Prouinciæ Proconsuli dum scriberet aduersus Christianos plures libellos sine subscriptione datos, & cum in Religione ad eò supersticiosi existerent Romani, tamen rescripsit Traianus, sine auctore propositi libelli nullo crimine locum habere debent quia mali exempli, nec nostri sæculi est. refert Plinius lib. 10. Epistolarum, & Illecas in historia Pontificum 1. p. lib. 1. cap. 7. & similes libelli sine subscriptione expressè à iure communi reprobantur in cap. inquisitionis 21. §. 3. de accusatio. & idem probantur Auiles cap. 2. Prætor. verb. an iustitia, numero 18. Segura Daualos in director. iudicium 2. p. c. 3. numer. 10. Menoch. conf. 94. num. 18. Iulius Clarus in praxi, qu. 5. num. 4. & 973. num. 42. Baiardus in additionibus ibi. Ambrosinus decis. 50. num. 30. Mastrellus de Magistratibus, lib. 6. cap. 2. num. 47. & 27. Bobadilla lib. 5. Polit. cap. 1. num. 74. & 75. D. Perez de Lata lib. 2. anniuersaliis & Capellanis, cap. 4. n. 123. & facit l. 3. tit. 13. lib. 2. Recopil. 21.
- 21 Vnde ex his libellis non debere Principem visitationem, vel syndicatum aduersus iudices & Magistratus facile decernere, notauimus 2. p. dec. Granatens. 98. num. 44. idque præ oculis habuit prudentissimus Rex noster Philippus Secundus, nam, vt tradit Ludouicus Cabrera in eius historia lib. 2. cap. 21. non nisi rarò visitatores & syndicatus permittit, vel decreuit Senatuum & Cancellariarum, nec vnquam voluit syndicare Senatum supremum iustitiæ, edicens si visitari deberet, per se ipsum visitationem faciendam, & in syndicato Consilij supremi regni Aragonum Rex ipse cœpit testes examinare, vt tradit eius Historicus Antonius de Herrera in Historia Indiarum, decade 7. lib. 6. cap. 4. & rationem reddere solebat, nam cum Iudices sine timore debeant aduersus improbos procedere, iuxta illud Ecclesiastici cap. 7. Noli fieri Iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem petentis, & ponas scandalum in agilitate tua. id eò prudentissimè prouidit ne facile delatores in Magistratus insurgerent, & calumniis minus audaces redderent.
- 22 Magistratus superiores qui tali experimento virtutibus, & prudentia eligendi, debent excessus corrigere subditorum, quibus permitti non potest facta Magistratum facile calumniari, vt tradit Valerius Maximus lib. 7. cap. 2. Titus Livius lib. 29. anno ab Vrbe condita 549. ibi. Gna. Bebius Tribunus plebis Claudium Neronem & Liniu Salinatore ob nimis asperè actam censuram reos postulare apud Senatum, causa dicta suo decreto liberant vacuum omnis iudicij, metu eum honorem reddendo, quia exigere debet rationem, non reddere. & de Quinto Metello tradit Platin. lib. 1. de optimo ciue. Theatrum vitæ humanæ volum. 3. lib. 5. pag. 767. eis verbis, De optimo ciue Quinto Metello. qui repetundarum accusatus causam dixit, & Tabula administrationis inspiciendæ iudicibus tradita omnes qui presentes aderant avertere oculos, indignum rati chartæ, & non integritati eius fidem præstari, cui populus Romanus tantam prouinciam commisit.
- 23 Nam verè nihil magis auctoritatem Principis auget, quam qui eius nomine regimen exercent, & iustitiam administrant apud subditos, sine aliquo dedecore existere, nam, vt ex D. August. refert Neotericus Auctor libri de regimine Principum cap. 22. Decet eos qui præsent, gloriosos in conspectu Populi apparere, nam si nimis deiectionis seruaretur humilitas regendi, frangeretur auctoritas. nam verè nihil magis odio & amulatione subditi prosequuntur, quam Magistratus, qui nomine Principis muneribus publicis funguntur.
- Et vltra quod semper experientia compertum, vno tantum ex nostris historiis exemplo validè firmabitur, nam in eis tumultuosis seditionibus, quibus tempore Imperatoris Caroli V. Castella scædata, quas Communitates dicimus, vt illi ambitiosi & improbi homines ad obedientiam Domini Imperatoris reducerentur, illud principaliter petierunt, vt lex fieret, qua decerneretur Senatus & Cancellarias crebro & frequenter syndicari, vt referunt Episcopus Mindonensis, Anton. de Gueuara in 1. part. epistol. pagin. 109. Sandoualuis Pampilonensis Episcopus in historia Caroli V. 1. part. lib. 7. anno 1620. pag. 258. Illecas in Pontificum historia 2. p. in vita Leonis X. c. 24. §. 10. pag. 217.
- Vbi notandum est rebellium & improborum rationem eo maximè voluisse placari, si Magistratum auctoritatem crebris, & continuis visitationibus læderent, & diminuerent, & inde Principes monendi sint, ne facilè syndicari Senatus permittant, & quando id fieri necessarium existimauerint, magna cautione & examine præcedente decernatur, non enim ex leuioribus in Senatores calumniis excitatis, sed solum contra eos de his, quæ pertinent ad muneris exercitium, inquisitio fiat, & iudici qui in iudicij administratione constans, & iustus apparuerit, leuiores indulgeantur, si vacauerit avaritia, & ambitione, doctrina legali & prudentia excellat, hæc enim sunt quæ ad munus iudicandi conducunt, & maximi Principis, qui Magistratum elegit, nomen extollit.
- Vno exemplo sacre scripturæ quod ex litera expendi confirmabitur lib. 4. Reg. cap. 5. nam cum Naman dilectior & potentior Aulicus Regis Syriæ mitteretur ad Regem Israël, vt eum à lepra sanaret, & peruenit ad Prophetam Elisæum fama sanctitatis, & miraculis celebrem, & cum grandi famulorum comitatu pluribus muneribus & diuitiis perueniret ad domum Elisæi, qui noluit Naman loqui, sed misit ad eum nuntium, dicens: Vade, & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. quo valde iratus Naman recedebat, dicens meliores esse fluuios Damasci, nam sperauerat egressurum ad eum Prophetam, vt instare inuocare nomen Domini sui, & ita curaret; tamen à seruis suis, vt faceret Prophetæ mandatum, rogatus descendit, & lauit septies in Iordane, & vt traditur in sacra Scriptura, restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli, & mundatus est, & reuersus ad Prophetam cum vniuerso comitatu, rogauit vt ex diuitiis & muneribus acciperet. Cui respondit Elisæus. Vniuit Deus ante quem sto, quia non accipiam; cumque vim faceret, penitus non acquieuit. & quamuis antea Deum verum cognosceret, ex miraculo tamen non est conuersus, vt ei adorationem promitteret, nisi postquam inuenit ministrum qui munera accipere recusauit, nam Prophetæ nolenti accipere, vt traditur in sacra Scriptura, ibi, Dixitque Naman, vt vis; sed obsecro, concede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum de terra, non enim faciet vltra seruis tuis holocaustum, aut victimam diis alienis, nisi Domino. vt inde appareat quantum honoris adiciat Regi minister, qui liber est, & immunis ab omnium munerum corruptela, quasi maiorem auctoritatem adiungat, quam reliquæ virtutes iudicantium.
- Auctoritas enim, quam consequuntur Regni Magnates titulati, & domini vasallorum, & Regni ornamentum sunt, vt cæli stellæ, sed splendor hic etsi à Principe deriuetur, totus illustrat Magnates, & dominos, & in eorum vtilitatem cedit, nec aliquid ad Principem

Principem inde rediit. At verò omnis Regentium & Magistratum splendor, etsi à Principe mutuatus, in ipso lucet, & micat, cum deferuiat ad iustitiæ suæ & regiminis administrationem, & ideo totus Regalis est, ac perinde maximè oportet ne vnquam deprimatur, nec obsolescat, & sine Principis favore & honore iustitia, velut depicta eludetur, nullus timebit, sed potius irridenda, si ex quacumque calumnia minister syndican- dus contemnetur, magisque ferendum est, vt nomine Regis sui eius ministerio & officio Gubernator in ali- quo casu nimis rigidus excedat, quàm vt vilescat, & contemptibilis appareat publica potestas, nam inter duo extrema clementiæ, & seueritatis, minus pericu- losus est rigor, nam quamuis excitet odium, & exosum iudicem faciat, tamen timorem inducit, & veneratio- nem, qua securitas populi & obedientia conciliatur, mansuetudo verò, & indulgentia solet contemptui causam præbere, vt subditi obedientiam debitam fraudare consuescant.



ALLEGATIO CII.

Princeps contra Magistratus calumnias acriter vindicet.

- 1 Magistratum auctoritas Reipublica interest.
- 2 Magistratus qui offendunt, grauius puniendi.
- 3 Schismatis Core & sequacium graue supplicium, quia contra Moysen Gubernatorem audaces, Numer. cap. 16.
- 4 Pœna grauior leues videntur contra eos qui Gubernatores offendunt.
- 5 Herchenbaldi Comitum Belgij ex progenitoribus nostri Regis notabile iustitiæ exemplum, & propter illud miraculum.
- 6 Valerij Maximi exemplum pro reuerentia Magistratibus exhibenda.
- 7 Alphonsi VI. Regis Castella egregium iustitiæ factum.
- 8 Iacobi expugnatoris Aragonum Regis vindicta pro iniuria & morte Magistratus.
- 9 Iudices & Magistratus quasi Dei censendi, vt venerentur. Psalm. 81. explicatur. l. spadonem, §. si ciuitates Principes, ff. de excusat. tuor. l. ius Senatorum, C. de dignit. lib. 12.
- 10 Maiestatis crimen secunda speciei confetur iniuriam irrogare Magistratui, ex eo, quia iustitiam administrat. c. felices §. de pœnis, lib. 6. Consiliarij pars corporis Principis. l. quisquis §. C. ad l. Iuliam Maiestat. c. si quis 22. 6. q. 1.
- 11 l. 1. tit. 16. p. 2.
- 12 l. aut facta §. solent, ff. de pœnis.
- 13 Magistratibus iniuriam facere est criminis Maiestatis species.
- 14 Maiestatis istud esse crimen ex Halycarnasso, & Aerodio nouiter probatur.
- 15 Iniuria contra Magistratum qualitates quæ notanda.
- 16 Honor vitæ præcellit. l. iusta, ff. de manumiss. vindicta.
- 17 Talionis pœna quæ legibus 12. Tabularum inducta, in desuetudinem abiit. l. si cui, ff. de accusat. Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

- l. ult. C. eodem.
- l. 3. C. qui accus. non poss.
- §. pœna. Instit. de iniurijs.
- 18 Talionis pœna in crimine falsitatis legibus Hispaniæ irrogatur. l. ult. Tauri. Falsitas vitam, honorem & diuitias ledit.
- 19 Calumniatori in causa graui mortis pœna irroganda. Esther cap. 7. & 8. Danielis cap. 7. 13. & 14.
- 20 Tiberius Imperator magnis pœnis affectis calumniatores.
- 21 Nemo Imperatores calumniatores punit.
- 22 Calumniator puniendus, etiamsi calumniatus non petat, & num. 31.
- 23 Athanasius renuntiauit Patriarchatu Constantinopolitano, quia grauioribus pœnis calumniatores non puniunt.
- 24 Ataulphus Episcopus Compostellanus à calumnia miraculo liberatus.
- 25 Calumnia pœna. l. si crimen, ff. de accusatione. l. fin. ff. de furtis. l. ult. C. de calumniator. l. 1. C. de curiosis & stationarijs, lib. 12.
- 26 Calumniosi & falsi testes in visitatione Magistratus puniendi. l. athletas, §. calumniator, ff. de his qui notant. in fam. l. 1. §. calumniari, ff. ad Turpill.
- 27 Calumnia grauius ferit, quàm telum. Calumnia crimen pecunia non abolendum.
- 28 Sacrilegium est auctoritatem Magistratum ledere. l. 1. C. vt dignit. ordo seruetur.
- 29 Regina Hispania Isabella Catholica egregium iustitiæ exemplum, quæ noluit excitato bello Granatensi delictum pro magna summa pecunia abolere.
- 30 Calumniatorum duo supplicia.
- 31 Magistratus potest remittere proprias iniurias, non publicas.
- 32 Sophonias Propheta c. 1. explicatur.
- 33 Principibus bonum, vel malum nomen connectitur ex calumniatorum supplicio, vel favore.

Calumniosæ aduersus Magistratus & Gubernatores delationes grauiissimâ pœnâ corporali puniendæ, & velut in crimine lese Maiestatis nunquam remittantur.



VM aded Reipublicæ interest Regentium & Gubernantium auctoritas, & ideo in Magistratibus inductum est vestibus honorificis incedere, vt pluribus refert Mastrilus lib. 5. de Magistrat. cap. 2. num. 17. & 18. Cabreta in historia Philippi secundi, anno 1578. & nominari cum decore & honore, in sessionibus præcedere, & aliæ Magistratum præeminentia, de quibus cap. Episcopus 95. distinct. pluribus Gratian. tom. 2. discept. forens. 6. 284. per totum. Mastril. d. lib. 5. cap. 3. n. 1. 10. & 50.

Garibaius Camalloya lib. 17. compendij historia Hispanie. c. 1. & lib. 18. cap. 11. innumeris Bobadilla lib. 1. polit. cap. 3. n. 34. & c. 9. n. 11. cum seq.

- 2 Ideo grauius puniendi qui aduersus Magistratus, Iudices, ministros & superiores insultauerint, cuius rei graue documentum exhibent sacrae litterae in mundi initio, nam, vt tradit Theophylactus, quem referunt Turrianus de Hierarch. ordin. capite 24. Ludou. Crisolius lib. 1. Mystagog. cap. 22. sect. 4. ideo grauius Deus Cainum puniuit pœna tremoris, vt semper contremisceret, quia Abel, in quem insurrexit, erat Minister & Sacerdos Dei, idque etiam respexit Innocentius I. in epistola quam scripsit Imperatori Arcadio, vt increparet iniustum exilium D. Ioan. Chrysostomi, quam epistolam referunt Gennadius & Glycas, vt tradit Baronius in Annalibus anno Christi 407. & ab eis mutuauit Cornelius à Lapide in capite 4. Genes. & Pontificis verba sunt. *Vox sanguinis fratris mei Ioannis clamat ad Deum contra te. O Imperator, sicut quondam Abel iusti contra parricidam, & his modis omnibus vindicabitur eiecisse è throno suo, re non indicata, magnum totius Orbis Doctorem, & vnâ cum eo Christum persecutus es.*
- 3 Aliud etiam documentum Deus dedit, quando cum magno strepitu & apparatu voluit maximum supplicij exemplum orbi relinquere aduersus illos, qui contra Gubernatorem Moysen schisma excitauerunt. Ducibus Core, Dathan, & Abiron, vt traditur Numerorum cap. 16. cum apparuit Dominus, loquutusque ad Moysen & Aaron, ait, *Separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdam, & postquam id factum est, disrupta est terra sub pedibus eorum, & deuorauit illos cum tabernaculis, & vniuersa substantia sua, & descenderunt viui in infernum.* & ne aliquialiter morte inducias haberet supplicium antequam morentur, inferno viui sepulti.
- 4 Et ex illis verbis sacrae Scripturae, descenderunt viui in infernum, valde notandum & tremendum delimit Doctor Neotericus ex sancto Ignatio epistola 3. qui legit praedicta sacrae Scripturae verba ibi, & depositi sunt in inferno. quasi cum depositum apud nos dicatur in sepultura & humatione, quando non congruum, aut conueniens sepulchrum est, & interim corpus deponitur vsquequò ad proprium sepulchrum transferatur; ita etiam depositos fuisse in inferno traditur illos, qui in Gubernatorem Moysen insultauerunt, velut non congrueret supplicium, sed maius, si esse posset, illis irrogandum, & ibi deponerentur ad grauiores pœnas transferendi, vt eruditè notauit Pater Didacus Nissenus, in Dominicis post Pentecosten, Dominica 3. assumptu 4. nulla enim vindicta etiam grauius, exacerbabitur factum illorum, qui irrogant iniuriam Magistratibus, & illis debitam obedientiam fraudauerint: & cum nullum maius crimen sit, quàm pacem publicam turbare, & in Gubernatores, & Magistratus insurgere; ita etiam supplicia augenda, & nunquam videntur excedere pro qualitate rei.
- 5 Nihilque magis denotat delictum, quàm supplicij qualitas, idque irrogare adeò proprium Regum est, vt tempore mortis iniunxerit Rex Dauid, & mandauit filio de interfectione Ioabi, vt traditur lib. 3. Regum cap. 2. & verè maius exemplum est quod excedit Dauidis factum, quod exhibuit Hetquenbaldus, Comes Belgicus, ex progenitoribus Regis nostri Hispani, qui ex fratre nepotem in Comitatu successorem, quia de grauius delicto non potuit punire suis ipsis manibus, pugione subceruicali occulto occidit, quando ad eum consulandum accessit, & cum Episcopus qui praesens fuit cum sancto Eucharistiae Sacramento, recufaret illud Comiti aegrotò ministrare, antequam cul-

pam illam confiteretur, ille nullum peccatum commisisse edixit, sed potius iustitiam administrasse, antea impeditus à suis vassallis, subtrahendo delinquentem, & facti non pœnitere, & Episcopus cum Christiana hostia ad templum reuertetur, nondum enim ad templi valuas peruenerat, cum à Comite aegrotò teuocatus, rogatus fuit, vt tabernaculum, in quo hostiam ipsam ferebat, recluderet, vbi cum non inueniretur hostia, aeger in ore se eam habere ostendit, vt tradunt Baptista Fulgosius lib. 1. cap. 6. Theatrum vitæ humanae vol. 4. lib. 5. pag. 1345. & depictum esse hoc miraculum in Aula Magni Consilij Belgici vrbis Bruxellæ, refert Stella Caluete in lib. itineris Principis, cum referat peruenisse ad eam vrbem.

Sed & antiqui Historici etiam notantur, nam, vt tradit Valerius Maximus lib. 8. cap. 5. n. 6. cum Publius Seruil. consularis Censorius Triumphalis, qui maiorum suorum titulis Isaurici cognomen adiecit, forum praeteriens testes in reum dare vidisset, loco testis consistit, ac inter summam Patronorum, pariter & accusatorum administrationem sic loquutus. nota Valerij verba. *Hunc ergo iudices qui causam dicit, cuius sit, aut quam vitam egerit, quamque merito, vel iniuria accusetur ignoro: illud tantum suo, cum accurrisset mihi Laurentina via iter facienti, admodum angusto loco equo descendere noluisse, quod an aliquid ad Religionem vestram pertineat, ipsi aestimabitis, ego id suppressendum non putavi.* Iudices reum vix auditis cæteris testibus damnauerunt, valuit enim apud eos tum amplitudo viri, tum grauis neglectæ dignitatis eius indignatio, eumque qui venerari Principes viros nesciret, in quodlibet facinus procursum crediderunt.

Et aliis pluribus exemplis omissis, illud maius ex gloriosis maioribus Regi, nostris nam cum ex Proceribus Galeciæ quidam pauperem agricolam bonis suis iniuste spoliaret, & Merinus (iustitiæ minister est) voluisset querelæ satisfacere, & damnum sarcire, nec vellet bonorum spoliator obedire, sed potius audax contra Magistratum insultauit, cum ex potentia aggressoris non posset iustitiam administrare, Regi Ithephonso sexto denuntiauit, qui iussit aggressori, vt bona pauperi agricolæ restitueret, quod cum statim non fieret, Rex ipse ab vrbe Toleti, vbi degebat, cum duobus ex suis Aulicis sine alio comitatu occultus in Galeciam profectus, & nocte ad locum perueniens, ad se ministris iustitiæ euocatis, statim delinquentem captum die sequenti coram foribus eius domus furcâ suspensi iussit, & bona agricolæ restitui, vt refert Camalloya Garibaius compendio historia Hispanie, lib. 12. cap. 7.

De Magno Iacobo Aragonum Rege, qui cognomine Debellator dictus, & cuius pietati & religioni fundatio duarum millium Ecclesiarum tribuitur, vt tradit Zurita lib. 3. Annalium. cap. 101. qui etiam scribit dicto lib. 3. cap. 88. cum Beltrandus Canellas contra iustitiam Aragonum audax in vrbe Setabis Augustæ, vulgo Xatina, illum occideret & fugeret ad statum Vizcontis de Cardone aduersus istum, quia delinquentem, qui in ministrum suum insultauit, auxiliatus est, bellum decreuit, & omnem suum statum & propugnaculum Cardonæ occupauit, & Vicecomitem omnibus feudis & honoribus regis Coronæ priuari iussit, & quia Guillelmus Afelinus filius Principis Roberti Domini vrbis Tarraconensis occidit Episcopum Hugonem Cerbelionum, quia ex munere defendebat immunitatem Ecclesiae, Rex Aragonum Alphonsus secundus cum capere non posset delinquentem, quia aufugit, omnibus bonis & dignitatibus priuauit, & summus Pontifex prouidit ne aliquis ex suo

gene

genere admittendus ad possessionem, vel successionem eorum, vt refert Zurita lib. 2. *Annalium* c. 31.

9 Hæc calumniarum & contra Magistratus insultantium supplicia, & alia maiora, pro qualitate delicti irrogari debent eis, qui aduersus Magistratus, quia iustitiam exercent, attentauerint, & falsas obiecerint accusationes, machinantes contra eius honorem & vitam, quia verè iudices & Consiliarios quasi deos venerabantur Hebræi, vt constat *Psalmo* 81. ibi, *Ego dixi: Dy estis*, & quasi sacri haberi debent Magistratus. l. 1. ff. de iustitia & iure. *Quintil.* lib. 2. cap. 1. Petrus Calefatus de dignit. *Equestr.* num. 96. Mastrillus lib. 5. de Magistratibus, cap. 3. numer. 2. & quia Principes Reipublicæ dicuntur in iure, leg. *spadonem* 15. §. si ciuitatis Principes, ff. de excusat. tutor. & in iure Senatorum ipse Rex connumeratur, & pars illius Consiliarij censentur leg. *ins Senatorum.* Cod. de dignitatibus, lib. 12.

10 Vnde plures tenuerunt, ad crimen læsæ Maiestatis secundæ speciei pertinere, quod aduersus Magistratum fuerit attentatum, cum nomine Regis iustitiam administraret; hoc enim casu publica magis persona, quam priuata læditur, & pertinet vindicta ad Principem, cum sub eius protectione & favore ministri munere suo fungantur, ita ex opinione Politicorum & Doctorum iuris hic casus ad crimen læsæ Maiestatis pertinet. Aristoteles lib. 5. *Ethicorum*, capit. 5. Melcher. iunior 3. p. *questionum politicarum*, capit. 95. Nicolaus Bello de statu politic. lib. 3. discursu 14. vbi de Consiliariis, & eorum priuilegia & honores recensuit, & probatur argumento c. felicitis 5. de pœnis in 6. ibi, *Sicut reus criminis læsæ Maiestatis perpetuo sit infamis, & diffidatus.* vbi loquitur de morte Cardinalis, & in terminis Consiliariorum, additâ ratione, quia pars corporis Principis sunt, traditur in l. quisquis 5. C. ad leg. *Iuliam Maiestatis*, c. si quis 22. 6. q. 1. vbi, *Ipse quidem utpote Maiestatis reus, gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco nostro addictis.* probauit plusquam octuaginta adductis Authoribus, quos refert Farinae. de crimine læsæ Maiestatis, q. 112. n. 64. & 136. cum pluribus seqq. Sixtinus de Regalibus, lib. 2. cap. 20. num. 23. Andreas de Isernia, Boërius, Fontanella, Bobadilla, Caputio & alii; quos refert & sequitur Mastrillus lib. 5. cap. 3. n. 52. 53. 54. 55. VVesembecius conf. 57. num. 6. Platea in leg. nemo. C. de immunitatibus, lib. 12. Caputio decis. 130. n. 11. Bartholomæus Philippus de consilio & Consiliariis, priuilegio 8. Bossius tit. de crimine læsæ Maiestatis, num. 9. & 14. Iulius Clarus lib. 4. sententiarum, §. læsæ Maiestatis crimen, cuius verba nota, ibi, *Semper tamen intelligo de Consiliariis residentibus apud personam Principis, & sedentibus in eius supremo Consistorio, & non aliter.*

11 Idque sine dubio amitti potest, quando aduersus Magistratum damnum machinatus fuerit litigator, vel delinquens, eo quod iustitiam administrauit, sententiam ferens in causâ ciuili, vel criminali, nam cum iudicare sit nomine ipsius Principis, qui se opposuerit exercitio iustitiæ, & audacter impedire vellet, vindictam intendens contra illum, qui eam administrauerit, tunc attentans insurgere videtur contra publicam potestatem, & ipsum Principem, & ponderanda sunt verba legis primæ, tit. 16. part. 2. agens de regijs Magistratibus, ibi, *Eporende ninguno debe ser atrevido a desonrrarlos de dicho nin de fecho ca el que lo ficiesse erraria muy grauamente porque el tuerto e la deshonorra que les fuesse fecha non tañe a ellos tan solamente mas al Rey en cuyo seruicio e guarda estan é merecen por ende muy gran pena.*

12 Et hoc crimen & audacia maiori animaduersione plecti oportet, quanto magis solent hoc tempore in

iudices litigatores insultare, iuxta l. *ant facta*. §. solent, ff. de pœnis, & quantum ideo magis necessarium est, vacuum & liberum ab omni metu reddere munus iudicandi.

Sed ex grauioribus iuris DD. qui occidit, lædit, vel iniuriat Senatorem, etiam vt personam priuatam, non vt publicam, si inter Senatorem & eum fuissent rixæ & inimicitia, quibus causam etiam remotam dare potuit, quia Senator iustitiam administrat, aut Regi suo consilium dedit, existimat esse crimen læsæ Maiestatis, vt ex Andrea de Isernia & aliis probauit Gregorius Lopez in d. l. 1. gloss. 1. tit. 16 p. 2.

Cui addendum est, quod nullus ex supradictis adduxit ex Dionysio Halycarnassæo lib. 10. refertur in *Theatro vite humana*, vol. 18. lib. 5. pag. 3426. *Quincium* filium Lucij Quinti Cincinnati læsæ Maiestatis crimine accusatum, quia Virginio Tribuno Plebis vim facere intendit, quominus legem Terentinam ferret, & notabile est quod tradit Petrus Ærodius lib. 7. tit. 2. *rerum iudicarum*, cap. 35. vbi in terminis tradit Magistratum esse sui Principis, vel Reipublicæ partem, & qui Magistratui attentauerit, Principi attentare videtur. Et cum de Caio Flaminio, qui in filium Tribunum Plebis inuexit, tradit his verbis: *Accusatus est Maiestatis quod tribunal violasset; dicebat pater non minuisse Maiestatem, sed ea in filium potestate usum, quam haberet: referebatur patriam potestatem, priuatam quandam potestatem esse, qua quis tribunitiam, hoc est populi potestatem infirmat, eum minuire Maiestatem, minuire nihil aliud esse, quam de dignitate, aut amplitudine, aut potestate populi, aut eorum quibus populus potestatem dedit, aliquid derogare.* quod enim in parente circa filium Tribunum crimine læsæ Maiestatis punitur, quanto magis in quocunque extraneo puniendum est.

Omnis enim huius delicti malitiâ & acerbitas, qua vindicandum conuenit cuiusque casui, quo iudex calumniatur, eo quod iustitiam administrauerit, attentis & pensatis circumstantiis, quæ propter iniurias factas Magistratibus, expendit d. l. 1. tit. 16. part. 2. eis verbis, *é por que las personas de los oficiales del Rey nin los que errasen contra ellos, non podrian ser siempre de una natura nin estarian en vn estado por ende no les pode mas poner cierta pena mas los que lo ficiessen de palabra o de fecho deben auer pena segun el Rey en su Corte fallare por razon e per derecho catando primera estas seis cosas: la primera que home es el facedor de el hyerro: la segunda qual es el official: la tercera que hyerro o que tuerto, es el que fizo: la quarta sobre que o en qual manera fue echo: la quinta le lugar do lo fizo: la sexta el tiempo en que fue fecho.*

His enim qualitibus demonstratur, quomodo puniendi sunt qui Magistratibus iniuriam itrogarunt, & que notanda sint ad delicti vindictam, nam si qui fecit delictum, est subditus, qui aduersus iudicem insultat, quia iustitiam administrat, maximè quando iniuria afficitur Senator, qui sub nomine Principis iustitiam gerit, & ea ratione periculum in vita, vel honore patitur, cum semper in iure æquiparentur, imò potius vitæ semper honor præcellit. l. iusta 9. ff. de manumiss. vindicta, æquè ad huius rationem supplicium respondere oportet.

Huius enim criminis grauitas ad publicam causam pertinet, nam iudicem prosequi, eo quod iustitiam administrauerit, maximè lædit, & conturbat publicum statum, vt inde maiori animaduersione crimen persequendum. Et quamuis pœna talionis, quæ legibus duodecim Tabularum inducta, l. si cui, ff. de accusat. l. vt. C. eodem. l. 3. C. qui accusare non possunt. §. pœna, Instit. de iniurijs. Bart. ad l. penultimam, §. ad

crimen. ff. de publicis iudiciis. Balduin. ad ll. duodecim Tabularum, cap. 61. Ræuard. ad easdem leges, capit. 25. Couarr. 2. variar. cap. 9. Morla in empov. iuris, tit. de inrisdict. in princ. num. 46. quæ pœna iam in defuetudinem abiit.

- 18 Sed tamen in casu falsitatis legibus nostris iubetur, testem, qui falsè iuravit contra quemcumque priuatum, pœna talionis esse puniendum. *l. vltima Tauri*, vbi id decernitur obseruari in omnibus causis criminalibus: quântò magis locum habebit in eo, qui falsò detulit Magistratui; illum destruere tentans, quia iustitiam administravit, ex quo magis augetur grauitas delicti falsitatis, quando per se illud grauiissime plectendum, nam, vt notauit Farinac. *in principio, de falsitate*, omnia delicta tendunt, vt aliquid minuant, vel auferant, ex eis quæ æstimabilia homines iudicant, homicidium tollit vitam, adulterium & similia destruunt honorem, furtum rapit diuitias: at verò falsitas est velut clavis & ianua totius improbitatis, nam ea, vita, honor & diuitiæ in discrimen adducuntur, & quando id prouenit ex ipsa qualitate delicti, quanto magis attendi oportet, ex rationibus prædictis, quando in Gubernatorem & Magistratum falsitas insultat, quia tunc non solum priuata iniuria, sed publica & iustitiæ administrationis tutela exigit vindictam exacerbari.
- 19 Nullus enim Magistratus, vel Gubernator, etiam si maiori dignitate decoretur, securus incedet, quin vitam, honorem & bona in periculum adducat, si in hoc casu graue & corporale supplicium non irrogetur: aut quid non timebit iudex ordinarius, si Senator falsis delationibus in discrimen adducitur, & delator grauius non punitur; huius rei exacerbatio erit velut vadimonium integritatis & conscientiæ Magistratum, aliàs enim administratio iustitiæ facile eludenda, & vltra illud, quo docemur ex sacra Scriptura de grauib; suppliciis aduersus calumniosum Aman, & accusatores Danielis & Sannaæ, quibus omnibus irrogata pœna mortis, *Esther c. 7. & 8. Danielis cap. 7. 13. & 14.* Alia etiam sunt ex historiis exempla notanda, vt refert Plutarch. *in Phocione. Herodotus lib. 8. Diodorus lib. 12. Nicephorus lib. 7. Historia Ecclesiastica. Eutropius lib. 10. Sabellicus lib. 1. cap. 5. Apianus lib. 2. de bello ciuili. Petrus Ærodius tit. de calumniatoribus*, vbi grauiissimas pœnas illis infligendas testatur Alex. ab Alexandro *lib. 4. dierum genialium, capit. 2. 2.* in quibus omnibus calumniantium fuit pœna corporalis, & infamiæ.
- 20 Et tempore improborum Principum, etiam si omni genere vitiorum iustitia pollueretur, adhuc tamen seuerè animaduersum est in calumniatores contra Magistratus, nam Tiberius Imperator tam dolosus & infidus Princeps, de quo tradit Cornel. Tacitus *lib. 3. Annalium. §. 10. nunquam suo tempore defuisse calumniosus accusationes per eum instigatas contra nobiliores ciues Romanos*; adhuc tamen, vt ipse Tacitus *lib. 6. Annalium. §. 4.* quia Confidius Ecus, & Cæcilius Cursor, Equites Romani, & alij varia capitula opposuerunt, & proposuerunt aduersum Magium Cæcilianum Prætorem, eo à calumniosa delatione absoluto, falsos delatores condemnauit, alios pœna exilij, & alteros pœna mortis. Et idem etiam, vt refert idem Cornelius Tacitus *lib. 6. Annalium. §. 15.* ad insulam damnauit, aquæ & ignis interdictione, Seruilius & Cornelium falsos delatores, & Budium Rufum, qui Ædilis munere functus, quia malè accusauerat Lentulum Getulicum, sub cuius imperio Dux erat legionis, isque absque eo quòd pars peteret in exilium damnatus.
- 21 Et quamuis Nero aded vitij & improbitatibus mancipatus, tamen Iunium Lupum Senatorem, quia Vitellium accusauit, non probata accusatione relegauit interdictione aquæ & ignis, vt scribit Tacitus *lib. 12. Annalium. §. 13.* & Agrippina, mater Neronis, de accusationibus, quas obiecerunt Fitulius, & Caluifus non petit à filio innocentiam suam declarari, sed supplicium accusatorum, quod consequutus fuit, Tacitus *lib. 13. Annalium. §. 8.* & ideo idem §. 9. denorat in accusatione, quam instituit Petrus contra Pallantem & Burrhum, qui erat Præfectus militum Prætorianorum, isteque etiam si reus, assedit in tribunali inter iudices, & suffragium dedit, & accusator in exilium perpetuum damnatus fuit.
- 22 Aded enim expedit Reipublicæ coerceri calumnias contra Magistratus & superiores, vt statim quo eorum innocentia cognoscat, etiam si non petierit accusatus, adhuc oporteat accusator damnari, vt factum est cum Ballo delatore, nam cum audacter crimina opponeret Pontifici Sixto Tertio, Imperator Valentinianus fecit congregari Concilium Pontificis autoritate, vt mentio fit in iure Canonico *cap. mandastis 10. 2. quæst. 2.* & postquam Pontifex se à criminibus purgaret in Concilio, illud detecta calumnia excommunicauit Bassum, separans eum à gremio Ecclesiæ, prohibens sanctæ Eucharistiæ communionem, nisi in articulo mortis, & adhuc velut non congruè punitum, quoad temporalia falsum accusatorem iudicantes, Imperator Valentinianus & eius mater Placidia, eum in insulam perpetuò deportarunt, omnibus eius bonis confiscatis, quæ applicarunt Ecclesiæ, vt refert Illefcas *1. p. historia Pontificum, lib. 2. c. 13.*
- 23 Expedit valde ad cultum Dei, statum Principum, & Regni vtilitatem, grauioribus pœnis prosequi calumniantem Magistratus, ideo iustum videre potest quòd aliqui Episcopi miraculis & sanctitate celebres, in calumniam adducti, & ea detecta Episcopatibus renuntiarunt, quia licet accusatores punirentur, grauioribus tamen pœnis non damnati, etiam si tam propria illis esset misericordia & iniuriæ obliuio. Singulare est quòd de Patriarcha Constantinopolitano Athanasio refertur, nam cum maximis virtutibus polleret in Monasterio Genolofensi educatus, & ex quo ad Patriarchales sedes euectus, quia eius æmuli pictura libellum apponerent, & falsò accusarent, etiam si Imperator carcere perpetuo accusatores damnauit, adhuc quia illos pœnis grauioribus non condemnauit, Patriarchatui renunciauit, & ad suum rediit Monasterium, vt tradit Gregoras *lib. 7.* refert Pineda *lib. Monarchia Ecclesiastica, c. 15. §. 1.*
- 24 Et in allegatione præcedenti retulimus ex Mariana *lib. 7. de rebus Hispania, cap. 16.* miraculum quòd Deus operatus, vt Ataulfi Episcopi Compostellani innocentiam exhiberet & à delatione calumniosa liberaret, & vt tradit idem Mariana *diest. lib. 16. & 18.* etiam si sanctitate præditus, Ataulfus accusatores excommunicauit, & Episcopatu renuntiando ad Astures in solitudine recessit, vbi sanctissimam vitam egit, & quamuis tunc non punirentur pœna temporali accusatores, tamen post mortem Ataulfi ipsorum accusatorum & Regis Ordonij, cuius tempore id factum, postea regnante Ildephonso Magno successor Ataulfi in Episcopatu, Silenardus persuasit, & proposuit Regi, vt descendentes accusatorum, vt mancipia traderentur templo Diui Iacobi, vt in eo perpetuò inseruerent, & ita factum est, quòd fuit notabile supplicij exemplum, descendentes punire pro peccatis maiorum, nisi grauitas criminis, & quantum inter sit exacerbare vindictam contra calumniatores superiorum, vt iustum & conueniens non persuaderet, quemadmodum fit in crimine læsæ Maiestatis, *leg. quisquis, C. ad l. lul. Maiestatis.* vbi omnes communiter notantur

tunt ex Saliceto, Turcremata, Præposito, Alexandrino, Afflicto, Gigante & aliis, Farinac. *in prax. q. 116. n. 75. 76.* cuius imaginem esse contra superiores insurgere iam probauimus supra n. 10. & seq.

25 Ultra quod in iure consideratus aduersus falsos accusatores pœnæ calumniæ, de quibus in l. si crimen ff. de accusat. l. fin. ff. de furtis. l. fin. C. de calumniatoribus, ex Cicerone probauit Anæus Robert. lib. 1. rerum indicatarum, c. 14. ex Cicer. Agellio, Macrobi. Alcanio, Varrone, & aliis pluribus Rosinus lib. 9. antiquitatum, c. 16. & 25. & ibi latè Thom. Demster. Petr. Ærodius lib. 9. rer. indic. c. 5. & notanda sunt valde verba textus in l. 1. C. de curiosis & stationariis, lib. 12. ibi, *Ne citra periculum sui eos calumnias nexuisse constiterit.* Ex quo etiam si in visitationibus, ne aliquo modo secretum illarum patefiat, solent falsi calumniatores non puniri; tamen id melioris notæ interpretes iudicarunt valde alienum à iure & perniciosum, & quando ex ipsis actis apparuerit calumniosos fuisse delatores in syndicatibus, & visitationibus secretis, plectendos tenuerunt Puteus, Rundingellus, Bossius, Gregorius Lopezius, Amadeus, Bobadilla, & alij, quos refert Gabriel Berart in speculo visitationis, cap. 28. num. 4. 7. 10. & 18. Aretinus de maleficiis, verb. Inquisitio. Angelus in l. si vacantia. C. de bonis vacantibus, lib. 10. Bertachinus verb. Inquisitio, vers. 44.

26 Nam si ad disciplinam iuris attendamus, potius grauiori pœna puniendi qui occasione visitationis, quasi in occulto eius tegmine ausi fuerint calumnias in Magistratum opponere, quando tam grauius in iure plectuntur calumniatores, & actius eo solo puniendi, quod contra Magistratum libellum dedissent si illum non probarent, argum. l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui notantur infamia. l. 1. §. calumniari. ff. ad Turpillianum. Rimin. iunior vol. 3. consil. 303. numero 10. Petrus Caball. alios allegans, casu 205. num. 3. Iul. Clarus in pract. crimin. §. fin. q. 62. vbi Baiardus n. 19. & 31. Farinac. in praxi crimin. q. 16. Bobadilla lib. 5. politica. c. 2. num. 101.

27 In hoc autem crimine attendi oportet nullam aliam congruè posse procedere animaduersionem, nisi pœna sanguinis, quia si aliquis vulneraret, vel occideret iudicem, eo quod iustitiam administraret, nullus dubitaret eum pœna corporali & grauiissima, vel capitis plectendum. Et multo atrocior existimatur iniuria que calumniosè honorem & famam detrahit. nam, vt inquit Diuus Athanasius Apologia ad Constantium, qui lapide feritur, querit medicinam: ietus autem calumnia grauius, quam lapides ferunt; est enim calumnia claua, & gladius, & iaculum incurabile, vt dixit Salomon. vnde calumniæ aduersus Magistratum pœna non debet pecunia redimi, nam tunc conueniunt verba Senecæ epistol. 87. ibi, *Lucrum istud non est oppositum crimini, sed inmixtum, quod dum consequi volumus in multa mala incidimus, quia non tam supplicium, quam abolitio est.* & ideo rectè Theodoricus apud Cassiodorum lib. 12. var. epistola 6. rescribens vniuersis Præfectis, eis verbis. *Quis enim de sua presumptione gratuletur quando famam perditurus es, qui interdictionem tentauerit.* & iterum paulo inferius nobis aptissime additur, *etiam quod nostris temporibus scelerata pecunia non valebunt, nec culpam suam redemit qui reum, se esse cognoscit, inquis fraudibus non patebit occasio, persequimur, non vendimus excedentes.* Et postea iudices monet, his verbis. *Vos tamen, quos ad publicas administrationes peruenire nostra fecit electio, de actionum honestate confidite, quia vos nulla venalitas excludit, si probitas continuerit actionis, publicis utilitatibus seruire fixi, quoniam vos nulla priuata damna concitent.*

Vt ergo nulla ex priuatis damna timeat iudex ad eius securitatem & publicæ potestatis tutelam, oportet contra calumniosos animaduerrere, & huic crimini conuenit quod traditur, sacrilegium esse authoritatem Magistratum lædere, vel eis non obedire. l. 1. C. vt dignitatum ordo seruetur. Cassiodorus lib. 9. variar. capit. 14. ibi, *Vt sacrilegij reus habeatur quisquis belluinis motibus excitatus munimen tentauerit irrumperet infionum.*

Et valde notandum exemplum Principibus proprio, nam cum ad bellum Granatense vt labe & Maurica spurcitie Hispania liberaretur, comitia generalia Castellæ duodecim millies quadrantum, id est, *doze quentos de marañedis*, concederent, vt tradit Zamalloa lib. 18. compendij historiae Hispaniæ, cap. 27. Rexque Ferdinandus cum castris circa Granatam in eius planitie, quæ dicitur *Vega*, degeret, Regina verò catholica illius vxor maneret in vrbe Metinæ, quæ dicitur *del Campo*, vt milites & bellicos apparatus colligeret, & suppeditaret, inuentum est Aluarum, Iañez de Lugo crimen commississe, & homicidium Tabellionis, & quamuis pro vita sua obtulisset homicida quadraginta millia aureorum, quod longè excedebat totius Regni seruitium, adhuc instantibus pluribus Religiosis & Consiliariis, qui Reginæ assisteabant, vt abolitionem criminis faceret, & pecuniam admitteret in tam salubri, & iusto bello expendendam, idque in foro conscientia fundabant Theologi, vt inde tributa ad bellum excusaret; sed tamen noluit Regina iustitiæ vindicæ indulgentiæ annuere, sed capite puniendum damnauit, & sententia executioni tradita, vt appareat in Granatensis & aliorum Regnorum debellatione & acquisitione potius valere iustitiæ obseruantiam, quam exercitus & opes, & huius rei mentionem facit, quantitatem oblatam pro abolitione fuisse octuaginta millia ducatorum, refert Bermudez in histor. Granate 3. part. cap. 34. & ex hoc casu desumit originem Adagij Castellæ, *aueriguelo Vargas*, quia Prætor Curia, id est, Alcalde de Corte, qui nominatus *Licenciado Vargas*, crimen etsi occultum, probauit, & illi Regina commisit.

Et infra allegat. 103. n. 6. expendimus, supplicium quod irrogatum fuit delatori Fabritij, qui de quatuor equis dilaceratus est, ex Paulo Iouio lib. 16. historiarum, & pœnam carceris perpetui & priuationis officij irrogatam magno Cancellario Mediolanensi, quia falsam delationem fecit de Ferdinando Gonçaga, vt tradit Paulus Fuscus singularium Iuris verbo, *subscribens chartam albam.*

Rursus id maxime attendi oportet circa Senatores, nam quamuis ex doctrina Sanctorum, & D. Basilio, ad calumnias tacendum non est, vt non contradicendo nos caliscamur, sed ne mendacio in offensam progressum permittamus, aut eos, qui seducti sunt, damno inherere sinamus. nam quamuis Magistratus possit suas iniurias remittere, non tamen publicas debet abolere, nam, vt tradit Petrus Ærodius lib. 3. rerum indicatarum, cap. 4. diminuit authoritatem officij Magistratus, qui eas impunitas relinquit; adhuc enim Senatoris muneris non est, querelas proponere, & aduersus accusatores iudicia persequi, & ideo Princeps ex suo motu & officio debet ipse calumniatores animaduerrere, nam posset tribui potentia Magistratus, si ex querela, quam ille intenderet, reus damnaretur, quia, vt traditur in l. ad inuidiam C. de his quæ vi, videtur concessionem, vel metum inducere, dignitas senatoria & potius Princeps, ex cuius iustitiæ administratione falsa fit accusatio, iniuriari videtur, quam ipse Magistratus, cuius magis laus, quam iniuria est, ab improbis odio haberi, & caluniari. P. Ærod. lib. 2. rer. indic. c. 17. & 18.

- 32 Et ultra quàm quod pertinet ad Regis authoritatem, eiusque regimen, etiam ad illius virtutes & probitatis opinionem referendum, nam probum, vel improbum Regem insinuat similis licentia calumniandi, vel coërcitio, & semper prohibendum aduersus Magistratus, & Gubernatores, subditos debacchari, & impunitos relinquere, vt ultra plura noto locum Sophoniæ Prophetæ cap. 1. nam cum Deus minaretur supplicium populo, propter eius scelera & peccata; traditur id factum in diebus Iosia filij Amon Regis Iuda, & cum inquirat D. Hieron. in Prophetas cap. 21. quare mentio facta fuit Regis ad pœnam non necessaria, respondet eis verbis. *Quia populus poterat se excusare in Regibus malis, & dicere: Nos volumus seruire Deo, sed prohibemur à Regibus, datur Rex iustus, quo celante cœlum Domini, & populo nihilominus in idolorum cultu perseverante, iusta ire causa profertur à Domino, & prophetatur de euerfione Hierusalem, captiuitate Iudæ, & victoriâ Nabuchodonosor.*
- 33 Attendant ergo Principes, nam bonum, aut prauum nomen iustitiæ administrationi connectitur, si vindicauerint calumnias in Magistratus, securè regnare poterunt, aliàs postquam ministros prostrauerint, in ipsum Principem subditi insultabunt.



ALLEGATIO CIII.

Princeps Magistratibus fidat, & defectus illorum occultet.

- 1 Diffidentia in aliquibus prudentis est.
- 2 Princeps tamen de suis ministris debet considerare.
Coniugum diffidentia vitanda.
l. 1. & 2. C. ne fideiussor. dot. dentur.
- 3 Frederici Sicilia Regis magnum confidentiæ exemplum.
Alexander Magnus maximè confidit de suo Medico.
- 4 Caroli Quinti singulare exemplum moderationis, & confidentiæ cum Ferdinando Gonzaga.
- 5 Constantini Imperatoris nomen fœdatum, quia Diuum Athanasium calumniantibus credidit.
- 6 Fabricius Maramaldus à calumnia liberatus.
- 7 Ataulphum Episcopum Compostellanum à calumnijs miraculo Deus liberat.
Episcopi & Ecclesiastici tenentur à Rege vocari ad curiam venire.
l. 13. tit. 3. lib. 4. Recopil.
- 8 Defectus Ministrorum occultandi.
Moyfis sepulchrum Deus occultauit, ne ex illo detegeretur eius diffidentia cum dubitauit aquam educere è petra, ex quo non intrauit in terram promissam.
Deuteronomij cap. 1.
- 9 Christus Dominus noster solos discipulos in nauiculam iniecit, ne detegeretur alyis eorum timor.
D. Matthæi c. 8.
- 10 Deus Prophetis in publico orantibus statim petiitum concedebat, quamuis in secreto retardaret.
lib. 13. Regum cap. 17. & 18.
lib. 4. Regum cap. 1.
lib. 4. Regum c. 2. & 4.
Danielis cap. 2. 4. & 10.

Hieremia cap. 13.

11 Caroli Audacis Burgundia Ducis militaris disciplina, & honor militum.

Ecclesiastici cap. 10.

Samuel honorauit Saül etiam si Regno priuandus dum Rex erat.

lib. 1. Regum cap. 15.

12 Archangeli Michaelis & Demonis controuersia de sepulchro Moyfis.

Epistola Canonica sancti Iudæ explicatur.

13 Carolus V. Imperator maximè curauit vt eius ministri honorarentur.

Ioannis secundi Regis Lusitani factum, vt ministri defectus occultaret.

14 Philippi secundi Hispani Regis tempore in magna reuerentia & honore habiti iustitia ministri.

Principem an oporteat fidere Magistratibus, & eorum defectus occultare, ne aliter à subditis illi contemnuntur.



1 **N**ihil magis optimi regiminis rationi conuenit, quàm vt Princeps maximam de suis ministris confidentiam exhibeat, vt inde à subditis amor & veneratio concilietur, nihil enim magis dedecet Principem, quàm diffidentia, & nulla re magis ministri notantur, quàm si viderent Principem de eis non fidere; tunc enim à Principe non honorari omnes notabunt, nam quamuis, vt Euripides tradit in *Hecuba*,

Prudenti diffidentia

Nihil est melius, nil utilius mortalibus. Et sapiens debet adhibere cautionem ne temerè alicui fidem adhibeat, vt pluribus probauit Fr. Ignatius Galuan *discursuum variorum lib. 2. c. 9. discursu 3.*

2 Tamen in Principe circa suos ministros non procedit, quia si in iure ideo prohibetur ne à marito dotis, quam recipit, fideiussor petatur, ne inter coniuges diffidentia & perfidia generetur. *l. 1. & 2. C. ne fideiussor. dot. dentur.* etiam si Princeps, qui velut sponsus Reipublicæ, vt ex Gaspare Cantareno notauit Bobad. *lib. 5. Politica, cap. 5. num. 4.* cui adde Pinedam *lib. 25. Monarchia Eccles. cap. 7. §. 3. & cap. 9. §. 3.* & inter Principem & subditos quoddam velut coniugium, maximè cum eius ministris, oportet eis confidere, nec vllam causam perfidiæ generari, vt ego notauit *1. part. decis. Granatens. disp. 7. num. 9.* & nihil magis æmulationem alit, quàm diffidentia, ita notarunt D. Couarr. Ludouic. Romanus, Riminaldus, Gailius, Trentacinq. Corrafius, Antonius Faber, Cuiacius, Heringius, Fontanella, Barbosa, Antonius Gomez, & Ioan. Gatierr. & alij, quos refert D. Castillo *lib. 5. controuers. Iuris 2. p. c. 168. §. vnic. n. 7.*

3 Cuius rei singulare exemplum exhibuit Federicus Rex Sicilia, vt tradit Zurita *lib. 5. Annal. cap. 41.* nam in bello cum Duce Calabria, cum iste obsessam haberet urbem Cataniæ, & aduentu Federici obsidione liberata, eamque munire Rex destinaret, Blasius Alagonius ipsum adinonuit Virgilium Scordiam, cui urbis defensio commissa, habere cum Duce seceram colligationem vt traderet urbem; sed Rex noluit credere, nec aliquid præsidij urbi adiungere, ne aliquantulum notaretur

taretur opinio Virgilij, asserens potius fineret urbem ab inimico occupari, quam aliquo modo eius decorem macularet, tunc noluit Blasius in defensione urbis manere, sed relinquit Hugonem de Ampurias, Comitem de Esquilache, ut iuaret Virgilium, nihil de eius factione rebellans, qui inde maturavit prodicionem, & conuentione facta cum Neapolione Caputo urbem Duci Calabriae proditoriè tradidit, ex magnanima Regis Federici confidentia. Dignus ex eo, ut fidum ministrum suum inueniret, aut etiam si improbus fuit, dignus ut fidum faceret, iuxta quod de Alexandro Magno notauit Seneca l. 2. de ira, §. 23. nam cum Alexander accepisset epistolam à matre (quamuis alij fuisse Parmenionis existimauerint) ut ex Atriano, Plutarcho, Iustino refert Iustus Lipsius ad Senecam lib. 2. de ira, nota 158. his elegantissimis verbis tradit Seneca. *Quanto animosius Alexander, qui cum legisset: epistolam matris, qua admonebatur, ut à veneno Philippi Medici careret, acceptam potionem non de territis bibit, plus sibi de amico suo credidit, dignus fuit qui innocentem haberet, dignus qui faceret.*

4 Singulare etiam huius rei documentum exhibuit Imperator Carolus Quintus, ut tradit Paulus Fuscus *singularium iuris verbo, subscribens chartam albam.* nam cum Gubernatorem Mediolanensis status eligeret Ferdinandum Gonzagam, Ducem insignem, & maximi nominis eius temporis, cum Imperator iuberet Ferdinandum, ut ad expeditionem Pedemontanam cum Imperiali exercitu proficisceretur, Magnus Cancellarius petiit à Gubernatore, ut ad ea quæ in regimine se offerrent, quatuor chartas albas subscriberet, ne forte si aliquid instaret, damnum sentiret dilationis si ad eum nuntius remittendus. Annuit huic rei Ferdinandus, & Cancellarius eius inimicus, in vna charta subscripta epistolam fabricauit ad Federicum Gonzaga Ducem Mantuæ, fratrem Ferdinandi, cui subscribere videbatur velle tyrannide occupare statum Mediolanensem, cuius Gubernator erat, & Ducis titulum usurpare, ad quod auxilium à fratre petebat; & eam epistolam Cancellarius remisit Imperatori, qui de hac re in Hispania sollicitus Ferdinandum à se euocauit, qui cum in Hispaniam veniret, multis diebus ab Imperatore honore, & æstimatione profecutus, nihil reuelauit vsquequo Imperator epistolam ipsam Ferdinando secretè ostendit, illeque subscriptionem suam dixit, sed certò affirmare nunquam iussisse epistolam scribi, & cum Imperator eam traderet, & Ferdinandus ostenderet Iuliano Gufelino, qui à secretis negotiis eius erat, recordauit quatuor chartas albas subscriptas, quas Magno Cancellario relinquit, & cum fieret inquisitio quibus negotiis deseruierant, inuentum est solum tres tempore suæ absentia fuisse scriptas, quæ adductæ ad Imperatorem, & cum aliis quæ prodicionem continebant comparatæ inuentum est quartam fuisse earum, quas Cancellario reliquit, & deinde calumnia & falsitas detecta, & Cancellarius officio priuatus carceri perpetuo in propugnaculo Mediolani damnatus.

5 Quæ in re piè, prudenter, & moderatè se gessit Carolus Imperator, nolens de ministro diffidere, aut aduersus eum causam dilecti facere, sed confidens de eius fidelitate, veritatem agnouit, ac temperantiæ & misericordiæ laudem adquisiuit. Aliter quàm Constantinus Imperator, qui cum Diuo Athanasio non fideret, sed aduersus eum falsis calumniis & delationibus crederet, nomen suum grauitè fœdauit; & quamuis sine peccato deceptus, faceret tamen, ex eo Imperium suum punitum fuit, ut tradunt Baronius anno Christi 336. & ibi Spondanus n. 4.

6 Sed & tempore eiusdem Caroli V. Imperatoris no-

tandum casum refert Paulus Iouius lib. 26. *historiar.* nam cum Neapolis obsideretur à Gallis, & eorum celebri Duce Lautrequio miles simulans exploratorem Gallorum, se obtulit capiendum ab Hispanis, qui erant in custodia urbis, & eius Gubernatori præsentatus, promisit aperire prodicionem, ex quo non solum liber dimitteretur, sed magno præmio, & reuelauit Fabricium Maramaldum, Ducem Magni nominis, & æstimationis, & cui commissa erat custodia vnus portæ ciuitatis, velle illam tradere Gallis, Fabricius fuit carceri detentus, & cum totus populus maximè de illo fideret, adierunt Gubernatorem, qui aliàs sua natura suspectus erat, & præceps in iracundiam, & propofuerunt, nihil debere credere aduersus fidelitatem Fabricij, de quo tam magna experimenta habebant, & potius ei fidem adhibendam, quam homini ignoto, quem rogarunt torturæ subiiciendum, & Gubernator de ministro confidens, annuit petitioni, & confessus fuit accusator falsum esse quod de Fabricio dixerat, & ab eius inimicis corruptum illum denunciasset, ex quo Fabricius liberatus, & accusator talionis pœna morte damnatus, à quatuor equis dilaceratus fuit.

7 Sed & historiae Hispaniæ inter alia plura notandum exemplum, & non omittendum proponunt, ut refert Mariana lib. 7. cap. 16. nam tempore Regis Ordonij primi, quod alij tribuunt Regi Bermundo, cum sanctum Episcopum Ecclesiæ Compestallæ Ataulfum quatuor serui Ecclesiæ de graui crimine accusarent, Rex ad Curiam euocauit, cum potius confidere oporteret de sanctitate Episcopi, quæ longa experientia, virtutibus & miraculis probata, quam calumniæ credere, ad Cutiam peruenit Ataulfus, regis mandatis obediens, quibus etiam in nostra Hispania Ecclesiastici & Prælati ad Cutiam venire debent. leg. 13. tit. 3. lib. 4. *Recop.* pluribus D. Salgado de Reg. protect. 1. part. cap. 2. num. 272. & antea quàm ad Palatium accederet Regem alloquendum, sacræ Missæ sacrificium celebravit, & vestibus Pontificalibus Regem adiuit, & prius quàm ad illum accederet, æmuli Episcopi obiecerunt taurum stimulis & canibus agitatum, ut occideret Episcopum, qui sua innocentia confidens facto signo Crucis ad taurum accedens, & ille ferocitate seposita summissis capite ad Ataulfum perueniens cornua in manibus reliquit, quo Rex & Nobiles innocentiam, vel simul calumniam detegentes, veniam ab Ataulfo petierunt, qui libens dedit, obtestans solum voluisse suam dignitatem recuperare. Sed etiam constat censuram contra falsos accusatores promulgasse, & Ataulphus ab eo periculo liber Episcopatum renunciauit, & in Asturiam secessit, vbi sanctè & quietè pluribus vixit annis, motus, quia falsi accusatores non puniti, quia in vita Ordonij, nec Ataulphi, eorum non legimus supplicium vsque ad tempus Regis Alphonsi Magni: cum esset Episcopus Sisonandus successor Ataulphi, Rex iussit successores accusatorum, ut seruos, tradi Templo D. Iacobi, ut refert Mariana d. lib. 7. cap. 16. & 18.

8 Huc etiam pertinet quod animaduertimus debere Principem occultare defectus ministrorum suorum, nisi à populo cognoscantur, in illorum vituperium, & dedecorem cedant, de quo singularem doctrinam, & notanda exempla sacræ litteræ exhibent, nam Moyses, cum intenderet de petra ducere aquam, deficeret dubitatione in fide, ut reliqui Israëlitarum, debuit, ut illi, puniri, ne perueniret ad terram promissionis, ut constat ex Deuteronomio cap. 1. 37. & ideo antea mortuus est. Et Dominus occultauit eius sepulchrum, & inter alias causas, quas referunt Doctores, ut tradit Magister Marquez in Gubernatore Christiano, lib. 1. cap. 32. illa aptissimè nobis congruit, nam eis qui mortui erant in

in deserto, erigebatur tumulus sepulchri, cum inscriptione, *illud esse sepulchrum concupiscentia & peccati, ex quo mortuus non peruenit ad terram promissam* Et quia Moyses erat populi Gubernator, & ne peccatum illius omnibus constaret ex inscriptione sepulchri, ideo illud Dominus occultauit, vt tradit frater Germanus Buses in *Cosmographia Christiana die 3. Mercurij, cogitatione 1. §. 2.* aded enim Deus curat peccata Gubernatorum non publicari; & mirè facit quod de Aarone fratre eiusdem Moyfis traditur *Numeror. cap. 12.* nam cum Aaron & Maria soror loquuti contra Moysem, Maria leprâ percussa, & Aaronem leprâ non tetigit, & omnium communis sententia condonatum fuisse Aaroni propter dignitatem, & debebat externè compositus & honoratus apparere coram subditis, maximè cum esset Antistes, vt ex Diuo Chrysostomo nouissimè notauit D. Serlogus in *Cantica Canticorum, tom. 3. vestigatio. 33. sectione 6. numero 70.*

9 Idque mirè demonstrauit Christus Dominus noster cum suis discipulis, quos doctrinæ & regimini spiritali destinabat, nam, vt constat ex Diuo Matthæo *cap. 8.* cum iussit eos ascendere in nauiculam, & timentes procellas maris, quia nauicula operiebatur fluctibus, dormientem Dominum suscitauerunt discipuli, dicentes, vt saluaret eos, quia peribant, eos Dominus reprehendit timidos, & modicæ fidei, & ideo solos assumpsit discipulos, & non permisit alios in nauiculam intrare, nam, vt tradit Abulensis in *Matthæum 3. p. 976.* ibi, noluit quod turba viderent defectum discipulorum.

10 Quod etiam Deus multoties ostendit, & insinuauit cum suis ministris, vt erant Prophetæ, nam quando aliquid ab eo publicè petebant, statim concedebat, Elias simulatque orauit, absque eo quod iterum peteret miraculum, factum fuit, & ignis de cælo descendit super sacrificio, *lib. 3. Regum cap. 18.* & ad primam vocem Eliæ descendit ignis de cælo, qui deuorauit Principem quinquagenarium, & suos qui contra Eliam veniebant, *lib. 4. Regum capit. 1.* & tamen in secreto semel, iterum & tertio orauit, vt suscitaret filium viduæ Sareptanæ *lib. 3. Regum. cap. 17.* & etiam solus septies orauit in vertice Carmeli, vt pluuia agros irrigaret, *lib. 3. Regum. cap. 18.* huiusque rei alia extant exempla in sacra Scriptura *lib. 4. Regum cap. 2. & 4. Danielis cap. 2. 4. & 10. Hieremia cap. 13.* cuius rei ea ratio erat, quia publicè Deus valde suos ministros honorat, etiam si in secreto non ita eorum petitionibus annuat, & explicat Abulensis *tom. 4. lib. 3. Regum quest. 13.* dum inquit, hoc erat ad gloriam Prophetarum, nam si Prophetæ clamarent ad Deum coram populo, & non exaudirentur, illico crederet populus esse eos parui meriti, si non honoraret eos nimis: cum autem mox, vt ipsi, orabant, exaudiebant eos Deus, & adquirebant magnam reuerentiam in conspectu plebis.

11 Id etiam imitatus est nostri Regis progenitor Carolus Audax, Dux Burgundiæ, quem Annales Belgici Bellicosum appellant, vt tradit Emanuel Suerius *lib. 24. Annalium Flandria anno 1477. in eius vita, pag. 565.* qui cum inter militares turbas sui exercitus continuè incederet, vt omnia videret, & componeret, etiam si milites gregarios seuerè de incuria & ignauia reprehenderet, nunquam tamen Duces & officiales publicè obiurgauit, sed maximo honore prosecutus, & secretè euocabat, vt defectus, & quæ facienda animaduerteteret, sequutus quod traditur in *Ecclesiastici cap. 10. 14.* eis verbis, in medio fratrum Rector illorum in honore. & denotauit factum Samuelis, nam etsi Saül peccasset, & ex iussu & voluntate Dei veniret, vt il-


lum regno priuaret, tamen coram subditis honore illum prosecutus est, vt illi educerentur Principi obsequi, & reuerentiam exhibere, annuens petitioni Saülis, nam, vt traditur *lib. 1. Regum cap. 15. 30.* Samuellem rogauit eis verbis: *Peccasti, verumtamen honore me coram senioribus,* nam iudicauit Propheta ad optimum regimen conducere, vt etiam si breui tempore gubernaret Saül, quousque declaret Domini voluntatem, vt Regno priuaretur, adhuc, dum ministri munus exercent, quia locum Dei tenent, debent honorari, quia sine reuerentia non poterunt subditos corrigere, & illorum audaciam cohibere, idcirco iustum est nomen, & decus Gubernatorum apud subditos non obsolescere, vt tradit Diuus Thomas *2. 2. quest. 102. artic. 1. & 2.*

12 Confirmatur quantum oportet superiores honorari ex controuersia Archangeli Michaëlis cum dæmone, de qua fit mentio in epistola canonica Sancti Iudæ, quia Dæmon volebat sepulchrum Moyfis & corpus patefacere, quod prohibebat Archangelus, cuius rei varia traduntur rationes à Theodoro & Nicolao de Lyra in dicta epistola, & ex Caietano Gagneio & Montano illam tradit Magister Marquez in *Gubernatore Christiano, lib. 1. cap. 32.* nam Israëlita aded Moysem Gubernatorem honorabant, vt si corpus eius haberent, idololatrarent; sed tamen animaduertendum est quod traditur dicta epistola eis verbis. *Cum Michaël Archangelus cum diabolo disputans, altercatur de Moyfi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemie, sed dixit: Imperet tibi Deus.* cuius ex S. Gregorio, D. Thoma, Cornelio à Lapide causam nobis aptissimè tradit Pater Nissenus in *sua Quadragesima 1. part. die Veneris 6. assumpto 6.* quia Dæmon, cum quo altercabatur Michaël, erat Lucifer, qui ante quam peccaret, superioris Hierarchiæ & maior omnium spirituum cælestium erat, & quia aliquo tempore fuit superioris Ministerij quàm Michaël, noluit etiam postquam Dæmon factus, illum abiicere, nec iudicium inferre blasphemie, sed solum vt Deus illud imperaret, quasi minister & superior, quamuis vitiis & moribus Dæmon sit, non debeat despici, & contumeliosis verbis, aut detractionibus vituperari.

13 Et variis exemplis Pharaonis, Iosephi, Moyfis, Iosue, Salomonis & Ducis Iehu probauit Marquez in *Gubernatore Christiano, lib. 1. capit. 18.* expendens in eo maximè laudandum Carolum V. Imperatorem, nam, vt de illo tradit Tarcanota in *eius historia 1. part. lib. 5.* cui summa fuit cura, vt sui ministri à subditis obedientia & æstimatione honorentur. Et Liuius historiæ Lusitaniæ, Ioannes Barros *decade 3. lib. 6. c. 10.* de Magno Rege Portugaliæ Ioanne II. refert, cum graues quartelæ ad ipsum delatæ aduersus ministrum, earum facta inquisitione decreuit officio priuare, sed adhuc in munere per annum conseruauit, & postea in Palatio dedit officium circa Principem eius filium, vt inde magis videretur honorari, quàm cum dedecore à munere deponi.

14 Et confirmat Ioannes Barros aliis exemplis Imperatoris Caroli V. qui familia fecit, & tempore Philippi secundi eius filij grandi æstimatione & honore iustitiæ Magistratus habiti fuere, in quo vt in prudentia, iustitia, & fortitudine imitatus, excellentem Imperatorem Traianum, de quo Plinius in *Panegyrico,* ita scribit, *Est hac natura sideribus, vt parua & exilia validiorum exortus obscuret; similiter Imperatoris aduentu Legatorum dignitas inumbratur; tu tamen maior omnibus quidem eras, sed sine vilius diminutione maior, eandem auctoritatem presente te quisquam, quàm obsemente retinebat, quia etiam plerisque ex eo reuerentia accesserat, quod tu quoque reuerere. quod ex sacris literis*

literis & aliis, exornat Pat. Velasquez de optimo Principe, lib. 3. annotat. 18. n. 5. & 6. qui de eodem Traiano refert, nullam in eo gloriam ponit quod si omnibus maior, nisi maximi fuerint quibus est maior. non solum apud subditos, sed etiam coram se & apud se voluit ministros venerari imitentur Principes, vt subditorum obedientiam & amorem conciliant.



ALLEGATIO CIV.

Negotiatio & mercatura non potest aliquatenus Magistratibus permitti.

- 1 Mercaturam plures illustres viri exercuerunt.
- 2 Reipublica valde conducit negotiatio, mercatura & nauigatio.
l. semper. §. negotiatores. ff. de iure immunit.
l. 2. C. de nundinis.
l. unica. tit. 13. lib. 3. Recopilatio.
- 3 Hispania legibus prohibetur Magistratibus & iudicibus omnis negotiatio.
l. 5. tit. 5. p. 5.
l. 2. tit. 6. lib. 3. Recopil.
- 4 Thebani & Lacedaemones mercatores ad Reipublica gubernationem non admittebant.
- 5 Romani nec ad decurionatum non admittebant mercatores, nisi in sua patria, & in aliorum defectum.
l. nec is, C. de dignit. lib. 12.
l. unica, C. negotiat. ne militent.
l. nobiles 3. C. de commerciis.
l. in causa 17. §. idem Pomponius, Digest. de minoribus.
- 6 Nouella de mandatis Principum, c. 5.
- 7 Salaria qua sufficiant Magistratibus, Princeps debet assignare.
cap. 47. Genesis.
cap. 10. libri Sapientie.
cap. 18. & 25. Deuteronomij.
Dinus Paulus epistola 1. & 2. ad Corinth. cap. charitatem 12. q. 2.
- 8 Auaritiam valde vitare debent Magistratus.
- 9 Idololatria & auaritia copulantur.
Auaritia non solum animum laedit, sed corporis salutem.
- 10 Damna qua ex permissione negotiationis in Magistratibus proueniunt.

Si salaria aliquo modo minuerentur, vel non sufficerent Magistratibus, an posset aliquo modo negotiatio & mercatura eis permitti.



DE utilitate negotiationis ac mercaturæ, & quanti illustres viri eam exercuerint, Solon Atheniensis, Thales, Milesius, Zeno, Cato Censorinus, & plerique Reges & Imperatores, Vespasianus, Tarquinius, Priscus, Pertinax & alij, Tiraquellus de nobilitate, c. 33. num. 5. 16. & 17. & Principes de mercatura valde curare oportere, eamque ale-

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fiscal. Pars II.

re, & ipsos exercere, ex variis factæ Scripturæ locis & aliis authoritatibus probarunt Nicolaus Bellus de statu Politico lib. 2. discursu 53. & lib. 5. discursu 95. & 96. Menochius Iesuita de institutione Politica, c. 17. num. 15. Adamus Contzen lib. 8. Politicorum, cap. 10 per tot. vbi, §. 3. tradit Abrahamum mercatorem fuisse.

Reipublicæ valde vtilem esse negotiationem & mercaturam, suadent leg. semper. §. negotiatores, ff. de iure immunit. leg. 2. C. de nundinis. Scaccia de commercijs, q. 1. §. 1. n. 47. Petrus Gregorius lib. 4. de Republica, cap. 7. D. Valenzuela conf. 52. n. 86. Pineda de rebus Salomonis, pag. 242. ex Aluaro Velasco, Heuia, Petro Fabro, Amirato ad Tacitum, Cassiodoro & aliis probauit D. Solorzanus 2. tomo de Indiar. gubernatione, lib. 5. c. unico, num. 60. & de nauigatione quatenus negotiationem & mercaturam alit, plura ex Aristotele, Angelo, Stracha, Camillo Borrello, Marta, Calixto, Ramirez, Seraphinus, Freitas, D. Ambrosio, D. Basilio & pluribus tradiderat idem Solorzanus 1. tomo de Indiarum iure, lib. 1. cap. 8. n. 11. cum seqq. & c. 16. num. 31. & addens Annæus Robertus lib. 2. rerum indicat. cap. 16. vbi agit de iudice nundinarum Lugdunensium ad mercaturæ augmentum, & vt lites inter mercatores bona fide sine subtilitate ex iuris versutia peragantur, & alia plura de hac re adducit; & idem apud nos de iudicibus consularum traditur in l. unica, tit. 13. lib. 3. Recop. & de eorum mercatorum iudicium priuilegijs, & iurisdictione, videndus Heuia 2. p. Curia, lib. 2. commercij terrestris. §. 15. del Consulado, & vide Petrum Gregorium lib. 4. de Republica, c. 7. n. 13.

Verumtamen rectè nostris legibus omnibus Magistratibus negotiatio prohibetur l. 5. tit. 5. p. 5. l. 2. tit. 6. lib. 3. Recopilat. & non licere iudicibus ex generali consuetudine regiminis Hispaniæ obseruatur, nec sine periculo permittendum suadent.

Primum, quod ex Aristotele lib. 3. Politicorum, cap. 3. constat nihil magis obesse Reipublicæ, quam munera publica obeuntes, studere negotiationi & legem Thebanorum refert, cuius memoratur Alex. ab Alexand. lib. 4. dierum Genialium, cap. 6. vt ad gubernationem Reipublicæ & Magistratus nemo accederet, nisi qui annis decem à mercimonijs destitissent, & aliud simile de Lacedaemonijs refert Contzen dict. cap. 10. §. 5. quamuis errore admissum credat, nec prudenter fieri negotiatores à Reipublicæ gubernatione abdicare; sed tamen vltra ea quæ statim expendenda, id valde regimini necessarium, ne Magistratus mercatura implicentur, probatunt Iason & antiquiores in leg. principalibus, ff. si cert. petatur. Auiles in cap. 2. Pratorum, verb. heredat. Puteus de syndicat. verb. contrahere, cap. 1. & 2. Rolandus à Valle vol. 2. conf. 83. num. 3. & seqq. Natta conf. 50. num. 13. Isernia, Guido Papa, Afflicis, Socinus, Amadeus, Bonifacius, Antonius Gomez, Orosius, Auendañus, Didacus Perez, Villalobos, Matienzo, Dueñas, Azeuedo, Belluga, Petrus Gregorius, Bartholomæus Philippus, Simancas, & alij, quos refert Bobadilla lib. 2. Politic. cap. 12. à num. 34. vsque ad 57.

Secundum, Romani, quorum regendi peritia omnibus exemplar, solum in sua patria & in defectum aliorum mercatores, & eos, qui vtensilia negotiarentur, ad decurionatum admiserunt, & ad prædictas vitales negotiationes, & vt cum eis dignitates publicæ non conueniant, respexit leg. nec. is, C. de dignitatibus, lib. 12. vbi prohibetur ne quis ex vltimis negotiatoribus aliqua frui dignitate pertinet, sed etsi quis meruerit, iubetur repelli, & ad id pertinet l. unica, C. negotiatores ne militent, lib. 12. & ad quancumque negotiationem vt prohibeatur, notanda est ratio Imperatoris in leg. 3. C. de commercijs. vbi honore conspicuis

M perni

pernitiosum vrbibus mercimonium exercere prohibetur. nota verba & rationem, ibi, *Vt inter plebeios & negotiatores facilius sit emendi vendendique commercium.* & faciunt verba Zonaræ tom. 3. de Theophilo Imperatore, ibi, *Quod si nos præter Imperij opes etiam mercatura emolumenta interceperimus, vndenam subditi vicium comparabunt?* idque meritò Magistratibus aptari oportet, quippe in quocunque genere mercium si quilibet plebeius emere, aut vendere vellet, & Magistratus spe lucri rem sibi intendat vindicare, & illam negotiationem exercere, quæ difficultas commerciis non exurgeret, quibus concussionibus via non pateret? aut cum liceat naturaliter inter contrahentes se decipere, vt aliàs dixit Iurisconsultus in l. in causa 17. §. Pomponius, ff. de minoribus, quis libere cum Magistratu contraheret, & sibi commodum ex negotiatione quæreret, sed potius vt blandiretur iudici consultò se decipi ambitet, vt hoc quæsito colore Magistratum corrumperet, & in suum vsum & arbitrium alliceret, fides, æqualitas & libertas commerciorum ex nullo alio facilius violatur, fleatitur & opprimitur, & ideo inter magnitudinem Pompeij, qua non fraudandam tradit Plinius lib. 18. capit. 6. refert illum nunquam agrum mercatum fuisse conterminum, quasi ex eo præsumi non posse vicinum aliquo modo opprimere velle.

6 *Tertium*: Imperator Iustinianus in Nouella 17. de mandatis Principum, cap. 5. monet Præsidiis prouinciarum huic rei aptissimè, *festinabis Consiliarium & quicumque circa te assumere virum optimum & purum vndique, & contentum his qua à fisco dantur.* Nihil ergo Magistratus aliunde appetat, quàm quod à Principe suo muneris exercitio speret, aliter quidem constantia flecti oportet, & facilius in eum mancipabitur iudex, ex quo mercaturæ prætextu vtilitatem capiat, & cupiat, nihil aliud hæc institutio, quàm tegmen repetundarum semen iniustitiæ & fucus omnis improbitatis.

6 *Idèò necessarium est, vt congrua salaria Magistratibus assignentur, ne aliquatenus ab alio, quam à Principe aliquid ex necessitate accipere cogantur, vt suadetur Genesis cap. 47. Deuteronomij, c. 18. 25. libro Sapientia cap. 10. D. Paulo epist. 1. ad Corinth. numer. 9. & epistola 2. ad Corinth. cap. charitatem 12. qu. 2. & ita inter Imperatores Romanos fecisse Augustum tradit Dion. lib. 13. histor. Romane; de Nerone, Ælio Spartiano, & Lampridio refert Alex. ab Alexandro lib. 4. dierum genialium cap. 11. & plura quæ de Cuspiano, Pontano, Bobadilla, Matienzo, Segura, Flores de Mena, Luca de Peña, Auendaño, Platea, Auilefio, Nauarro, Couar. Molina, Menochio & aliis pluribus ego notauì 2. p. decis. 85. à num. 10. vsque 16. Ex pluribus Politicorum præceptis, nota repetenda verba Caroli Scribanij lib. 1. de politico Christiano, cap. 27. dum de Magistratibus loquitur, & Principem monet ibi, *Liberati deinde stipendio singulos donet, punire potest qui digna laboribus præmia largitur; durum verò est punire, quem necessitate ad illicita impellit. Vis incorrupta iudicia? egestatem amouit, ad quem non cogit paupertas? Vis integra adsint integritati sua præmia, vt nec aliunde mendicare, nec sperare debeat, qui iuri dicundo præest.* & paulò inferius iterum subdit hæc verba. *Regia ergo stipendia suis præbeat, quibus vniuersam familiam pro concediti sibi muneris dignitate tueantur, & viros inueniet; ea verò velim stipendia, qua satis sunt familia ampliter alenda, nam & amplitudo venerationem auget, & animos addit, & vero graue est Regi, aut Reip. de suo impendere: libera proinde optem patrimonia, nec ea attingi familia sustentanda seponat hæc in liberos quisquis à Consiliis Principi est; quin eo etiam crescant**

stipendia, vt seponi aliqua possit in posteritatem, ac nepotes & optimè sperare iubeo Principem de suorum integritate, nam leges ferre & necessariis destituere, est ingenium ad dolos & fraudes acnere, & venalem clam iustitiam facere, cum publicè non possit. Addendum quod colligitur ex Diuo Matthæo cap. 10. Aristotele Politicorum Dione lib. 5. 2. Patritio de Republica, lib. 3. tit. 6. Auilefio & aliis, quos refert Bobadilla lib. 2. politica, cap. 11. num. 7. & cap. 12. num. 15. plura tradit Mastrillus lib. 1. de magistratibus, cap. 21. per tot.

Quartum nihil magis à Politicis omnibus in Consiliariis cauendum instillatur, & suadetur, quàm pecuniæ studium, vt post plures rectè probauit Ioannes Chokier lib. 3. Theauri Aphorismorum, cap. 19. Magistratus enim qui iustitiæ Sacerdotes & legum cultores, non poterunt executioni rectè deseruire, dum auaritiæ & pecuniæ acquirendæ ex mercimoniis studuerint, exprobrat Iuuenalis Satyra 14.

— Sed qua reuerentia legum,

Quis metus, aut pudor est unquam propter auari?

Nam, vt tradit Lactantius Firmianus lib. 1. diuinarum institutionum, cap. 5. quibus abest studium lucri, abest etiam voluntas peccandi, & causa fallendi. & auaritiæ esse pestem in viris publicis, & de illius odio consule quæ notarunt Bobadilla lib. 1. Politica cap. 3. num. 31. & lib. 2. cap. 12. per totum. vbi plura congestit, & Theatrum vitæ humanæ pagin. 1701 & vol. 10. lib. 1. pag. 2377. & in honestam rationem opum acquirendarum in mercatoribus Consiliariis non congruere, & mercatores ad Magistratus non admittendos, tradit vol. 10. lib. 4. pagin. 2459. & mercaturæ luxum & auaritiæ famulari, tradit idem vol. 20. lib. 1. pag. 3460. nec istis quæ magis vitare debent Magistratus, congruit indulgere. Cotent igitur qui Reipublicæ præsumt, & iustitiæ administrationi præpositi auaritiæ omnino fugere; hic enim affectus vilissimus, nam qui lucri cupidus se pecuniæ mancipauit, æquitatem, religionem & nomen suum abiicere non dubitat, quia, vt tradit Sanctus Leo sermone 9. de passione Domini, *nullum est in eo corde iustitiæ vestigium, in quo auaritia fecit habitaculum.*

— Pereunt discrimine nullo

*Amisse leges: at pars vilissima rerum
Certamen nouistis opes.*

vt tradit Lucanus 3. Pharsalia.

Nullum equidem maius excidium, quàm quod præparat auaritia. Sic cum Diuus Paulus apud Ephesum biennium Christianæ gentilitati præcepta insinueret, plures ad catholicam fidem adsciuit; tunc Demetrius nobilis insculptor, cum Dianæ imagines, quas mirificè & ingentis mercedis pretio fabricare solebat, iam non venerari vidisset, abiecta idololatria seditionem aduersus Christianos excitauit, & quam numen Diuæ & religio sua non commouit vt Christianos infestaret, pecuniæ iactura impulit, vt tradit Magister Marquez in præmio Psalmi, consid. 1. vbi probat ex lib. 3. Regum cap. 12. & lib. 4. Reg. cap. 7. similiter Iero-boamum post diuisionem tribuum ne si ad Hierosolymæ templum populus accederet, ad Roboam conuerteretur, & ille careret tributis, duos vitulos aureos fabricauit, quos ipse & subditi adorarunt, vt indissolubili quippe nexu idololatria & auaritia copulantur, & non solum inde cum Magistratus capit maximè publicam salutem, verum etiam avari priuatam infestat, nam ex Phauorini dissertatione apud Agellium libro 3. noctium Atticarum, capit. 1. non animum tantum, verum etiam corpus eneruat, & corrumpit, quippe anxietas negotiationis quærendæ pecuniæ animi & corporis quiete perfrui non

permittit, & tetrum affectum auiditate diuitiarum Magistratum in improbatissima quæque impellet, quæ semper dedecore & mœrore prement, qui hominem maximè afficit, & officit, cum nulla efficaci modera salus tueri possit, quàm animi lætitia, & inde plures experimur mœstitia perisse; caueant igitur ad hoc pecuniæ vili studio Magistratus; hoc enim vitium semper insatiabile est, quia nec copia, vel inopia minuitur, sed miserè continuò auarum augit, & premit.

10 Quintum, quia etsi variis cautelis consuleretur, & maximo circumstantiarum & qualitatum antidoto hoc venenum permissionis negotiationis & mercaturæ corrigatur, tamen vt semper cupiditas serpit, hoc malum in summum improbitatis fastigium excedet, nunquam quis, vt inquit Seneca, repente fit malus, & sancti omnes & recti Gubernatores minima peccata vitanda censuerunt, ne ex his grauiora sequantur, id quod bono initio admissum, vt omnia mundi labenti improbitatis perodio in deterius degenerant: sic negotiatio in aliquibus rebus Magistratibus permilla, nihil linquet inaccessum, nullum improbitatis & fraudum genus intactum, & cum Magistratus non solum à culpa vacare oporteat, sed à culpæ suspitione, vt ex Cicerone Bobadilla lib. 2. cap. 12. num. 5. & 32. Quis subditis, qui semper Consiliarios æmulantur, & odio habent, suspitionem euacuabit, & semina auellet? ne Magistratus carpant, & proba etiam facta in deterius retorqueant, indigentiam annonæ & mercium Magistratus auaritiæ tribuent, mercatorum fraudibus ex hoc patrociniū, nam sui doli Magistrum fortè primò Magistratum sequuti, quis iudex ordinarius omnibus legibus, & regimine execrabiles puniet: Si eisdem miniquinatur trapezitis, exurgent continuæ recusationes in litibus, & iustitiæ exercitium, quod ex se grate, & odiosum improbis existit, suspectum reddetur & contemptibile. Absit, apage.



ALLEGAT. C V.

Sportulæ, apud nos Propinas, si non sufficiant emeritis Senatoribus, & in actu seruientibus, isti præferendi.

- 1 Operarius dignus est mercede laboris.
Diuus Lucas c. 10.
c. 19. Lenitici.
c. 24. Deuteronomij.
c. 4. Tobie.
- 2 Sumptus salariorum reputantur vt expensa necessaria.
c. presenti, §. porro. ff. de officio ordin. lib. 6.
l. hæcenus §. ff. de usufructu.
l. neque stipendium 13. ff. de impens. in rebus dot. factis.
- 3 Salaria administrationis prelationem habent.
l. 26. & 28. tit. 13. p. 5. & n. 9.
l. interdum, ff. qui potiores, & n. 9.
- 4 Senatori emerito salarium ex gratia & beneficio conceditur, quia de iure non debetur.
l. 1. tit. 15. lib. 9. Recopil.
- 5 l. Seio amico, de annuis legatis.
l. Titio cum esset Roma ff. ad municipalem.
l. 46. in fine tit. 21. lib. 5. Recop.
- 6 Emeriti salaria & sportulas consequuntur ex causa lucratina seruientes ex causa onerosa.
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

- 7 Emeriti iustè premium laboris consequuntur.
Emeritum premium quod veteranis dabatur.
l. non omnes, §. si post, ff. de re militari.
l. desertorem 3. §. qui militia, & §. sed etsi, ff. eodem.
- 8 Præferendus iure ille, ex cuius labore processit.
- 9 Administratio, & omne quod ad illam pertinet, habet privilegium prelationis.
l. 29. tit. 13. p. 5.
- 10 Dignitates habentium illi præferendi, qui in actu administrant.
l. omnes 2. C. vt dignit. ord. seruet.
- 11 Dignitate suppressa, & postea de nouo creata, censetur noua dignitas, & prima extincta.
l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. obl.
l. qui res, §. arcam, ff. de solutionibus.
- 12 Labore cessante, debet cessare premium.
- 13 Restitutio gratia non operatur in preiudicium tertij.
- 14 l. si filius qui patri, ff. de bonis libertor.
- 15 Substitutus qui seruit in præbenda, est præferendus proprietario quando fructus utrique non sufficiunt.
- 16 Vicarius in beneficio annexo Monasterio, est ei præferendus in fructibus, si necessarij ad alendum Vicarium.
- 17 Salaria prius debent consequi officiales ordinarij, quàm extraordinarij.
Distributiones quotidiana solum debentur in actu seruientibus.
Trident. sess. 24. c. 12.
c. 1. de Clericis non resid. lib. 6.
- 18 Premium est pretium laboris, & operæ.
l. secundum naturam, ff. de reg. iuris.
Premium victoria liris dari debet substituto qui propter absentiam proprietarij litem instituit, & in causa obtinuit.
l. unica, §. pro secundo, C. de caduc. tollen.
l. is qui in potestate 15. §. ult. ff. de legat. præstandis.
- 19 Redditus officij quando alicui iubentur restitui, debent intelligi pronientes ex officio, non personali labore.
l. 1. C. de re milit. lib. 12.
- 20 l. fin. C. de Præpos. sacri cubiculi, lib. 12.
l. quod si minor, §. Scauola, ff. de minorib.
l. pupillus 24. ff. que in fraud. cred.
Dignitates in actu exercentes præferendi eis, qui non administrant.
- 21 Senatoribus Patrimonij regij solent largitiones à regnis Castella fieri de seruitio ordinario.
- 22 Senatores emeriti petunt largitiones istas, sed immerito.
- 23 l. Seio amico, §. medico, ff. de annuis legatis, & num. 27.
Generale dictum ad extraordinaria non referatur.
- 24 Concessio extendi non potest ultra illos quibus est facta.
l. cum pater, §. donationes, ff. de legatis 2.
l. donatio 25. C. de donationibus.
l. 1. 2. & 3. C. de donatio. qua sub modo.
l. final. C. de pactis inter emp. & vendit.
- 25 Confessio facta nomine aliquorum, non extenditur ultra nominatos.
l. si heredes nominatim 127. de legat. 1.
l. nonnunquam, ff. ad Trebellianum.
l. Celsus, alias Pater 29. §. quod alicuius, ff. de legat. 2.

- 26 Coniectura cessant ubi de voluntate apparet.
l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3.
- 27 Largitio qua respicit laborem, non liberalis donatio est, sed ob causam.
Commodum oportet ab onere regulari.
l. unica, §. pro secundo, C. de caducis toll.
l. is qui in potestate, §. ultimo, ff. de legatis praeslandis.
- 28 Retentio facilius conceditur, quam actio.
l. per retentionem, C. de usuris.
l. Paulus, ff. de doli exceptione.
- 29 Melioris conditionis esse non debet qui non laborat, quam qui labori incumbit.
l. pupillus 25 ff. qua in fraudem credit.
l. non solum 13 ff. de noxalibus action.
l. sine hereditaria 23 ff. de negot. gest.
l. Servius 4 ff. quod vi aut clam.
l. relegatorum, §. ult. ff. de interdicit. & releg.
- 30 Generalis dispositio omnes casus, etiam privilegiatos, comprehendit.
c. solita, de maiorit. & obedient.
- 31 Omissus in dispositione nunquam ad illius partem admittitur, nisi habeat ius illam impugnandi.
l. si post mortem 10. §. liberi, ff. de contra tabulas.
- 32 Ius accrescendi non datur nisi inter coniunctos.
Ius accrescendi non procedit in contractibus etiam lucrativis.
l. si mihi & Titio 110. ff. de verbor. oblig.
l. Lucius 78. §. qua habebat. ff. ad Trebellian.
- Verbum distributum facit disunctionem.
- 33 l. si extraneus 6 ff. de condit. causa data.
l. si qui se debere 6 ff. eodem.
l. si donaturus 9 ff. eodem.
- 34 Creditor inter eos qui sunt aequales, ille preferendus, qui magis diligens fuerit in exigendo credito.
l. pupillus 24 ff. que in fraudem credit.
l. si non expedierit 6. §. 1. ff. de bonis auctoritate iudicis possidendis.

Utrum ex distributionibus quae Consiliaris dantur ultra salarium ex condemnationibus quae fiunt in Senatu, & deseruiunt ad illas sportulas, quas dicimus Propinas, si aliqui sint Senatores emeriti, & omnibus non sufficiant expensae iustitiae, ex quibus solvuntur, an qui in exercitio muneris sunt, alijs debeant preferri, vel inter omnes pro portione sportulae diuidenda & diminuenda.



PT preferendos illos, qui in actu seruiunt, suadet, quia pertinet ad obligationem necessariam, ut dignus sit operarius mercede sua, Diuus Lucas cap. 10. & probatur *Leuit. cap. 19. Deuteronom. cap. 24. & Tobia cap. 4.* exornat D. Solorzano 2. *tomus de iure Indiarum, lib. 1. c. 5. n. 82. & c. 18. n. 28.* faciunt verba Cassiod. lib. 11. *epistola 37.* ibi, bene promissum est, ut laboris sui pretia recipiant qui pu-

blicis vilitatibus obsecundant. adde quae ex Cicerone Lampridio, Vopisco, Salmasio, Petro Gregorio, Bulengero, Gutierro, Forcatulo, Cuiacio, Osvaldo & alijs pluribus eruditè exornat D. Amaya ad l. unicam. C. de prabendo salario, lib. 10. per totam.

Et sumptus qui faciunt in salariis, reputantur ut expensae necessariae, sicut illae fiunt causa colligendorum fructuum. *cap. praesenti, §. porro, de officio ordinarij lib. 6. gloss. verb. fructus, in cap. si tibi concessio 26. de prabendis lib. 6. l. haecenus 8. de usufructu, ibi, utputa stipendium, vel tributum, vel salarium. l. neque stipendium 13. ff. de impensis in rebus dotalibus factis.* Tiracuellus de tractatu lignagier. §. 15. gloss. 1. num. 7. Molina de Hispanorum primogenijs lib. 1. cap. 27. num. 8. & quod eius additio notauit ibi ex Aquile Pedroche, Olafcho, Ioanne Garcia, D. Castillo & alijs Barbosa in l. fructus 7 ff. soluto matrimonio. Baeza de decima tutorum, cap. 2. num. 28. Gutierrez de tutelis 3. part. cap. 20. num. 11.

Et ideo salaria omnibus praefertur, quasi rem conseruare videantur, & saluam reddere, *argumento leg. interdum. §. cum lege sequenti, ff. qui potiores. l. 26. & 28. tit. 13. part. 5.* iunctis quae notantur Negusantius de pignoribus 2. membro 5. part. ex num. 15. D. Couarr. lib. 1. *variar. cap. 7. num. 2. & 3.* D. Molina lib. 1. de Hispanorum primog. cap. 10. n. 9. Ioannes Gutierrez Rebuffus & Molina, quos refert Rodericus de priuileg. credit. art. 7. n. 1.

Rursus qui emeritus est, & actu non seruit, de iure stricto non potest petere salarium, quia solum debetur ei, qui in actu & exercitio est eius officij, pro quo salarium praestatur, nam id quod est emeritum, salario frui non ad ius, sed ad meram liberalitatem, & Principis gratiam spectat, ut expressè probatur *l. 1. tit. 15. lib. 9. Recopil. eis verbis, No libren officio ni queracion saluo a las personas que realmente y con effeto seruieren los officios de las tales, raciones, y quitaciones si nos expressamente nolome andaremos por haçer merçed especial a algunas personas.*

Conducit textus in l. Seio amico, ff. de annuis legatis, & est textus notabilis in l. Titio cum esset Roma, ff. ad municipalem. Vbi in eo, qui dolose & falso se introduxit ad ministerium, quod alijs commissum erat, quia ille exercitium habuit, traditur ei competere viaticum, ex verbis textus, ibi, *Herennius Modestinus respondit, Titium quidem viaticum petere non posse, sed eum qui nomen incidisset, iuxta vulgatam lectionem, & ex Haloandri indidisset, & quid esset viaticum, referrique ad sumptus itineris, notantur ex Apuleio & alijs, Gofredus in eo textu, & comprehendere quod pro via & itineris dabatur dispendio, tradit Suetonius in iulio, cap. 68.* Gutierrez de officio domus Augusta, lib. 3. cap. 4. ex Cuiacio, Eustathio, Ludouico de la Cerda, Sauro & Beroaldo, rectè notauit D. Amaya in l. 3. C. de muneribus & honoribus non continuand. dict. lib. 10. num. 38. & ex d. l. Titio, colligunt communiter Doctores, ut qui exercet actum alteri mandatum sub certo salario, salarium petere potest, & probari videtur *l. 46. in fine tit. 21. lib. 5. Recopil. ibi, Ayan ylleben con los cargos de inssu contenidos cada uno los dias que libraren las dichas cosas assi de sus salarios como de sus derechos en la manera y las quantias siguientes.*

Et qui emeriti sunt, & intendunt consequi salarium absque eo quod subeant exercitium & muneris laborem, de causa lucratiua agere videntur; qui verò seruiunt, & officiorum arumnis & vigilijs sunt mancipati de causa onerosa, & iniquum esset, ut qui labori & studio subiacerent, muneris emolumentis non gauderent, illisque fruenterent, qui iam à muneris exercitio emeriti recesserunt, *argument. l. humilioribus 14.*

C. de susceptoribus, lib. 10. ibi, Nec enim equum est, ut ad officium lucra, ad Curialem susceptionis damna pertinent.

7 Nam, quamvis emeritis iuste Principis beneficium conferatur, & primum quod antiquitus veteranis dari solebat, inde emeritum primum dicebatur. *l. non omnes §. §. si post. ff. de re milit. l. desertorem §. §. qui militis, & §. sed si. ff. eodem.* ex Suetonio in *Augusto cap. 13.* Lucano *lib. 1. Pharsalia.* Petro Gregorio, Cuiacio, Marcello, Donato, Petro Fabro, Levino, Torrentio, Thoma Dempster, Stuckio, & aliis notavit D Amaya *ad l. 1. C. de his qui sponte munera publica subeunt, lib. 10. num. 6. & 7.* tamen semper ad primum refertur quod emeritis conceditur, idque lucrum respicit: at verò debitum est quod seruiantibus in actu elargitur, ut merito si omnibus sportulæ non sufficiant, seruiantes præferendi.

8 Præsertim, cum sportulæ prædictæ & distributiones quæ Senatoribus dantur, proueniant ex condemnationibus quæ fiunt à iudicibus, qui in actu seruiunt, & eorum labore, & studio procedant, vnde in eis sunt præferendi, argumento eorum quæ notantur in *l. qui scit §. in alieno ff. de usuris, & quæ ex Gregorio Lopezio, Barbosa, D. Castillo & aliis tradit Rodericus de privilegiis. credit. r. p. artic. 8. à num. 13. usque ad 16.*

9 Deinde quia obligatio salarij, ut seruienti soluatur etiam in concursu cuiusque causæ onerosæ consideratur, ut omne quod pertinet ad administrationem, habeat in iure privilegium prælationis, *l. interdum, cum l. sequenti. ff. qui potiores in pignore habeantur, l. 28. & 29. tit. 13. partit. 5.* vbi Gregorius Lopez gloss. 1. & d. l. 29. gl. 4. Barbosa in *l. si cum dotem, §. fin. ff. soluto matrimonio. num. 35.* Cuiacianus *1 p. decis. 44. num. 46. & 47. & 2 p. decis. 3. n. 9. 18. & 19.* Felicianus de censibus, *tom. 2. lib. 3. cap. 4. n. 12.* Tiberius Decianus *consil. 109. n. 23. cum seqq.* Antonius Faber in *C. lib. 8. tit. qui potiores in pignore habeantur, de fin. tit. 7.*

10 Quod maxime locum habebit, nam Senatores qui in muneris usu & exercitio sunt, ut præferri debeant eis, qui in exercitio non fuerint, etsi antea exercitium habuerint, probatur in *l. omnes. 2. C. ut dignitatum ordo seruetur, lib. 12. eis verbis, Omnes privilegia dignitatum hoc ordine seruanda cognoscant, ut primo loco habeantur ij qui in actu positi illustres peregerint administrationes secundo veniant vacantes, qui presentes in comitatu illustris dignitatis cingulum meruerint, vbi notat Glossa & omnes Scribentes, Lucas de Peña n. 1. & Ioannes Platea in principio, vbi notat ex eo textu tres principaliter esse ordines dignitatum, scilicet administrantium vacantium & Honoratorum, inter quos administrantes præferuntur omnibus aliis, etiam anterioribus, vbi addendum quod circa vacantes, de quibus agimus, ex *Cod. Theod. tit. de comitibus & vacantiis, Amiano, Marcellino, Trebellio, Lampridio & aliis exornat Cuiac. in notis dict. l. 2. & conuenit quod tradit Capitolin. in vita Pertinacis, cum Commodus à lectionibus innumeros Prætores creasset, Pertinax fecit S. C. iussitque eos, qui præturas non gererent, sed à lectione accepissent, post eos esse, qui verè Prætores fuissent, refert Guido Panciroli *lib. 2. variar. cap. 244.***

11 Præterea animaduertendum est, Regem nostrum Philippum IV. in primis annis sui principatus, in totum mutasse Senatû regalis Patrimonij quod ex Equitibus constabat, & novos elegisse Consiliarios, & antiquioribus emeritis salaria solum pro mense reliquit, ex quo videtur omne ius senatorium illorum, & dignitas dissoluta, ut notant Doctores in *c. cum accessissent, de consuet. Bartol. in l. fin. ff. de colleg. illicit.*

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

num. 21. Tiberius Decianus *lib. 3. consil. 19. num. 176.* Petrus Gregor. de beneficijs, *cap. 19. Garcia de beneficijs. part. 12. cap. 2. de suppressione & extinctione, Bald. in cap. Imperialis, de pace Constantia num. 9.* inter quos Senatores qui suppressi & extincti, & eos qui ex nouo creati, controuersia exorta, quia ex liberalitate regia postea Consiliariis qui suppressi & velut emeriti erant, salaria & reliquæ obuentiones fuerunt concessæ, & cum omnibus non sufficeret quantitas quæ ex condemnationibus Senatus ad sportulas & distributiones designata, dubium fuit, an qui de nouo electi Senatores, antiquioribus suppressis præferendi, idque suaderi videbatur, quia licet post extinctionem & suppressionem Senatus, illis salaria & obuentiones ex Principis clementia & liberalitate concederentur, id magis ex nouo beneficio & gratia prouenit, quam ex iure primæuo & primordiali senatorio, nam suppressione extinctum fuit, *argum. l. inter stipulantem §. §. facram. ff. de verb. obligat. eis verbis, Et nauis si ea mente resoluta est, ut ad alium usum tabula destinaretur, licet mutato consilio, perficiatur tamen, & perempta priori nauis. & hac alia dicendum est, l. qui res §. arcam. ff. de solut. eleganter Baldus in cap. cum accessissent. n. 33. ad idem, & ibi Decius n. 19.*

Et ex prædicta extinctione prouenit, ut consignatio ad obuentiones, emolumenta & sportulas, simul extincta cesseretur quoad antiquos ministros, & postea concessa nouiter creatis à Principe, ut probauit Bart. in *d. l. fin. ff. de colleg. illicit. num. 22.* vbi *Quadam sunt collegia que habent aliquid in remunerationem laborum propter officium, & propter laborem quem sustinent, & tunc dissoluto collegio bona eos non sequuntur, sed remanent apud ipsam collegium, vel eo in totum destructo remanent apud superiorem; cessante enim labore, debet cessare primum. l. Seio amico, in principio. ff. de annuis legatis.*

Maximè, quia quando noua concessio salarij & emolumentorum, quæ salariis accedunt, consideratur ut plena restitutio respicit gratiam, & non potest inferre præiudicium iuri acquisito Senatoribus, quos Princeps post extinctionem antiquorum, & suppressionem nouos creati, ut tenuit Bartolus, qui de praxi testatur, in *l. 2. ff. de decurionibus, & Doctores communiter in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & posth. resoluti communem Menochius de recuper. possessio. remedio 19. n. 106 cum seqq.* Sforcia de in integrum restitutione *2 p. q. 96. artic. num. 19. vers. in contrarium, & n. 22. vers. aut alter, & cum emerito honor fiat in concessione salarij, ut aliarum officij obuentionum etiam si munere non fungatur, faciunt verba textus in l. ut virtutum, fin. C. de statutis & imaginibus, ibi, Et aliorum honores alijs damnorum occasionem fieri non oportet.*

Et noua gratia & concessio salarij non debet considerari prout ex tunc, quando obtinebam primam dignitatem, sed prout ex nunc post eius suppressionem facta, *argum. l. filius qui patri 42. ff. de bonis liber. ibi, Quoniam poena qua legibus, aut edicto irrogaverunt, adoptionis remedia non obliterantur.* & in simili dicimus de confirmatione, nam quando fit super re non subsistente, agitur ex confirmatione. Bald. in *l. ex placito, C. de rerum permutatione, n. 9. & in l. obseruare §. post hac, n. 6. ff. de officio Proconsul. facit l. Tribunus, §. fin. ff. de milit. testamen. l. legata inutiliter ff. de leg. 1. & ex eodem Baldo in l. neque per epistolam, C. de confirm. tutor. tradit Gratianus *discept. tom. 2. c. 223. n. 13.**

Denique, nam consignatio distributionum solum potest prodelle eis, qui in actu seruiunt, & eo casu, quamuis qui muneris habent exercitium, verè Consiliarij non essent, ex titulo & dignitate, sed

solū in ministerio deseruient: at verò alij, qui emeriti titulo Senatoriū condecorarentur, si redditus non sufficiant omnibus, tunc præferendus est qui in actu seruit, licet non esset Consiliarius dignitate, sed alius qui emeritus, honore Senatorij muneris, & autoritate frueretur, nā redditus regij designati ad illud exercitium, debent primò destinati censerī eis, qui exercent, vt in fortiori casu circa coadiutores præbendarum & beneficiorum, quoties fructus non sufficiant ad eum alendum, & proprietarium, qui est infirmus, vel impeditus, præferendum esse in alimentis eum, qui seruit, substitutus etiam proprietario qui non deseruiat, vt tradit gloss. in cap. 3. de clerico agroti. verb. portionem, eis verbis, *Sed pone quod Ecclesia non potest sufficere & tunc respondeo, ille qui ser. in Ecclesia, habebit fructus, & redditus, & infirmo prou. d. bit Episcopus, & opinionem huius glossæ sequuta est lex partiæ, quæ est l. 18. tit. 16. part. 1. ibi, *Mas si otra enfermedad ouiese qualquier que le embra gasse porque no la pudiesse seruir pueden poner otro que le ayude a cumplir su officio e el enfermo si era Prelado de ella e el otro como vicario he deben de venir ambos de la renta de la Iglesia, e si per ventura aquellas rentas de la Iglesia no pudiesen cumplir a ambos a las detomar aquel que la sirve e el obispo debe dar al enfermo de que pueda venir, vbi Gregorius glossa vltima, notat prædictam legem approbatam esse opinionem glossæ in dict. cap. 3. de clerico agrotante.**

16 Sic etiam in simili agens de beneficio annexo Monasterio, vbi si fructus non sufficiunt, debeat præferri qui in actu seruit, resoluit Rebuff. in tractatu de congrua portione, num. 101. ibi, *Et si temporalia & alij redditus beneficij non sufficiant, nisi Vicario, tunc præferatur Vicarius, & reddit rationem quod ipse Vicarius agit de damno vitando, & Monasterium de lucro captando. Idem resoluit ex Hentico, Rebuffo, & aliis Surdus de alimentis, tit. 1. q. 100. num. 2. & adde quæ antea notauerat quest. 92. & valde conducit ratio quam expendunt prædicti, vt in alimentis præferatur Vicarius, qui seruit, quia in eo videtur potius alendus populus, qui bona contulit; sic etiam ministri, qui in actu iustitiam administrant subditis, ex quorum bonis proueniunt obuentiones, sportulæ & salaria, vt notauit Surdus d. q. 100. n. 3.*

17 Et suffragatur doctrina eiusdem Rebuffi ad leg. Gallicaz, tit. de salariis, quem refert & sequitur Mastrillus lib. 1. de Magistratibus, cap. 21. num. 25. vt Officiales propterea, & qui seruiunt, & debeant prius habere salaria obuentiones muneris, quam Officiales extraneo, & rectè hoc nomine regulari possunt Consiliarij emeriti, vt ex eis non debeant diminui emolumenta illorum, qui seruiunt, præsertim in his sportulis, quæ ex ipso exercitio muneris procedunt, & sua natura vt distributiones solū interessentibus, & qui in actu seruiunt, conceduntur, cap. 1. de clericis non residentibus, lib. 6. Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. vers. distributiones. Farinac. in posthumis 1. part. decis. 483. num. 1. & decis. 720. num. 3. & 2. p. decis. 354. num. 12. & nouissimè ex Rotæ decisione D. Couarr. Oxeda, Escobar, Moneta, D. Salgado & Maranta, rectè probauit D. Petrus Nogueroles allegatione 8. num. 34.

18 Facit etiam, quia, vt notum est, sportulæ istæ, vel propinæ quæ dantur Senatoribus ex condemnationibus expensarum iustitiæ, sunt præmium & pretium operæ & laboris, & illum sequi debent, argum. l. vnic. §. pro secundo, C. de caducis tollend. l. secundum naturam. ff. de reg. iuris. Castrensis in l. si vno, §. item cum quidam, num. 9. ff. locati, & ideo primo loco ad eum debent pertinere, qui operas præstitit, & valde ini-

quum foret, ille, cuius labore, operâ & studio sportulæ productæ, eis careat, & percipiat emeritus pro aliena opera, iuxta verba textus in l. is qui in potestate 15. §. vlt. ff. de legatis præstandis, ibi, *Quia absurdum est illum commodam hereditatis habere, alterum onus sustinere*, nam cum vtrique sportulæ non sufficiant, debet procedere doctrina Baldi in rubrica C. de fructibus & litium expensis, vt qui non laborat, non manducet, & in simili & fortioribus terminis latè probauit Surdus consil. 42. per totum, quando certum præmium pro litis victoria fiscali criminali assignatur, illeque absens fuerit cum Principis licentia, & alius substitutus qui causam defendit, & in ea obtinuit, tenet Surdus præmium deberi substituto, qui operam adhibuit, non proprietario, quam sententiam Surdum sequutus probauit Paschalius de viribus patriæ potestatis 4. p. c. 6. num. 41.

Sed & quoties emolumenta & redditus officij alij cui iubentur restitui, debent comprehendere solū prouenientes ex ipso officio, non verò ex personali labore, quia in huiusmodi prouentionibus solū exercitium debet attendi, vt ex l. 1. C. de mil. lib. 12. Fabio de Anna, Ponte, Mastrillo, Carolo de Tapia, Paschali, Riccio, Capiblanco, Thoro, Reuito, Montano, Franchis, Carocio, Sesse & aliis doctè, vt solet, probauit D. Petrus Nogueroles d. alleg. 8. n. 20. vsque 34.

Et in terminis, vt cum alterius damno & læsione non censeatur emerito priuilegium datum, probare videtur textus expressus, qui in terminis loquitur, in l. fin. C. de præpositis sacri cubiculi, lib. 12. eis verbis *Lubemus duobus viris illustribus præpositis vtriusque sacri cubiculi tam nostra pietatis, quam serenissima nostra coniugis, qui post finitam militiam senatorio fuerunt consortio sociati, licere quoties ad aspiciendos agros suos, vel ob aliam causam proficisci voluerint, cingulo vti, cum hęc ad implendum eorum desiderium & ad nullius læsionem respicere videatur*. Igitur si etiam cingulo vti emerito eo prætextu conceditur, quia nullius continet læsionem, quasi cum contineret non permittendum, quanto magis non ferendum, vt cum præiudicio Senatorum, qui in actu & exercitio fuerint, cum sportulæ omnibus non sufficiant, emeriti præferantur in pecuniis, quæ ex labore, studio & sententiis eorum, qui in muneribus substituti proueniunt, seruientibus exclusis, contra verba & sententiam Scæuolæ in l. quod si minor 24. §. Scæuola ff. de minoribus, ibi, *Ad paratam pecuniam laboribus substituti veniat, repellendus est, aliis melioris conditionis esset qui non seruiret, quam laborans & diligens, contra l. pupillus 24. ff. que in fraud. credit. & generaliter in actu dignitatem, vel officium exercentes debere præferre eis, qui non administrant, sed emeriti sunt, ex d. l. 2. C. vt dignit. ord. seruetur, tenuerunt Rebuff. ibi, n. 1. Platea in l. 1. C. de consulibus, lib. 12. & in l. 2. C. de præpositis sacri cubiculi. Martinus Freccia de subfeudis, fol. 137. num. 65. Cabedo 1. p. decis. 4. num. 7. Ponte de potestate Proregis, tit. 3. de electione official. §. 8. num. 9. & 10. Carolus de Tapia decis. 21. adde quæ notauit Gratianus 2. tom. discept. cap. 291. in principio, vsque ad n. 25.*

Ex quibus omnibus procedit etiam resolutio alterius controuersie, quæ in eodem Senatu regalis Patrimonij agitata circa emeritos Senatores, an istis cõcedi debeant largitiones regnorum Castellæ, quæ factæ Senatoribus illius Senatus pro labore litium, quæ circa seruitium ordinatum expediuntur, & in decreto Regnorū concessio facta nominibus expressis Senatorum in actu seruitium, addita ratione propter laborem administrationis seruitij & litium, quæ inde proueniunt, ea qualitate adiecta, vt nisi semel in triennio, pro

pro quo tempore seruitium ordinatum conceditur, largitio à Regnis præstetur, & si in triennio aliquis Senatorum absens, aut mortuus deficeret in officio, vel ad aliud promotus, & in eius locum alius Senator subrogatus sit, inter utrumque pro rata temporis diuisio fiat pecuniarum largitionis.

22 Sed emeriti intendebant illis ut Senatorum priuilegiis & commodis fruuentibus has largitiones præstandas, & saltim cum eis communicari oportere à Senatoribus in actu seruientibus; verum emeritorum intentio excluditur ultra fundamenta quæ pro sportulis notauimus.

23 *Primo*, nam quamuis ex Regis beneuolentia & liberalitate emeriti gaudeant priuilegiis, commodis & erogationibus quæ conceduntur Senatoribus, qui in officio seruunt, id tamen trahendum ad erogationem extraordinariam, ut hæc quæ pro seruitio ordinario præstatur, *argum. l. Seio amico §. medico. ff. de annuis legatis*, eis verbis, *Medico Sempronio qua vina præstabit dari volo, ea videntur relicta qua certam formam erogationis annue non incertam liberalitatis voluntatem haberet.* vbi glossa & Bartolus desumunt dictum generale ad extraordinaria non referri, & in eleganti casu consuluit Oldradus *consil. 129.* notarunt Baldus *num. 2.* Iason *num. 8.* Alexander *num. 9.* in eo textu Boëtius *decis. 133. num. 4.* relati Baëza *de decimis tutoris. cap. 25. num. 11.* & comprobat Barbosa *in l. diuortio. §. quod in anno. n. 6. ff. soluto matrim.* & quamuis improbet sententiam Oldradi, qui tenuit generali conductione fructu Archidiaconatus non comprehendendi quod extra ordinem præstatur Archidiacono pro suo ingressu, tamen idem Barbosa *ibi num. 7.* tradit Oldradi opinionem posse veram esse, quando quod pro ingressu datur, semel præstatur in vita, nec tenetur ut fructus censei oporteat, & quasi personale Archidiacono ipsi præstari, quod rectè congruit huic rei, nam extraordinariè & semel dari constat ex ipsis verbis decreti largitatis Regnorum *ibi, Se den por esta vez y sin que se a consecuencia para otras,* & statim subiungit nomina eorum quibus concessio fuit facta.

24 *Secundo*, quia ex Regis liberalitate id peti ab emeritis admitti posset, quando concessio esset ordinaria, & ab ipso Rege procederet; cum verò in hoc casu non Princeps, sed Regnum concedat ex suis seruitiis & distributionibus, & propter causas quas expressit, non potest concessio extendi ultra illos, quibus concessio facta *l. cum pater. §. donationes. ff. de legatis. 2. ibi, Sed in quem voluntatis intentio dirigitur. l. donatio 25. C. de donatio. l. 1. 2. & 3. Cod. de donation. qua sub modo. l. fin. de pactis inter emptorem & venditorem.* Surdus *decis. 322. n. 18.* Anton. Fabet *de erroribus Pragmatico. 2. p. decade 47. n. 1. & 2.*

25 Maxime, quia cum personis nominatis specialiter fieret concessio, non debet ad alios idest, Senatores emeritos extendi, sed solum ad eos, qui nominati, *argument. l. si heredes nominatim 127. ff. de legat. 1. l. nonnumquam 14. ff. ad Trebellianum, l. Celsus, aliàs pater 29. §. quod alicuius, ff. de legat. 2. & eorum quæ in simili tradit Bartolus in l. licet Imperator. num. 4. ff. de legat. 1. quem sequitur Iason *ibi num. 31. & 36.* Socinus *in l. que conditio num. 5. ff. de condit. & demonstr. Menochius de presumptionibus, lib. 4. presumptione 108 num. 24. & seq. D. Couarr. in cap. Rainaldus. §. 3. n. 8. de testamentis. Gregorius Lopez gloss. 5. in l. 5. tit. 9 p. 6.**

26 Rursum nam quamuis non speciali nomine personarum, sed generali Senatorum appellatione concessio fieret, adhuc dubitari posset, an cedere deberet in utilitatem priuatorum, qui emeriti, sed totius Senatus

vniversaliter, de quo Bartol. & Doctores communiter, per textum *ibi in l. cinibus 2. & in l. cum Senatus, ff. de rebus dubijs. Albericus in l. omnibus, num. 2. ff. ad Trebellian. D. Couarruias in cap. requisisti, num. 18. & seq. de testamentis & licet ad vnuerfum Senatam largitas & concessio relata dubium esset an solum comprehenderentur Senatores qui officia in actu seruiebant, & non alij, qui non in actu, sed nomine tantum, & habitu Senatores essent, ut meriti, iuxta quæ supra in sportulis notauimus, & tradit Bartol. *in l. vnica, C. de collegiatis lib. 11. Gratianus disceptionum, tom. 3. cap. 291. per totum, maximè num. 20.* vbi adducit Baldum & Puteum; sed cum in hoc casu solum personis nominatis fieret concessio, omnes dubitationes & coniecturæ debent cessare, cum de voluntate concedentis apparet. *l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de legatis 3.**

27 *Tertio*, quia prædictæ largitiones à Regno factæ propter administrationem seruitij, laborem & studia Senatorum in expediendis litibus quæ se obtulerint circa seruitium, verba decreti, *ibi, Por el traba lo ocupacion que en el dicho seruicio han de tener,* & statim respiciens exercitiu muneris Senatoris adiungit, si in tribus annis, quibus concessio fit, ab officio aliquis deficeret, pro rata ei largitionem diminuendam, & successorij præstandam, quo manifestè conuincitur respicere laborem & exercitiu hanc concessionem, & non liberalem censendam, sed ob causam, nam pro labore facta diuisa & restricta, *argum. d. l. Seio amico. ibi, Cion tam labor, quam pecunia diuisionem recipiant,* & ad laborem regulandam concessionem, vel salariu quod datur, pro illo notarunt Bartol. *ibi, & communiter Doctores, Iason in l. diem sancto, num. 37. ff. de officio Assessorum. Auendano responsio 5. num. 5. cum seq. & commodum oportet ab onere regulari l. vnica. §. pro secundo. C. de caducis tollendis, nam ut traditur in l. is qui in potestate 15. §. 2. l. ff. de legatis præstandis, absurdum est illum commoda hereditatis habere, alterum onera sustinere.*

28 Præsertim, quia etiam si dum in actu seruiret Senator, inciperet ei competere largitas prædicta; adhuc vero eo ipso, quo emeritus, seruire cessauerit, non posset illam consequi, sed substituis in officio præstanda, & pro rata temporis distribuenda, & soluenda seruientibus, ut in ipso decreto largitionis continetur, vnde si ipsi, qui in officio sunt debent restituere si ab officio cessauerint, multo minus debet actio eis concedi, cum facilius retentio concedatur, quam noua petitio *l. per retentionem. C. de usuris l. Paulus ff. de doli exceptione. Decius in l. Diuus, num. 5. ff. de regul. iuris, & consil. 298. num. 4. Ruinus vol. 1. consil. 66. num. 17. Rolandus vol. 4. consil. 17. num. 8. Surdus consil. 353. n. 22. Gratianus tom. 2. discept. c. 269 n. 15. & 16.*

29 Tum etiam, cum in decreto largitionis expressè caueatur, ut si non perfecerint triennium dicti seruitij, ex quacunque causa, tunc pro tempore quo seruire defecerint, non lucentur largitatem, sed illam reddant, nota verba *ibi, Y si alguno dellos de jaren de seruir los dichos officios enterramente el dicho triennio por ser promouidos a otros: o por otra qualquier causa ha de boluer la rata.* Valde igitur absurdum esset, ut quod non potuit integrum consequi, ille qui in actu munere Senatoris functus, si in eo defecerit, obtineat emeritus, qui nunquam in toto triennij tempore labori subiaceret, ut melioris conditionis esset qui non laborat, quam qui labori incumbit, contra text. *in l. pupillus 25. ff. que in fraudem credit. l. non solum 31. ff. de verborum actio. l. sine hereditaria 23. ff. de negotiis gest. l. Seruius 4. ff. quod vi. aut clam l. relegatorum, §. ult. ff. de interditiis, & relegatis, iunctis quæ notarunt Tirac-*

quellus de nobilitate, cap. 24. num. 7. & seq. Mantica de tacitis & ambiguis conuentio. lib. 12. tit. 5. num. 16. Fatimacius 2 p. nouissima, decis. 31. num. 2. D. Alexander Ludouicus decis. 5. n. 5.

30 Quod etiam suadet ex illis verbis vniuersalibus decreti, o por otra qualquier causa, quibus expressè à largitione emeriti excluduntur, quia in seruitio deficiunt in actu, & solùm concessio fit seruiantibus cum effectu, ex illa ergo generali dispositione casus, quando Senator emeritus excludi videtur, argum. cap. solita, vbi gloss. verb. nobis autem, de maioritate & obedientia, ibi. Nihil excipiens, quia dicit quodcunque, gloss. verb. quibuscunque, in Clementina 1. de iudiciis, cum aliis adductis à Tiraquello de retractu lignagier. §. 1. gloss. 7. num. 23. Menochius conf. 141. num. 34. & dictio vniuersalis etiam casus priuilegiatos comprehendit, vt comprobatur Augustinus Barbossa de dictionibus, verb. quidquid.


31 Quarto, quia quod petunt emeriti, vt partes aliorum Senatorum qui in actu seruiant, eis accrescant, vel ab aliis abdicentur, nullum iuris fundamentum habet, quia omissus in dispositione nunquam ad illius partem admittitur, nisi habeat ius illam impugnandi, vt contra dispositionem admittatur, argum. l. si post mortem 10. §. liberi, ff. de contra tabulas, eis verbis. Liberi qui contra tabulas habere non possunt, nec partem faciunt si per alios committatur edictum, & ita ius rumpendi regulatur à iure succedendi, iuxta Baldum num. 8. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liberis & posthumis, vbi Castrensis num. 9. & Doctores communiter; ideo cum in hoc casu emeriti contra voluntatem Regni ad largitatem concessam admitti non possint, ex prædictis, & fuerint omissi in concessione largitionis, nihil petere valebunt.

32 Tum similiter, quamuis aliquæ partes concessionis vacarent (quod in hoc casu non euenit) nullo modo de iure accrescendi tractari posset, quia solùm datur inter coniunctos in dispositione, & emeriti nullo modo admissi, nec nominati in ea, & licet, vt supra animaduertimus, concessio non fieret expressis nominibus, ius accrescendi non procedit in contractibus, præsertim lucratiuus, vt ex hæc donatio, l. si mihi & Titio 110. vbi Bartolus & communiter Doctores ff. de verborum obligatio. Anton. Gomez tom. 1. variar. cap. 10. Raudensis variarum, cap. 47. num. 30. & seq. & maximè in quantitate, vt hæc largitio l. Lucius 78. §. qua habebat, cum ibi notatis ff. ad Trebellianum, Baldus in l. 1. num. 26. C. de secundis nuptiis, Iason in l. si mora, num. 7. ff. soluto matrimonio. Masinius in rubrica C. quando non petentium partes, num. 232. Surdus conf. 123. num. 23. idque maximè procedit, quando concedens vltus fuit verbis distributiuus, cuiuslibet portionem & quantitatem assignando, vt in hoc casu, nam verbum distributiuum facit omnimodam distinctionem rerum, vt notauit Iason in l. re coniuncti. num. 104. & seq. ff. de legat. 3. Menchaca de successio. creat. lib. 1. §. 10. num. 149.

33 Denique quintò, multo minus ex prædictis procedere poterit reuocatio solutionis factæ largitionis Senatoribus in actu seruiantibus, quia nullum ius competit emeritis, & de illis nulla mentio in concessione, ideo quasi nullo negotio cum eis gesto repetitionis ius competere non potest, l. si extraneus 6. vbi Doctores, l. qui se debere 7. l. si donaturus 9. cum aliis ff. de conditio. causa data. Duatenus ad eum titulum, c. 5. Donellus lib. 4. comment. c. 12.

34 Sed quamuis aliquod ius haberent emeriti, vel creditores censerentur huiusmodi largitionis, adhuc non possent repetere à collegis Senatoribus, qui in officio fuerint, partem suam, quia inter creditores, qui iure

æquales sunt, non habet locum reuocatio, sed ille præferendus, qui magis diligens fuerit in exigendo credito, l. pupillus 24. vbi Bartolus & Albericus, ff. qua in fraudem creditorum, l. si non expedierit 6. §. 1. ff. de bonis auctorit. iudicis possidendis, Baldus conf. 432. num. 1. ver. si autem bona, Surdus conf. 4. num. 11. & decis. 60. num. 9. Afinius de executionibus, §. 7. cap. 3. num. 2. Matienzo in l. 7. gloss. 5. num. 14. & 15. tit. 16. lib. 5. Recopil. l. 9. tit. 15. part. 5. Ex quibus omnibus manifestè excluditur quod emeriti Senatores in hoc casu intendunt.



ALLEGATIO CVI.

Læsiō contractus, in quo scripturam faciendam conuentum fuit, non regulanda nisi à tempore, quo scriptura facta, vel facienda.

- 1 Interpretatione non egent, qua sunt certa, & determinata.
Dubitacionem sollicitam omnia admittunt.
Authentic. de Tabellionibus §. 1.
- 2 Contractus in quo scriptura facienda, ante illam non est perfectus.
Qualitates nulla non entis.
l. Celsus ff. de usucap. nibus.
l. eius qui in Prouincia, ff. si certum petatur.
Effectus non consid. ratur eius quod nullum est.
l. 4. §. condemnatum ff. de re iudicata.
l. rem 2. C. de rescindend. & n. 9.
l. si voluntate, C. eodem, & n. 3. & 8.
- 3 Fiscus in contractibus, in quibus læsus, restitutionem non habet.
l. 10. tit. 19. p. 6.
l. qui in contractibus, iuncta l. si minoris, C. de iure fisci lib. 10.
- 4 Vicinis alicuius oppidi non consentientibus non valet contractus a domino factus in praiudicium vasallorum, ipsis non consentientibus, vel ignorantibus.
- 5 Vicinis inuitis Princeps non debet illos alienare.
- 6 Vasalli ad retractum iurisdictionis vendita admittendi sunt.
Velligalium venditio à Principe facta admittit vicinos ad retractum, & in iurisdictione.
- 7 Vasallos Principis emens contra illorum voluntatem est in peccato.
- 8 Læsiō consideratur tempore contractus, quando interuenit tempore quo eius fieret scriptura.
Fiscali venditioni semper inest conditio, vt adiectio admittatur.
l. Lucius, §. idem respondit, fin. ff. ad municipal.
l. 1. & 2. C. de vendend. reb. ciuitatis lib. 10.
- 9 Læsiōis remedium non denegandum in venditione, etiam si decreto confirmata.
l. 1. C. de pradijs Decurionum lib. 10.
- 10 Decretum vbi requiritur quo venditio confirmatur, sine causa plena cognitione non valet.
l. minorum 6. C. pradijs minorum.
- 11 Læsiō tunc excluditur ex receptione pretij rei vendita, quando pendente lite de læsione recipitur.
l. si

l. si filius, ff. de minoribus.

12 *Agens pro pretio non renuntiat actioni alias sibi competenti.*
leg. 1. Codic. si maior factus alienat. ratam habuerit.

In contractu fiscali, in quo scripturam faciendam conuentum fuit (vt in precedenti allegatione notauimus) ad remedium lesionis, quæ fisco competere potest, tempus presens attendendum est, si scriptura facta non sit, vel cum fieret, non verò conuentionis tempus.

P RINCIPIS ab hac allegatione me expediam, ex eis, quæ in allegatione præcedenti 88. notauimus, & quando cum Doctoribus agitur, & sapientissimis Senatoribus quibus nihil incognitum, vt tradit Socinus *vol. 2. conf. 266. in princip. vis erit in dicendo multum, & non multa.* Et licet ea, quæ sunt certa, & determinata, non egeant interpretatione, Baldus *in l. certo generi. §. 1. de seruit. rusticor. prædiorum*; tamen cum nihil sit aded indubitatum, vt non recipiat sollicitam dubitationem. *Authent. de Tabellionibus §. 1. coll. 3. & vt tradit Tullius in præmio paradoxorum.* nihil tam improbabile, quod in contrarium dicendo probabile non fiat, ne aliquæ rationes ius fiscale in hac re possint turbare, huius rei resolutionem proponam.

2 Breuiter igitur statuendum, cum ex prædictis appareat contractum in scriptura collatum non esse perfectum antequam scriptura fiat, vt in præcedenti allegatione satis probauimus, non posse vsque in scriptis redigeretur considerari contractum, vt tempore conuentionis debeat attendi quantitas, & qualitas pretij, ex *l. si voluntate, Cod. de rescind. vendit.* Et si tunc læsio non consideratur, tamen si interueniet tempore, quo scriptura faciendâ, quia pretium rei valde augetur, vt in venditione vectigalium (de qua nostra quæstio) si tempore quo conuentio venditionis facta fuit, populus paucis vicinis incoletetur, & aliquibus annis dilata scripturæ confectione, de qua conuentum, plures augerentur vicini, tunc etiam si viderentur læsionem, quæ non extabat tempore conuentionis, attendi non posse, ex *l. rem 2. C. de rescind. vendit.* Nihilominus tamen læsio poterit attendi, quia cum antequam scriptura fieret, non potest dici contractus perfectus ex omni parte, de eius obseruantia non curandum, quia non entis nullæ sunt qualitates. *l. eius qui in prouincia, Dig. si certum petatur. l. Celsus, & ibi Baldus num. 23. ff. de usucapionibus,* cum aliis: nam quod caret essentia, caret virtute & operatione, secundum Philippum Probum *in addit. ad Ioann. Monachum in cap. 1. num. 55. de confessis lib. 6.* & eius quod nullum est, nullus consideratur effectus, *l. 4. ff. condemnatum, de re iudicata,* vbi sententia nulla non dicitur sententia, & plura notauit Ripa *ibi,* post Bartolum, Alexand. Iasonem, & alios probauit etiam Felinus *in cap. ex tenore, col. 3. de rescriptis.*

3 Deinde, quia in hoc casu, primò restitutio contractus à fisco petita fuit, & ea cessante intendit remedium *l. 2. Cod. de rescind. vendit.* vt ex ipso libello ap-

paret, vt notauit Aymon, & quasi receptum tradit necessarium esse ita actionem formari, *lib. 1. consil. 7. column. 1.* & Princeps læsus in contractu restituendus est, *l. 10. titul. 19. part. 6.* licet aliàs de iure communi dubium esset, quia Petrus, quem refert Cynus *in l. Respublica, quæst. 1. Cod. ex quibus causis maiores,* de hoc consultus respondit non posse Principem restitui, & Petrum & Cynum & sequitur Albericus *ibi columna 2. vers. quero.* Sed tamen Paulus de Castro, & Doctores communiter contrarium tenuerunt, secundum Boerium *2. part. decis. 265. num. 2.* Martinus Laudens. *tract. de fisco, §. 219.* & ex Guidone Papæ, Platea, Peregrino, & aliis pluribus notauit D. Alfaro *de officio fiscalis gloss. 16. num. 191. & 192.* vbi reprehendit Petrum, & Albericum contra tenentes; & ex Lucano, Afflicto, & Otalora idem dominus Alfaro *glossa 18. privilegio 16.* & ex Fachinæo, Mauritio, Morla, & aliis probauit, & tenuit meus Collega D. Franciscus de Amaya *in leg. unica. C. de sententiis aduersus fiscum latis lib. 10. numer. 38.* idque maximè procedit, vbi læsio ultra dimidiam iusti pretij interuenit; quia tunc fauore Principis in eius contractibus reparanda, & illos annullat, ex *l. qui in contractibus iuncta leg. si minoris, & ibi Platea numer. 5. Digest. de iure fisci, lib. 10.*

Præterea, quia etsi nullitas contractus, restitutio in integrum, & læsio locum in hoc casu non haberent, vicini oppidi, cuius vectigalia vendita, oblato pretio contractum distrahi intendunt; quia illi citati non fuerunt, imò potius eis ignorantibus prædicta venditio vectigalium facta fuit, & quodcumque possunt vicini aliquod interesse prætere, non valet contractus factus per dominum, ipsis non consentientibus. Ita Loazes *in alleg. oppidi de Mula, fol. 22. numer. 5. & fol. 23. numer. 1.* Menoch. *conf. 32. numer. 20. & aliis.* Matthæus de Afflictis singulariter *in cap. 1. §. præterea Ducatus 3. notabili, numer. 51. & aliis, de prohibet. feud. alienat. Philippus Portius lib. 5. commun. opin. conclus. 21.* Ioannes Igneus *in l. donationes, numer. 50. fol. 124. C. de donat. inter vir. & uxorem, & in l. 1. §. domini 2. numer. 54. fol. 49. ff. ad Syllanianum, Bossius tit. de Principe, numer. 290.* & inuitis ciuibus Principi non est ius emptoris fidem obseruare, sacramentoque ciues obstringi. Bald. *in l. 2. §. fin. ff. solut. matrim.* Ioann. Faber *in §. penult. Inst. de assignatione libertorum,* Cynus *in l. 1. C. de nouation. Iason. in l. debitorum, Cod. de pactis,* quos sequitur Renat. Chopin. *de Dominio lib. 2. capit. 1. numer. 3.* quia secundum eum *ibi: supremus ille clientela nexus nunquam dissoluitur partis vtriusque consensu, ex decis. Tolosan. 485.* vbi additio citat plura.

Et vicinis renitentibus non alienat Princeps, vt per Menchacam *lib. 1. illustr. controuers. cap. 3. numer. 4. fol. 25. & cap. 5. numer. 5. 6. & 9.* & vicini in Senatu contradixerunt, & sic limitatur regula quod Princeps teneatur ex contractu, nisi fiat in præiudicium subditorum, vt hic, ita Felinus *in cap. 1. numer. 4. & ibi Decius numer. 4. & alij, de probationib. & glossa vers. proprietat, & ibi Dominicus in cap. autoritate, §. fin. de privileg. in 6. Hostiens. in cap. 5. & ibi Butr. numer. 2. & Abbas numer. 4. de iureiurand.*

Imò domino eos ex causa alienante, admittendi sunt vasalli ac subditi ad suæ libertatis emptionem, tantumdem domino dare volentes, quantum & ab aliis pollicitum, vel ei datum fuit, & in hoc casu vasalli dare Regi obtulerunt, vt ex libellis actorum apparuit. Ita Hostiensis, & Felinus *in c. dilecti, de maior. & obedient. Hippolyt. citans alios in l. 1. §. cum quidam deponere, numer. 10. ff. de quæst. Couar. in cap. quamnis pactum 2. p. §. 2. numer. 4. fol. 74. col. 1. post princip. de pact.*

part. in 6. & Faber in §. dominus, Institut. de noxalib. Menchac. de successione. creat. lib. 3. §. 26. num. 49. & alibi probauimus 1. part. allegat. 45. semper vasallos in Hispania admittendos ad retractum iurisdictionis, & ibi num. 10. idem etiam admittendum in vectigalium venditione, ex l. 1. tit. 9. lib. 3. l. 1. tit. 7. lib. 9. Recopil. & Gironda de gabellis 4. p. §. 2. n. 29.

7 Quod omne huic rei valde conuenit, ex quo concurrunt inualiditas, & imperfectio contractus, læsio, & alia, de quibus supra, iustam reddunt fisco actionem, & sic populo malè alienato adest peccatum in retinente, & restituendi obligatio, Menchac. illustr. controu. c. 43. n. 2. ultra quod eminentes oppida, aut redditus regales à Rege sine solemnitatibus, videntur esse in mala fide, vt per Menchac. lib. 2. illustr. controuers. c. 80. n. 4. in fine. Quæ decisio rectè, optimoque iure adaptatur facto, de quo agitur.

8 Vnde ex prædictis potest elidi, quod ex leg. si voluntate. C. de rescind. obiici posset, quia satis læsio, quæ potest considerari tempore quo scriptura fieret, dicitur interesse tempore contractus, quia quando executio negotij confertur in futurum, non attenditur tempus conuentionis, sed executionis. Panormitan. in c. in ciuitate, n. 3. de usur. Antonius Rubeus in l. vinum, n. 132 ff. si certum putatur, quos in terminis sequitur Pinellus in l. 2. C. de rescind. 3. p. c. 4. n. 16. & in contractibus Principum, & fiscalibus semper inest conditio, vt adiectio sit admittenda. l. Lucius. §. idem respondit. fin. & ibi Bart. ff. ad municip. l. 1. & 2. C. de venden. reb. ciuit. lib. 10. Renat. Chop. de Domanio lib. 3. c. 29. n. 29. & facit leg. 7. tit. 7. part. 5.

9 Nec magis obstat quod obiici posset, in eo contractu venditionis interuenisse decretum Senatus supremi regalis Patrimonij & rescriptum Principis, quo conuentio facta, & venditio approbata fuit, & ideo locum esse non videbatur remedio d. l. 2. C. de rescind. ex l. 1. & ibi Bartol. C. de prædijs Decurio. lib. 10. quia potius contraria sententia est receptor, ex Imola in l. pretia rerum, vbi omnes. ff. ad leg. falcid. eamque dicit communiorem Cremenfis in d. l. 2. num. 108. & Cagnolus num. 158. quæst. 23. & ex Alexandro, Claudio, Panormitano, Angelo, Aretino, Antonio Gomezio, Rebuff. & aliis pluribus receptiorem tradit Pinel. ad d. l. 2. p. 2. c. 2. num. 16. & 20. qui etiam numer. 23. & 24. tradit, licet confirmatio contractus interueniret, adhuc non esse denegandum remedium læsionis, & in fisci venditionibus minoris, & Ecclesiæ, quibus proprie conuenit decretum, & non aliis, & cum fungantur iure minoris, vt animaduertimus in fisco, etiam si non detur læsio ultra dimidiam; tamen non obstante decreto eis succurrendum esse, ex Pinello, qui ita animaduertit.

10 Et in hoc casu approbatione Senatus supremi regalis Patrimonij non potest dici interuenisse decretum, de quo iura loquuntur: & quando decretum adesset, id ex summatia causæ cognitione, non verò plena & ordinata valoris rei & causæ, sine qua non valeat l. minor. 6. C. de prædijs minorum, vbi gloss. Bart. Bald. & Salicet. idem Baldus & Salicet. in l. 1. C. si aduersus credit. vbi tradunt tale decretum esse nullum, maximè quando continet alienationem, vt in hoc casu, quo tradit Angelus perpetuò menti tenendum, in §. triplici, col. 3. instit. de action. & Rolandus à Valle lib. 3. conf. 7. n. 64. & 89. pro tali decreto, quando constat de euidenti læsione, vt in præsentibus, non præsumitur, imò creditur malum consilium.

11 Denique quod obiiciebatur, pretium ex parte fisci receptum fuisse, & configuratum negotiatoribus, ideoque remedium læsionis cessare debere, nihil aliud obstat, quia quod traditur deceptum ultra dimi-

diam, petendo simpliciter pretium conuentum sibi præiudicare, vt non possit agere ad rescissionem contractus, tunc procedit, quando id sit lite pendente, & iam proposita actione pro læsione, quia ex eo videtur renuntiare liti institutæ, & cœptæ; quia est actus contrarius, & actionis desertionem inducit, & non aliàs, arg. l. si filius. ff. de minoribus, & ita loquitur, & tenet Pantaleon Cremenfis in repet. d. l. 2. C. de rescind. numero 135. & quando à Principe pretium huius venditionis, negotiatoribus consignatum fuit, non pendebat aliquod iudicium læsionis, vel rescissionis huius contractus.

Tum etiam, quia agens ad recuperandum pretium, non ex eo renuntiat remedio sibi aliàs competenti, & ideo non prohibetur de nullitate, & imperfectioe contractus, quando ei competere potest agere, vt probatur l. 1. Cod. si maior fact. alien. ratam habuerit. Bald. in d. l. 2. numer. 65. Didacus Perez ex Cremenf. & aliis probat in l. 2. tit. 7. lib. 5. ordinam. vers. queritur, vtrum.



ALLEGATIO CVII.

Fiscali citatio facta non præsumitur, nisi appareat.

- 1 Fiscalis debet citari ad sententiam ferendam, & præseme illo ferri debet, alias nulla.
l. si fiscus 7 ff. de iure fisci, & n. 28.
l. rationales. C. de Aduocatis fisci, & num. 28.
Præsumitur quod de stylo iudiciorum.
- 2 Citatio, qua est facti, non præsumitur, nisi probetur.
l. in bello facti de captiuis.
Iudex supplere non potest quod est facti.
l. 1. & titulus, C. vt que desunt Aduocatis.
- 3 Præsumptio est pro sententia & indice, vt iuste pronuntiant, non verè vt citatio facta.
Citatio non præsumitur, etiam si in decreto enumeretur. si petatur, vt de citatione constat.
Citatio que enuntiat in decreto præsumitur, quando sententia est antiqua, & lata partibus presentibus.
- 4 Citationis enunciatio, vt non præiudicat tertio, ita nec fisco, nisi de citatione appareat.
- 5 Citatio est probanda, si de illa non constat.
l. quæcumque. §. fin. Digest. de Publiciana in rem actio.
- 6 Citatio faciendæ specialis, & non per proclamata, vel edicta, quando ille qui citandus, facile haberi potest.
Auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex.
- 7 Notitia gestorum non sufficit, vbi requiritur citatio.
Citatio requiritur, vt procedi possit per contradictas, etiam si citatio fiat ad extractionem processus per compulsorium.
- 8 Citationis defectus à Principe suppleri non potest, quasi repugnet iuri naturali, aliquem non citatum condemnari.
l. 4. tit. 17. lib. 4. Recopilat. explicatur, & numero 9.
l. defensionis facultas, C. de iure fisci, lib. 10.
Citationis defectus reddit nullam sententiam, etiam latam à suprema potestate.
Clemen. Pastoralis, §. caserum, de re iudic. & numero 27.

- 5 Lex supplere non potest defectum citationis.
- 10 Citatio que fit per edictum, nulla est, si non apponatur locus comparendi, quia illum exprimere necessarium.
- 11 Citationem non factam probatur, si ex actis non constat.
- 12 Citatio & iurisdictio iudicis debet ex actis probari, quando iurisdictio est delegata.
- 13 Requisitio partis ad citationem non presumitur, quia est solemnitas extrinseca.
- 14 Solemnitas intrinseca presumitur, non extrinseca.
l. sciendum. ff. de verbor. oblig.
§. si ita scriptum. Instit. de inutilibus stipul.
- 15 Causa cognitionem qua requirunt, per libellum expediri non possunt.
l. nec quidquam. §. ubi decretum. ff. de officio Proconsulis.
- 16 l. nec quidquam. §. de plano. ff. eodem.
Cartas foretas que dicantur?
l. §. tit. 19. p. 3.
- 17 Rei iudicata auctoritatem non habet, quod sine causa cognitione decernitur.
l. iudex §. C. comminatio. epistolae.
l. 22. tit. 22. p. 3.
l. iudicis §. C. de iudicijs.
l. ex stipulatione 7. Cod. de sentent. & interlocut.
- 18 Citatio non presumitur in eis, qui per libellum expediuntur, quia causa cognitionem non requirunt.
- 19 Presumitur non interuenisse causa cognitionem, quando decretum brevi tempore expeditum.
- 20 Decretum sine causa cognitione presumitur damnosum.
- 21 Generalis enuntiatio citationis non sufficit, sed specialis necessaria, quando decretum requirit causa cognitionem.
- 22 Decreta que requirunt causa cognitionem, debent decerni vocatis vocandis.
Clausula vocatis vocandis, requirit ordinem iudiciale, & citationem fieri.
- 23 Sententia & decretum prout tunc, solum operatur ab observatione iudicij, & interlocutoria existimanda.
c. cap. dilecti, de emption. & vendit.
l. propterandum. §. & siquidem. C. quomodo & quando iudex.
l. quoties, §. vltim. ff. de noxalibus.
l. sed si postea. ff. eodem.
l. neque 3. ff. ad exhibendum.
l. si a te, in princip. ff. de re iud.
l. rem meam, ff. eodem.
l. procurator ad exhibendum, ff. rem ratam habere.
- 24 Sententia prout nunc, operatur, si aliquid noui non eueniat.
- 25 Noua causa facit ut sententia prout nunc, non operetur.
l. si quis ad exhibendum, ff. de except. rei indicat.
- 26 Decretum prout nunc, operatur rebus in eodem statu manentibus.
- 27 Fisci causa publicum ius continet.
- 28 Fiscalis presentia requiritur ad expedienda negotia fiscali.

Procuratori fiscali an presumatur facta citatio in iudicio fiscali, quod expeditum est, si de citatione non apparet.



VAMVIS de stylo & consuetudine causa fiscali est, vt sine citatione Procuratoris fiscali tractari nequeat, alias omnino iudicium illusorium, & nullum sit, imò etiam si non presente fiscali sententia lata sit, l. si fiscus 7. ff. de iure fiscali. l. rationales. C. de Aduocato fiscali. D. Alfaro de officio fiscalis, gloss. 16. num. 210. Et potest dici illud, quod de stylo iudiciorum est, presumi interuenisse, & omnia solemniter acta, ex his, quæ ex Alexandro, Crauetta, & alijs pluribus latè notauit Menoch. lib. 2. presumpt. 10. & 23.

Verumtamen, cum citatio sit facta, nullatenus potest presumi, nisi probetur. l. in bello, §. facti. ff. de captiuis, & ita iudex non potest in iudicio supplere quod respicit factum, argum. l. 1. C. vt que desunt Aduocatis. vbi communiter omnes notarunt, Cacheranus, Asinius, Bellonus, & alij, quos refert Osvaldus ad Donel. lib. 26. comment. c. 3. lit. C.

Sed, quod plus est, etiam si in decreto iudicali enuntiaretur illud decretum præcedente citatione Procuratoris fiscali fuisse pronuntiatum, adhuc in præiudicium fiscali, aut cuiuslibet alterius tertij, nihil prodesset, si peteretur, vt constaret de citatione, & non apparet, nam etsi iudex & sententia habeant præsumptionem, vt iuste prolata sit, & solemniter acta præcessisse, ex Bartol. in leg. 1. Cod. de relation. l. acta. ff. de re iudic. Castrenf. lib. 1. consil. 138. ex Baldo, Oldrado, Decio, Socino, Aretino, & alijs pluribus, Crauetta de antiquit. tempor. 2. part. à princip. vsque num. 8. vbi diuersas profert Doctorum opiniones, & concludit, vt pro iudice, & iustitia sententia presumatur; tamen pro solemnitatibus extrinsecis (vt citatione) tunc solum potest sumi præsumptio, quando causa antiqua est, & sententia partibus præsentibus lata, quod cum omnino cessaret in hac causa fiscali; quia nec longo tempore firmata, nec de præsentia fiscali apparuit ex actis, quando decretum pronuntiatum fuit, non potest aliquo modo citatio presumi, si specificè facta non constet, & faciunt plura, quæ notauit Baldus vol. 4. consil. 217. incipit, Citatio.

Et quemadmodum tertio cuiusque prædicta enuntiatio citationis non noceret; quia in præiudicium eius præsumptio non sumenda, præsertim in citatione, quæ suppleri nullo modo potest, vt notatur communiter ad l. unicam. C. vt que desunt Aduocatis, iudex suppleat, vbi solum iudici permittitur supplete quæ iuris sunt, non quæ facti, vt citatio: ita multo melius nec fisco nocere poterit, vt ex Panormitano, Felino, Castrensi, Socino seniori, Crauetta, & alijs probauit Menochius lib. 2. presumpt. 68. num. 16. 17. 18.

Quippe citatio si de ea non constat, est probanda, argument. l. quæcunque. §. fin. ff. de Public. in rem actione, eis verbis: Probare debet, & tutore auctore, & lege non prohibente se emisse, ex Speculatore, Socino, Vantio, Luca de Peña, Hieronymo Grato, Menoch. d. lib. 2. presumpt. 22. num. 1. & 2. & semper esse necessarium constare de citatione illius, de cuius præiudicio agitur, ex Philippo Franco, Francisco Marco, Capicio, Aymone, Surdo, Cartario, Deciano, Afflicto, Osasco, Menochio,

chio, & aliis pluribus probavit Mangilius de subhastationibus, q. 5. n. 7. & 8.

6 Et citatio faciendae specialis, non verò generalis, quæ fit per edicta, & proclamata, quando ille qui citandus, haberi potest, ut notavit Angelus. *consil.* 202. ex ratione *authent. qui semel. C. quomodo, & quando index; quia vox Praconis paucis innotescit.* Nec debet quis ex dubia citatione parti præiudicium, & idè specialem requiri, tenuit Bart. *conf.* 91. incipit, in *questione in curia.* Angelus *conf.* 259. num. 2. Alinius *tract. de execut. c.* 35.

7 Et adèd citatio requiritur, ut non sufficiat notitia gestorum, & constat decis. Rotæ 107. p. 3. *lib. 2. diuersor.* in qua fuit dubitatum, utrum possit procedi per contradictas, & ferri sententia contra eum, qui non fuit citatus ad causam, quamvis reperiebatur personaliter citatus in extractione actorum vigore compulsorium ad causam facientium. Et ratio dubitandi fuit, quia sicut per constitutionem Innocentij Auditores Rotæ possent procedere vigore citationis nulliter executæ, si constet citatum habuisse notitiam de citatione, eodem modo hoc casu dicebatur: nam qui habuerat scientiam causæ, debebat mittere Procuratorem ad defendendam causam, cum sciret eam in Curia tractari. Tamen resolutum fuit in Rota, non sufficere talem citationem, nec eius vigore posse condemnationem sequi, quia licet habuerat notitiam de extractione processus, tamen non habebat notitiam causæ contra illum agitæ, propterea debuit aliter citari, quod refert & sequitur Gratianus 5. *tom. disceptat. cap.* 100. num. 14.

8 Quod ultra plura, quæ de necessitate citationis congeri possent, adèd locum habet, ut quamvis ex *l. 4. tit. 17. lib. 4. Recopil.* aduersus sententiam, quam dicimus Reuisionis, cum ab illa appellatio, vel suppletio interponi non possit, omnis nullitatis exceptio sit omnino exclusæ, ut aduersus illam non possit aliquo modo opponi, tamen nullitas illa, quæ prouenit ex defectu citationis, nunquam censetur exclusæ, nec ex *d. l. 4. impeditur*, vel non possit impedi, quasi repugnet iuri naturali, ut quis inauditus & indefensus damnetur, ut ex *l. defensionis facultas. C. de iur. fisci, lib. 10.* in terminis notauit Azeued. *d. l. 4. num. 3.* Nam defectus citationis reddit nullam sententiam ipso iure, quamvis sit lata à suprema potestate, *Clem. pastoralis. §. ceterum, de re indicat.* Vantius de nullitate sentent. *tit. an qualibet sententia possit decis. numero 14.* Scaccia de appellat. *quest. 19. remedio 1. conclus. 2. ex num. 19.*

9 Et nostram legem regiam non excludere nullitatem ex defectu citationis, ultra Azeuedum tenuerunt Gutierrez. *l. 1. practica. q. 96. num. 6.* Mexia ad *l. Tolet. p. 2. fundamento 1. num. 21. & 23.* Paz de Tenuta, *part. 1. cap. 14. num. 8. & 9.* Auendaño de *secunda supplicatione, num. 4. vers. tertia fallentia.* D. Pichard. in *manuduction. ad praxim. 1. p. precepto 2. num. 4.* Torreblanca de *Magia, lib. 3. cap. 30. num. 43. & de iure spiritueli, lib. 15. cap. 12. num. 7. & seq.* & conducunt tradita à Caballino *milleloquio 834.* Arismino Tepato *lib. 1. variar. tit. de in ius vocando, vers. regulariter.* dum tradunt etiam ex plenitudine potestatis non posse citationem quasi de iure naturali suppleri à Principe, vel à lege, ut post prædictos ex aliis probavit Menoch. *conf.* 365. num. 1. & idem *consil.* 94. num. 31. & *conf.* 208. num. 3. & 15.

10 Sed cum per edictum citatio admittitur, nulla censetur si non apponitur locus expressus comparendi, quia id exprimere necessarium, ut ex Alexandro *lib. 7. conf.* 71. in *princip.* tradit Menochius *conf.* 100. numero 178.

Et non factam citationem ex eo solum probabitur, si illa ex actis non constet, Bartol. in *l. 2. num. 2. Cod. de error. Aduocat.* Baldus in *l. absentem, num. 3. Cod. de accusat. Decius conf.* 483. num. 4. Vantius de nullitat. ex defectu citationis, *numer. 14.* ex Rotæ decisionibus apud Marchesanum, & Caputaquensem notauit Mangilius *d. q. 15. num. 16.*

Et ex actis constare debere citationem inde colligitur, quoniam non solum de illa, sed etiam de iurisdictione iudicis, qui citationem decernit, debet constare, quando iurisdictione non est ordinaria, sed delegata, ita ut tenor delegationis inseri oporteat in decreto, vel præcepto citationis, aliàs illa censetur nulla, ut ex *cap. præterea, de dilation.* Abbate, Iafone, Asinio, Vantio, & aliis probavit Menoch. *conf.* 790. num. 6. & quando de citatione in actis non apparet, præsumitur læsus ille, de cuius citatione non constat. Doctores in *l. de unoquoque. ff. de re indicat.* ex Rebuffo idem Menoch. *conf.* 1205. n. 38.

Et ulterius, quamvis in actis inueniretur factam fuisse citationem, si tamen fieri deberet citatio ad partis requisitionem, adhuc ea requisitio non præsumitur, quia est solemnitas extrinseca, ut ipsa citatio, ita tenuerunt Panormitanus, Felinus, Beroius, Philippus Francus, Ripa, Capitius, & alij, quos refert idem Menoch. *d. lib. 2. præf.* 23. n. 2. & 3.

Nec obstat *leg. sciendum. ff. de verbor. oblig. §. si ita scriptum, de inutilibus.* nam quod vulgariter eis iuribus, & aliis similibus desumitur præsumi actorum solemnitates præcessisse, intelligendum est de solemnitate intrinseca, ut puta, si fideiussionem factam fuisse dicatur, creditur consensum, aut aliam solemnitatem fideiussionis intercessisse, vel quando dicitur factam promissionem, præsumendum præcedente interrogatione fieri, quod trahi non debet ad citationem, quæ est solemnitas extrinseca, quæ non præsumenda nisi probetur: ita Cagnolus & Alciato in *l. lecta. ff. de cert. petatur.* Fortunius Gacia in *l. 1. col. 10. ff. de pactis. Costa in l. si ex cautione, declarat. 3. Cod. de non numer. pecun.* Barbol. in *l. 1. 3. p. n. 46. ff. solut. matrimonij.* Mascard. de probation. *conclus.* 1135. & 1136. & ita accipit *d. l. sciendum,* Menoch. *d. lib. 2. præsumpt.* 23. num. 3. & *lib. 1. præsumpt.* 43. n. 8. ex Iafone, Cagnolo, Ruino, Alciato, & aliis idem Menoch. *lib. 3. præsumpt.* 41. numero 5.

Quod multo magis procedit in casu, de quo litis disceptatio, quia per simplicem libellum cuiusdam gabbellarij decretum datum fuit, quod nos dicimus *pro promission,* & cum aliquid per libellum expeditur, hoc est, cum Principi datur in forma petitionis gratiæ, non iudicij contentiosi, causæ cognitio non adhibetur, imò quæ causæ cognitionem requirunt, per libellum expediti non possunt, *l. nec quidquam, §. ubi decretum, ff. de officio Proconsulis & legati,* ubi post ordinariorum notarunt Anton. Faber in *rationali eius textus, & de error. Pragmat. decad. 10. error. 6.* Cuiacius in *l. omnia 71. ff. de regul. iur.* ubi etiam Petrus Faber, & Ræuardus, Alciato *lib. 2. Paradox. c. 3.* idem Ræuardus pro Triboniano *cap. 8.* Fachinæus *lib. 9. controuers. cap. 98.* Brissonius de *verbis iuris, verb. libellorum.* Fulgosius, Salomonius, & alij, quos refert Morla in *emporio, titulo de iurisdic. q. 16. num. 9.* D. Ferdinandus de Mendoza *lib. 1. de pactis, c. 5. n. 16.* Euerard. *antinomiarum centur. 1. c. 18.* Vaconius *de declarationum iuris cap. 80.* Corraius *lib. 1. Miscellaneæ. c. 4.*

Et hoc etiam dicitur in *d. l. nec quidquam, §. de plano,* expedire causam & iudicium de plano, id est, sine controuersia iudicij ad subscriptionem libelli petentis, ut in exemplis eius textus, & quæ notarunt Orosius & Coratius in *d. §. ubi decretum,* ex Seneca, Liuio,

Taci

Tacito, Cicerone, & aliis Ruardus pro Triboniano cap. 7. & 8. & ista decreta *cartas foreras* appellat apud nos l. 5. tit. 19. part. 3. quasi ex foro, & stylo Tribunalis, notavit Parladorius lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. p. 2. num. 1.

17 Sed & quoties plena causæ cognitio non adhibetur, quod sine illa decernitur non habet auctoritatem rei iudicatæ, post Bartol. omnes communiter in dict. §. ubi decretum, & probatur expressè l. index 5. Cod. comminatio. vel epistol. eis verbis: *Nam subscriptionem ad libellum datam talem, qua diversam partem in possessionem fundi mitteret, vicem rei iudicatæ non obtinere, non ambigitur.* Expressè iurè nostro l. 22. tit. 22. part. 3. Innocentius, Abbas, Felinus, & Angelus, quos refert, & sequitur Gregor. Lopez in dict. l. 22. gloss. 3. Didacus Perez in l. 1. gloss. 4. col. 1. tit. 1. lib. 3. ordinam. Scaccia, de iudiciis, cap. 88. & argument. l. iudiciis 9. C. de iudiciis, & l. ex stipulatione 7. Cod. de sententiis, & interlocution. omnium iudicium. Donel. lib. 27. commun. cap. 6. Marfilii singulari 486. Matheilanus ad l. 4. Cod. de sentent. & interlocut. Contard. in l. diffamari, cap. 4. num. 16. Cod. de iugen. & manusmiss. Trentacinq. lib. 2. Practic. tit. de iudic. resolut. 2. Vantius tit. de nullitate ex defectu processus, num. 3. cum seqq.

18 Vnde fit, ut cum per libellum res expedita, sine causæ cognitione posset hoc decretum pronuntiar, multo minus citatio præsumatur, cum ad hæc quæ per libellum expediuntur, non sit necessaria citatio, nec causæ cognitio requiratur, ideo nullo modo fisco nocere possit, & quod sine illa decernitur, cum non habeat auctoritatem iudicati.

19 Quod magis locum habet hoc casu, ubi ex actis apparet die Novembris decimaquarta decretum pronuntiatum, & ipsa die eius instrumentum, vel iussionem, quam dicimus *Promission*, expeditam, & quando fisci Procuratori denuntiaretur, non posset tam brevi tempore expediri, quia de stylo iudiciorum nostrorum est, ut dilatio trium dierum concedatur adversario ad respondendum, & postea in contumaciam non respondentis negotium, ut res iudicata expeditur, & inde non potuit aliquatenus præsumi fiscali citationem, vel decreti enuntiationem fuisse factam, & pro fisco potius iuvat iuris præsumptio, ut causæ cognitio non fuerit adhibita, quando constat intra breve tempus fuisse interpositum decretum, Ial. in l. nec quidquam. §. ubi decretum, n. 69. Castrensis lib. 2. conf. 38. Alex. lib. 1. consil. 163. in fin. Anchar. cons. 72. & consil. 83. & in terminis Menoch. lib. 1. præsumpt. 75. num. 52.

20 Et decretum perfunctoriè interpositum sine causæ cognitione, & breuiter expeditum præsumi damnosum, post Bart. & Baldum, Corneus vol. 1. conf. 98. n. 2. Azo, Speculator, Castrensis, & alij, quos refert, & sequitur Carolus Ruinus vol. 1. conf. 107. num. 14. ex Imola, ut non præsumatur causæ cognitio, nisi exprimat, & adhibita non præsumitur ex brevi tempore, quod decretum obtentum, Decius conf. 403. num. 19. ex Corseto, Purpurato, Parisio, Neuizano, & aliis, Menoch. lib. 2. præsumpt. 75. num. 53.

21 Et quoties decretum requirit plenam causæ cognitionem, ut in hoc casu, non sufficit enuntiatio generalis, sed requiritur specialis, ex Baldo, Ioanne Fabio, Felino, Simoncello, Aleiato, & pluribus idem Menoch. ubi proximè, n. 22.

22 Vnde si de speciali citatione non appareat, & verè factam fuisse non constet, nihil poterit fisco nocere quod iudicatum, quia semper decerni oportet vocatis vocandis, Aretinus, Molina, Marefc. & alij, quos refert D. Salgado de Regia protectione 2. p. cap. 13. num. 56. & hanc clausulam inducere causæ cognitio-
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I I.

nem ordinem iudicalem servari, & citationem fieri, ex Mantica, Ruino, Gozadino, Riccio, Nicolao Garcia, & aliis probavit Augustin. Barboza clausul. 185. num. 11. 15. & 16.

Hoc autem fisci ius clariùs constabit, si animadvertamus decretum prædictum, quod expeditum adversus illum non fuisse absolutè, vel indefinitè, sed solum *prout tunc*, pronuntiatum, quo casu non definitur causa in perpetuum, verùm quasi ab observatione iudicij interlocutoria sententia existimatur, gloss. in l. & harum, ff. si servit. vendicetur. l. Iulianus, in principio, ubi gloss. magna, ff. de condit. indebit. cap. examinata, de iudiciis, ubi Felinus num. 2. cap. cum dilecti, de emptio. & vendit. l. properandum, §. & si quidem, ubi communiter Doctores, & Baldus n. 19. Cod. quomodo & quando iudex. Philippus Francus in cap. cum cessante, num. 60. de appellat. Bartol. & alij, quos refert Paulus Castrensis lib. 2. conf. 219. num. 2. Aretin. conf. 119. num. 3. Ialon. in l. admonendi 2. repet. num. 60. ff. de iur. iurand. Maranta in praxi 6. part. num. 33. alios adducit Caiuacanus .p. decis. 7. in princip. num. 6. cum seqq. & argum. l. quoties, §. ultim. l. sed si postea, ff. de noxalib. actio. l. neque 3. ff. ad exhibendum. l. si à se, in princip. l. rem meam, ff. de except. rei iudicata. l. procurator ad exhibendum, in princ. ff. rem ratam haberi. cum Triaquello, & Mariano, Socino ad causas Ecclesiasticas, cum in articulo violentiæ decretum *prout tunc*, pronuntiatum, probavit D. Salgado de Regia protectione 1. part. cap. 8. num. 7. cum seqq. cum Scaccia, Cancerio, D. Couarr. Tufcho, Gratiano, & aliis pluribus, ego notavi 2. p. decis. Granatensis. 77. num. 4.

Quod etiam inadetur ex eis, quæ pro contrario gabellarius adducebat: nam cum in solutione pensionis conductionis deficeret, illi administrator datus fuit, & decretum *prout tunc*, exigeret ab eo solum, quod verè redditus tributorum valerent, ex quo dicebat decretum *prout tunc*, verè ut rem iudicatam censendum, quando nihil contra iuberetur, ex celebri decis. 81. Anton. Thesaur. ubi plures refert, & idem comprobatur decis. 122. num. 13. Nam ultra quod supra animadvertimus, nihil potuisse operari prædictum decretum, quando non constat de citatione fisci Procuratoris, tunc solum proderit quod pronuntiatum *prout tunc*, cum nihil novi in causa incidit, vel stantibus actibus, prout stant, quod idem significare *prout tunc*, notavit Cancerius variar. resolution. cap. 17. tit. de sententia, num. 569. Ruginellus tractat. de appellat. gloss. 1. num. 15. Scaccia eodem tract. q. 17. limit. 1. num. 26.

25 Sin verò aliquod novum fuerit in causa, vel iudicij acta aliquid diversum respiciant, nihil poterit operari, quod *ut nunc*, decretum fuisset, argument. l. si quis ad exhibendum 18. ff. de exception. rei iudicatae, tenuit idem Thesaur. dict. decisione 81. numero 1. plures refert Farinacius de delictis 1. part. quest. 4. a num. 23. usque ad num. 31. Anton. Faber. in Cod. lib. 7. tit. 19. in princip. Cancer. dict. cap. 17. num. 569.

26 Ideo nihil prodesse poterat gabellario in hoc casu, quia solum tempore administrationis attendi valorem tributorum iustum fuit, & ideo cessante administratione, quia omne tempus conductionis finitum fuit, res diversa est, & illud *prout tunc*, nihil aliud potuit respicere, nisi ut non deberet nocere iuri fiscali, quoties conductionis tempore elapso, rationes de locatione redderentur, ut in casu presenti, quia cum non sit causa in eodem statu, non poterit prædictum decretum locum habere, iunctis, quæ ex pluribus ego notavi d. decis. 77. num. 2.

N

Hæc



Hæc autem omnia quæ procederent in quocumque priuato, vt non possit abesse, quod sine citatione decernitur, sed nullum sit, vt ex dict. *Clement. Pastoralis*, §. *ceterum*, de re iudicat. supra notauimus num. 8. & ex *Vantio*, & aliis probauit *Menoch. conf. 2. num. 323. & conf. 366. num. 21. & conf. 790. num. 7.* Nec præsumatur citatio, quamuis enuntietur, si non apparet in actis illam fuisse factam, nec quod sine præuia causæ cognitione pronuntiatum posse nocere, vel decretum prout nunc, si aliquid noui in causa euenit, id enim multo melius procedit in filco, cuius causa publicum ius continet, ex *Ripa & D. Couarr. D. Alfarius de offic. fiscalis, gloss. 9. num. 12.* & ideo cautiùs negotia fiscalia tractari oportet, & plura priuilegia iustè conceduntur, de quibus latè egimus *allegat. 1. & alleg. 5. part. 1.*

Et quatenus pertinet ad nostrum casum, non solum citatio fiscalis requiritur, sed vltra eam præsentia illius necessaria ad expedienda negotia fiscalia, aliàs sententia contra fiscum lata nulla erit. *l. filius 7. ff. de iure fisci, l. rationales 4. Cod. de advocat. fisci, ex Viuio, Corseto, Platea, Peregrino, Tiraquello, Afinio, Borello, Belluga, & Thesauro probauit Alfarius de officio fiscalis gloss. 16. priuileg. 65. n. 210.*



ALLEGATIO CVIII

Lictoris maioris officium generaliter venditum, an omnes lictores minores sine distinctione comprehendat.

- 1 *Diuerſitas nominum arguit differentiam rerum & personarum.*
l. si idem 7. C. de codicillis.
l. quod si nepotes 6. ff. de testam. tutela.
- 2 *Nominis similitudo non est argumentum identitatis.*
l. vltima, §. fin. ff. ad municipalem.
Diuerſa res censentur, quæ diuerſis temporibus fiunt.
- 3 *Nomen speciale rem diuerſam facit.*
Nomine proprio & speciali res debet significari.
- 4 *Propriè tale non dicitur quod simpliciter non est tale.*
l. quique 4. §. parentes, ff. de in ius vocando.
Donatio causa mortis non propriè donatio, quia non est simplex donatio.
l. 1. ff. de donat.
Ens qualificatum videtur esse alterius speciei & nature.
- 5 *l. veteres 19. ff. de action. empti.*
l. si iudex circumuento 42. ff. de minorib.
l. 2. ff. ad leg. Rhod. de iactu.
l. vnic. Codic. si seruus extero emi mandauerit.
- 6 *Usus communis loquendi non potest dici constans, qui varius fuit.*
Generi quelibet differentia adueniens constituit diuerſam speciem.
- 7 *Nomen quod habet speciale significatum, etiamſi generali comprehendere possit, ad speciem referendum.*
- 8 *Significatio colligitur ex mente contrahentis.*
l. nepos Proculo 125. ff. de verb. significatione.
l. sed et si susceperit 52. §. 1. ff. de iudiciis.
- 9 *Rubrica ff. de liber. & posthumis.*

- Rubrica C. de seruitutib. & aqua.*
- 10 *Specialiter pronisum attendi debet, non quod generaliter.*
l. qui heredi, §. qui patrem, ff. de vulgari.
l. cum in testamento, §. fin. ff. de hered. instituend.
 - 11 *Generalitate verborum inclusa non censentur quæ notabilia.*
litem apud Labconem, §. ait Prator. ff. de iniuriis.
l. 3. vers. miramur ff. nauta, caupones.
l. 1. §. duxerint, ff. de publican. & vect. agl.
l. eos, C. de aqua ductu lib. 11.
c. sedes 15. de rescriptis.
 - 12 *c. pastoralis. de donat.*
 - 13 *l. obligatione generali 6. ff. de pignor.*
l. 1. C. qua res pignori.
l. si Procurator, ff. de condict. indeb.
l. qui peculij 46. ff. de peculij.
l. filius familias, ff. de donat.
l. 1. de officio Procur. Cesaris.
 - 14 *Nomen speciale exprimentum in materia odiosa.*
c. ea quæ, de regul. iur. lib. 6.
 - 15 *Fœmina appellatione masculorum non comprehenduntur, quando de illis diuersè, quam in masculis dispositum.*
l. cum in testamento, §. qui tres filios, ff. de hered. instituend.
 - 16 *Dispositio specialis circa res attendenda, non generalis.*
 - 17 *l. eo. vers. nam mutata forma, ff. ad exhibend.*
 - 18 *l. cum fundus 10. ff. de legat. 2.*
l. prædiis 89. §. balneas, & §. qui domum, ff. de leg. 3.
l. quod conclauæ 47. ff. de damno infecto.
l. Olympico 40. ff. de seruit. urban. prædior.
 - 19 *Diuerſitas consideratur, si in aliquo res distinguitur ab alia, licet in aliquo conueniat.*
l. si communem 10. §. 1. ff. quemadm. seruit. amittant.
l. si prius 17. in princip. ff. de aqua pluua arceuda.
l. 4. §. modum, ff. de seruit.
 - 20 *Dispositio specialis eximit rem à generali dispositione, licet in ea posset comprehendere.*
l. si de certa, C. de transact.
l. doli clausula, ff. de verbor. oblig.
l. heredes 30. §. dua statua, ff. de legat. 3.
l. cum de lanionis, §. cum fundum instructum, ff. de fundo instructo.
 - 21 *Expresè quod debet concedi, non sufficit generalis concessio.*
Clement. 1. vers. specialiter, de iudiciis.
l. 1. §. de pupillo, ff. de constituta pecunia.
Obligatio generalis minus afficit, quam specialis.
 - 22 *Genus quando restringitur ad aliquam qualitatem, habetur pro specie.*

Vendito officio licitoris maioris alicuius vr-
bis, & concessione facta, vt omnes licito-
res minores, vulgò Alguaciles, ab eo
nominentur, cui officium venditum, an
possit nominare licitores, qui executores
dicuntur, & eligi solent à concilio vr-
bis, vt bona publica, id est, propios, ciuitatis
à debitoribus exigant.



N hoc casu, quamuis diuersitas no-
minum arguat diuersitatem persona-
rum, & rerum *l. si idem 7. Cod. de co-
dicillis, l. quod si nepotes 6. ibi: aliter
enim filij, aliter nepotes appellantur. ff. de
testamentaria tutela. Bart. in l. si non
sortem 26. §. si libertus, num. 57. de condictione indebiti.
Anton. Gomez in l. 45. Tauri, num. 39. Petr. Surd. conf.
127. num. 32. Gregor. Lopez in l. 6. gloss. 1. ad fin.
tit. 13. partit. 6. & cum idem nomen sit in hoc casu,
vel sub nomine generali aliquid comprehendatur;
eandem rem esse censendum est, vt inde quod sub ap-
pellatione generali continetur, possit ceteri concessio-
nem comprehendere.*

Verumtamen, quia, vt tradit Iuriconsultus, nomi-
nis comprehensio, vel similitudo ad aliquid proban-
dum non sufficit. *l. vii. §. item, finali. ff. ad municipalem,*
& quamuis res in nomine similes sint, tamen si diuer-
sam originem, & introductionem habuerint, dissimi-
les existunt, & quæ diuersis temporibus fiunt, et-
iam separata, & diuersa dicuntur. gloss. recepta in *l. si
quidem 9. in fine. C. de exceptionibus. Bart. in l. Aure-
lius 20. §. item, quæ sit, n. 3. ad finem, de liberatione lega-
ta, Bellameta conf. 18. n. 4. Iacobus Menoch. conf. 123.
n. 10. Iul. Pacianus de probationib. lib. 1. cap. 28. n. 11.
Steph. Gratianus disceptat. forens. tom. 1. c. 126. n. 12.*

Vnde quando id de quo agitur diuersam originem
habet, vel effectum, etiam si ex nomine, & appella-
tione possit venire sub generali concessione, tum et-
iam & speciale nomen habeat, & si in generali conue-
niat cum re concessa; ideo dicendum est ex generalita-
te concessionis non venire, quod exemplo clarius de-
monstrabitur, ex quo lis exorta: nam si alicui concede-
retur, vel venditum sit officium licitoris maioris alicui-
us oppidi, quem *Alguacil mayor* dicimus, data facul-
tate, vt possit nominare omnes licitores illius territo-
rii, & cum essent aliqui, qui à concilio populi nomi-
narentur ad exequenda decreta Concilij, qui etsi no-
mine licitorum vulgariter appellarentur, tamen spe-
cialiter executores dicebantur, eorum nominationem
& electionem non comprehendere concessione, vel
venditione, ex qua electio, vel nominatio alicui da-
tur, idque ex sequentibus suadetur.

Primò. Quia, vt explicetur nomine, res vel perso-
na debet significari nomine proprio, & speciali, quod
ei conueniat, argumento *l. quique 4. §. parente, ff. de in
ius vocando, ibi, parentes usque ad tertium apud Ro-
manos proprio vocabulo nominantur; vltiores, qui non
habent speciale nomen, maiores appellantur. faciunt tra-
dita per Ludouicum Aluarum num. 115. & seqq. in ru-
brica, de legat. 1. Bolognetus in rubrica, ff. de verborum
obligation. num. 274. donatio causa mortis non est pro-
priè donatio, quia non dicitur donatio simpliciter, sed
donatio causa mortis. Bartol. in *l. Lucius. §. quæ situm. ff.
de legat. 3. vbi inquit, fratrum filios non esse propriè
fratres, nec eorum appellatione contineri, quia non**

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I.

dicuntur fratres simpliciter, sed fratres, vel sorores
patruales, optimè Baldus *lib. 4. consil. 499. incipit, pro-
ponitur, quod ista castra, num. 4. Tuschus practicarum
littera Q. conclus. 3. num. 4. & conclus. 12. per totam.*
*Mieres de maiorat. 2. p. q. 4. illatione 8. num. 91. Alia
plura exempla adducit Ludouicus Aluarus vbi proxi-
mè num. 127. & ideo quamuis licitorum nomine ge-
nerali possint comprehendi, vel communi vsu lo-
quendi dicantur executores Concilij alicuius populi,
tamen quia speciali nomine vocantur, id est, excuto-
res, nec deseruiunt, vt omnia iudicum decreta, &
iussa exequantur, sed ad ea, quæ ad gubernationem
communem populi ab eius Decurionibus & Con-
cilio decernerentur, non poterit admitti, vt generali
licitorum electionis, & nominationis concessione
comprehendantur, quia non dicitur propriè tale,
quod simpliciter non dicitur tale. *l. 1. ff. de donat. Et
facit, quia, ens qualificatum videtur esse alterius na-
turæ, quam simplex. c. statutum 22. de electione lib. 6.
Natta lib. 3. conf. 555. num. 9. Barbosa in l. 1. §. 2. n. 144.
ff. de iudiciis.**

Secundò. Nam quamuis nomine speciali isti execu-
tores non distinguerentur, & electione eorum: nam
alij licitores à Prætoribus vrbitum nominantur; isti ve-
rò à conciliis earum, etiam si promiscuè nomine licito-
rum isti executores appellarentur, non inde eosdem
cum aliis esse euincitur, vt prædicta concessione com-
prehendantur, arg. textus celebris in *l. veteres 19. ibi.
veteres in emptione, venditioneque appellationibus pro-
miscuè utebantur, iuncta l. sequenti, ibi. Idemque si in
locatione & conductione. ff. de action. empr. l. si index
circumuento 42. iuncta gloss. verb. venditio, ff. de minori-
bus l. 2. vbi etiam gloss. verb. ex locato, ff. ad l. Rhodiam
de iactu. l. unica. C. si seruus extero se emi mandauerit,
de quibus optimè Pinellus in l. 2. §. p. c. 2. num. 3. C. de
rescind. vendit. Petrus Greg. lib. 25. syntagm. iuris c. 1.
n. 4. & lib. 27. c. 1. in princ. Alciatus lib. 5. Parergon.
c. 15. Cuiacius lib. 9. de obseruationum c. 15. Robertus
lib. 1. animaduersionum c. 8. & 9. Antonius Mercator
in notariis ad eundem Robertum d. lib. 1. c. 9. Franciscus
Conanus lib. 7. Commentar. c. 6. Donellus lib. 13. Com-
mentarior. c. 1. Anton. Faber in Rationali ad d. leg. si
index circumuento, vers. nec quari poterit.*

Etiam, quia nec iuuari poterit communi vsu lo-
quendi, qui nominationem prædictorum executorum
sibi competere ex venditione, vel concessione inten-
dit, quia deberet probare nullo modo alio nomine
quàm licitorum appellari, quod ab eo probatum non
est: & contra probatur manifestè varia appellatione
executorum nominari, & quamuis promiscuè, vel li-
citores, vel executores dicerentur, non potest dici con-
stans & communis vsus loquendi, qui varius fuit, vt
magistraliter docuit Bartolus communiter receptus in
*l. Labeo, n. 6. & 7. ff. de supellectili legata, vbi refert
formam & requisita, quæ interuenire debent, vt pro-
betur iste vsus communis loquendi. Adde Mascard. de
probat. concl. 209. n. 4. Mantica. de coniectur. ult. lib. 3.
tit. 8. n. 8. Menoch. de arbitrariis lib. 2. casu 489. per to-
tum. D. Castillo quotid. controu. lib. 5. c. 153. n. 11. cum
multis seqq. & quælibet differentia adueniens generi,
constituit speciem diuersam, vt communi vsu loquen-
di, & appellatione non comprehendatur, vt tradit
Baldus in l. 1. ante n. 1. C. de success. edicto, cui subscri-
bunt Afflictis decis. 265. n. 18. Natta lib. 4. conf. 676.
n. 8. Barbosa in l. 1. §. 2. n. 143. ff. de iudiciis, & cum
prætextu executionis decretorum Concilij populi isti
executores dicantur, nec vt reliqui licitores à Prætori-
bus & iudicibus eius populi, sed à Concilio electio
fiat, meritò diuersi existimandi, vt generali licitorum
appellatione, & concessione non veniant.*

N 2

Quartò,

8 Quartò. Nam quodlibet nomen, quod potest generaliter significari, & tamen habere specialem appellationem, vt adoptio, institutio, & cognatio, potius intelligitur in appellatione speciei, quam in appellatione, & significatione generis, iuxta not. per Bart. & scribentes, in l. hoc legatum, ff. de legat. 3. Panormit. in cap. Rodolphus, num. 3. & seqq. de rescriptis. Bulgar. in rubrica col. penult. ff. solut. matrim. Ludovic. Auarus vbi proximè, num. 127. & 145. Bolognetus in rubrica, ff. de verbor. obligat. à num. 139. aliàs enim speciale nomen confunderetur, & posset conuenire aliis, quæ solum significationi generali aptantur. l. 1. vbi Iason à num. 56. de acquirend. possess. Butigel. in repetit. leg. 1. C. de edendo, num. 56.

9 Idque apertius probatur, quando vel qui contraxit aut disposuit, apparet velle significationem accipere ex propria & peculiari tam in specie, quam in generali, vt docet Bartol. à quo nemo dissentit, in dicta l. hoc legatum, num. 1. ibi: Siquidem ex verbis potest colligi, quæ actio videatur proposita, stamus verbis. Et quando ambiguitas est in significatione nominis, id accipiendum, quod ex his, quæ significantur, sensu, qui loquitur. l. nepos Procule 125. iuncta gloss. verb. sensu. de verbor. significat. Mantica. de coniect. ultim. volum. lib. 3. tit. 2. n. 3. facit textus in l. sed etsi suscepit 52. §. 1. ibi: cum appareat id testatorem sensisse ex genere comparationis, ff. de iudiciis.

10 Quod apertè insinuat iuris ciuili rubricæ, nomen speciale, etsi generale possit conuenire, exprimendum esse, ex tit. de liberis & posthumis, vbi i quamuis liberorum appellatione posthumi comprehendantur, tamen expressum fuit posthumi nomen, vt de eis specialiter agi insinuaretur, & rubrica, C. de seruit. & aqua. Nam etsi generali nomine seruitutis aqua comprehendi posset, tamen vt constaret de illa agi necessariò, de aqua exprimendum fuit, vt notant Doctores in eis iuribus, & conducunt tradita à Bald. in l. in multis, ff. de statu hominum, Iason in l. si quis id quod, n. 13. ff. de iurisdict. omn. iudic.

Facit. nam quoties aliquid specialiter prouisum est, illud attendi debet, non quod dispositione generali potest comprehendi: nam illa debet omnino excludi, nec in ea venit casus specialis, etiamsi venire posset. l. cohæredi, §. qui patrem, ff. de vulg. l. cum in testamento, §. final. de hered. instit. Zanchus in l. heredes mei, §. cum ita, num. 121. Petra de fideicommiss. §. p. n. 105. Surdus conf. 573. n. 33. Ant. Gabriel. lib. 1. com. tit. de claus. conclus. 9. n. 8.

11 Quartò. Quia id magis sine dubio procedit, quando ex diuersitate rei deberet exprimi nomen speciale. l. item apud Labeonem 15. §. ait Prætor. ff. de iniuriis. ibi: ea enim, quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter noventur, videntur quasi neglecta. l. 3. versic. miratur igitur, ff. nauta, cauponæ, stabularij. l. 1. §. dixerint, ff. de publican. & vectigal. l. eos 3. C. de aqueductu, lib. 11. cap. sedes 15. de rescriptis, Oldradus consil. 185. num. 2. ad finem. vbi tradit quæ sunt magna & notabilia, nisi de eis expressè dicatur, nulla verborum generalitate inclusa ceteri consentit Calderinus in rubric. Cod. de heretic. consil. 1. num. 1. Aymon Crauet. conf. 407. num. 81. volum. 3. idem Crauet. conf. 942. num. 22. volum. 5. Panormitan. in cap. in nostra, num. 4. de rescriptis, vbi docet esse ibi casum, in quo non operatur tantum genus quoad omnia, sicut species quoad speciem: nam licet sub genere comprehendantur omnes species generis, vt notatur in l. iuris gentium, §. sed si fraudandi, ff. de pactis. Tamen vbi requiritur notabilis expressio speciei, non sufficit facere mentionem per genus; quia expressio per speciem posset retardare Principem à concessione. Steph. Gratian. disceptatio-

num forens. cap. 546. n. 29. Sixtinus de Regalibus, lib. 1. c. 5. n. 79. D. Ioann. del Castillo quest. controuers. iuris, lib. 5. cap. 89. num. 150.

Et facit textus in cap. pastoralis, de donat. iunctis 12 quæ notarunt gloss. ibi verb. Cathedralicum. Ioannes Andreas, Innocent. Abbas, & reliqui scribentes communiter, Hostiensis in summa de officio ordinarij, §. quid pertinet. versic. & nota. Henricus Boic. de synodo Episcopi 3. part. num. 83. Tusch. lit. C. concl. 152. num. 12.

Conducit ratio iuris in l. obligatione generali 6. ff. 13 de pignoribus. l. 1. C. quæ res pignori. l. si procurator 8. ff. de cond. indebiti. l. qui peculij 46. ff. de peculio. l. filiusfamilias 7. ff. de donation. l. 1. ff. de offic. Procurat. Casar. iunctis quæ notarunt Afflicti decis. 11. n. 9. Vernus volum. 1. conf. 127. num. 12. Menoch. conf. 250. n. 49. cum seqq.

14 Sextò. Quia id maximè procedit, id est, speciali nomine rem esse significandam in materia odiosa, & strictè interpretanda, vt rectè explicat Panormitanus in dict. cap. Rodolphus, per textum ibi num. 3. Alexand. volum. 6. consil. 248. num. 10. & sequent. Tuschus littera G. conclus. 40. num. 16. & concessio Regalium, vt in hoc casu, eligere, & nominare lictores tanquam specialis, & exorbitans à iure communi nullam recipit extensionem, quinimo semper restringitur, nec trahitur ad consequentiam. c. ea quæ, de reg. iur. in 6. Lucas de Peña in l. 2. n. 3. & 4. C. de iure Reip. lib. 11. Rolan. à Valle loquens in terminis, de augmento, vol. 2. conf. 1. num. 147. & seq. Sixtinus de Regalibus, lib. 1. cap. 5. num. 63. & seq. Mastrill. de Magistr. lib. 1. c. 16. num. 20. & 21.

15 Sed quod plus est, etiam in materia irregulari circa maioratum, & exclusionem fœminarum, quando institutor maioratus discretiue de masculis, & fœminis disposuit, quamuis filiorum appellatione, & fœminæ comprehendantur. Tamen eo casu, quia separatim de filiis, & filiabus dispositum est, & filiarum nomen speciali significatione diuersa à generali exprimitur, tunc verbum filiorum non ad filias fœminas, sed solum ad filios masculos referendum; etsi qualitas masculinitatis adiecta non fuerit, quasi non ex generali significatione accipiatur, quæ possit comprehendere filios & filias, sed solum ad specialem masculorum referendum sit, vt ex Baldo, Iasone, Socino, Alberto, Bruno, Gregor. Lopez, & Anton. Gabriele notauit Molina lib. 3. de Hispanor. primog. cap. 5. n. 55. & ex Menochio, Surdo, Deciano, Mantica, Peregrin. Tusch. Casare Barcio, Mier. Fular. Ramonio, & aliis, argum. l. cum in testamento, §. qui tres filios, ff. de hered. instit. probat Additionator ad Molin. d. n. 55.

16 Quo apparet, quoties aliquid diuersè dispositum est circa res, quæ vno nomine possunt comprehendi, non ex generali appellatione regulari, sed ex propria & speciali, quod rectè congruit nostro casui: nam diuersi ministerij sunt lictores ordinarij, & prædicti executores concilij, tum & diuersa ratio militat in quibuscumque eorum: nam etiamsi Princeps possit, & velit detrahere iurisdictioni Prætorum, non tamen credendum est, nisi apertè exprimat velle præiudicium inferre iuri concilij populi in nominatione executorum in eis, concilium decreuit.

17 Vltèrius septimò, quia inde apparet diuersa officia hæc executorum esse iudicanda ab eis, quibus lictores ordinarij funguntur, & probatur argumento legis eo. vers. nam mutata forma. ff. ad exhibend. tradit optimè Paulus Parisius omninò videndus conf. 80. à n. 9. in 2. part. vbi in hæc verba: Nam cum dicta partes sint separate, & distincte, & contineant diuersa officia, & loca diuersa, & separata exercitia, diuersos etiam vsus

vsus consideratis dictis qualitatibus diuersis, alio non apparen- te, appellatione vnus non debet venire aliud, maxime quando vna pars predictorum non est desti- nata ad vsu alterius partis. quod mirabiliter pro- sequitur pluribus numeris seqq. & cum Baldo, vtro- que Socino, & aliis Iacob. Menoch. *consil.* 123. num. 6. vol. 2.

18 Octauò, etiam & diuersitas suadetur, quia diuersis ministeriis hæc officia deseruiunt, & à diuersis perso- nis lictores à Prætoribus vrbiu, executores verò à concilio earum nominantur, & restricto ministerio ad exactionem eorum, quæ pertinent ad bona populi communia, & nulla debet esse specialitas & differen- tia, vt res eius qualitatis censeatur, argumento l. cum fundus 10. ibi: Si modo testator eam partem non sepa- ratim possedit, sed vniuersitati prioris fundi adiunxe- rit ff. de legat. 2. optimus textus in l. prædys 89. §. bal- neas. ibi: ita demum domus esse portionem balnearum, si per domum quoque intrinsecus adibantur, & in vsu patrisfamilias, vel vxoris nonnunquam fuerant, & mercedes earum inter ceteras meritoriorum domus ra- tionibus accepto ferebantur, & vno pretio comparata, vel instructa, coniunctaque fuissent, & in §. qui domum. ibi: aditumque in eum per domum habuit. ff. de leg. 3. l. quod conclauæ 47. ad fin. ibi: neque aditum aliunde habeat. ff. de damn. infect. l. Olympico 40 vbi gloss. & DD. ff. de seruit. urban. præd. Paul. Paris. d. cons. 80. n. 9. cum seqq. Philip. Decius cons. 10. n. 2. Guillerm. Benedict. in cap. Rainutius, verb. et sortum, n. 1. & 2. de testam. Albert. Brunus de augment. concl. 15. n. 16. D. Couarr. in præd. cap. 2. à n. 1. Menoch. d. cons. 123. n. 2. & 23. Steph. Gratian. discept. forens. c. 126. n. 11.

19 Nondò, quia res, & officia, diuersa censentur, etiam si genere conueniant; si tamen specie differant, & suffi- ciat genere, aut specie, vel numero differre, ex traditis per Aristotelem lib. 5. Metaph. c. 9. & lib. 10. cap. 5. Pater Suarez in Metaph. tom. 1. disp. 7. sect. 3. n. 6. tra- dit, dici differre, quæ in aliquo conueniunt, & in alio distinguuntur. & vt idem tradit ibi num. 3. etiam si quid cum alio in aliquo conueniat, non potest dici identitas simpliciter, sed respectiua, & secundum quid, quæ non habetur pro identitate, sed pro qua- dam similitudine; ita etiam diuersæ seruitutes iudi- cantur, quæ vel diuersis temporibus, vel qualitati- bus constituuntur, licet sint eiusdem generis. l. si communem 10. §. 1. ff. quemadmodum seruit. amittan- tur. l. si prius 17. in princ. vbi gloss. & DD. ff. de aqua pluuiæ arcenda. Paul. Castrensis in l. 4. §. malum, ff. de seruit. vbi etiam Anton. Faber in Rationali, idem Castrensis in d. §. 1. Cæpolla de seruit. c. 24. n. 7. ver- sitem qui vititur.

20 Decimò, quia, vt animaduertimus, quamuis aliquid generali appellatione posset comprehendi; si tamen dispositio specialis ad ea se refert, tunc eximitur à ge- nerali dispositione, imò potius generalis dispositio ad specialem restringitur, vt amplius quam quod spe- cialiter expressum; non possit operari, & vtra quæ supra expendimus num. 4. & 5. Probatur argum. l. si de certa. C. de transact. l. doli clausula. ff. de verbor. obliga- gat. & noto duo iura quæ communiter non expen- duntur in l. heredes 100. §. dua statua. ff. de legat. 3. l. cum de lanionis, §. cum fundum instructum, ff. de fundo instructo, vbi statua marmorea, quæ poterant com- prehendi sub generali legato marmoris, & serui qui simul continebantur in legato generali fundi instru- cti, non comprehenduntur, sed solum quod speciali legato relictum, etsi dispositio generalis posset ad om- nia referri, videlicet, legauit testator duas statuas mar- moreas, quamuis hoc legato omnes marmoris statua- venirent, tamen ex legato duarum, & speciali dispo-

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I l.

sitione, earum nullam statuam marmoream præter duas debere IC. tradit, & legato fundo instructo, etsi veniant instrumento omnes serui, qui ad fundi cultu- ram destinati, si testator aliquos seruos specialiter le- gauit, illi solum ex familia seruorum legato cedunt, & non alij, iunctis quæ ex Socino iuniori, Riminal- do, Menochio, Tiberio Deciano, & aliis, ego notauit 2. part. decis. Granatensis 54. num. 17. & 19. iuncto Zephalo lib. 4. cons. 636. per tor. Marco Antonio Eu- genio cons. 100. Menoch. cons. 319. vnde cum de istis licitoribus, qui executores dicuntur bonorum publi- corum, & non eligantur à Præto re vrbis, sed ab eius concilio speciali prouisio, & destinatio sit, & differant exercitio, nomine, & electione à reliquis omnibus li- ctoribus, qui à Prætoribus eliguntur concessione ge- nerali nominandi licitores, non debent isti executores censi comprehensi.

Maximè, quin ille qui officium licitoris maioris emit, illud petiit sibi concedi nominare licitores, qui eligebantur ab eo, qui iustitiam administrabat, los que soli a nombrar la Iusticia, & cum isti executores non nominentur solum a Præto re vrbis, sed ab eius con- cilio, & Decurionibus, vt bona vrbis propria à debito- ribus exigant, & in dominium illius conferant, non sufficit generalis concessio nominandi omnes licito- res, quia quando requiritur aliquid expresse fieri, non sufficit, vt possit comprehendi sub generalitate ver- borum, gloss. in Clement. per literas, verb. expresse, de præbend. Clement. 1. verb. specialiter, de iudiciis, l. 1. §. de pupillo, ff. de constituta pecunia. Ioann. Andreas in cap. quia periculosum, de sentent. excommunicat. & in c. 1. de except. lib. 6. cum minus afficiat obligatio ge- neralis, quam specialis, ex gloss. & Negulatio proba- uit Gratianus 3. tom. disceptat. c. 546. n. 29.

Et tamen in præsentis generalitate nominandi li- ctiores, non debent censi comprehendi isti executo- res, quia nominatio generalis restricta ad eos, qui à Præto re nominari solebant, & cum non ab eo, vt præ- diximus, & nostra quaestio respicit, executores non nominantur, sed à concilio vrbis debet generalis con- cessio ad specialem eius qualitatem restringi, iuxta quæ nuper animaduertimus, & quia genus quando restringitur ad aliquam qualitatem; habetur pro spe- cie. Bartol. in l. quod te mihi ff. si certum petatur. Bal- dus in l. 1. n. 5. C. de fideicom. Castrensis in l. Impera- tor, n. 8. ff. ad SC. Trebellian. ex quibus tenuit Gratianus 1. tom. disceptat. c. 62. n. 9.



ALLEGATIO CIX.

Pascua communia quando Princeps restringere possit.

- 1 Beticæ in Hispania omnia pascua sunt commu- nia, etiam in terris priuatorum collectis fructibus. l. 1. tit. 7. lib. 7. Recop.
- 2 Possessio pascuorum data debet conseruari.
- 3 Interdicta possessoria conceduntur spoliatori. l. Prætor ait, §. qui à me vi, ff. de vi & vi ar- mata.
- 4 Causa cognitionem qua requirunt, non possunt per libellum expediri. l. nec quidquam, §. vbi decretum, ff. de offic. Pro- consulis. l. 22. tit. 22. p. 3. c. conquerente, de restitut. spoliator.

- 5 Princeps in suo regno habet praesumptionem, ut possit disponere de pascuis.
l.1. tit.11. p.1. & n.8.
- 6 Populi non possunt bona, qua ad usum publicum destinata, alienare.
Populi bonorum publicorum sunt administratores, non domini.
l.2. ff. de administr. ad civit. pertin.
l. splendidissime, C. de operib. publicis
l. final. de vectigalibus.
l.1. & 6. tit.7. Recopil.
l. continuus, §. cum quis, ff. de contrahend. emptione.
l. final. C. de vendendis reb. civit. lib.11.
l.1. & 11. tit.7. lib.7. Recop. & n.7.
- 7 Princeps habet praesumptionem domini in terminis, & terris sui Regni.
- 8 Princeps terminos, quos populis assignavit, potest iterum ampliari, vel restringere.
l.234. styli.
Princeps ut Reipublica parens existimatur.
l. nam 3. ff. de officio Praefecti vigil.
l. prohibitum, C. de iure fisci, lib.10.
l. probatorias, C. de diversis officiis, lib.12
- 9 Princeps potest novam formam dare pascuis, & datam mutare.
l.1. C. de metropoli Berito, lib.11.
cap.1. §. praeterea ducatus, tit. de prohibita fendi alienat. per Federicum.
l.2. tit.1. p.2. & n.10.
- 10 Populi non possunt acquirere ius privatum contra Principem, nisi eius privilegio, aut praescriptione immemoriali.
l. praescriptio, C. de operibus publicis.
l. usucapionem, ff. de usucapion.
l. viam publicam, ff. de via publica
l. si qua loca, C. de fundis, & saltibus rei dominicae, lib.11.
l.7. tit.29. p.3.
- 11 l. fin. ff. de usucap. conciliatur cum l. si quisquam, ff. de diversis, & temporal. praescript.
- 12 Praescriptio immemorialis nunquam videtur exclusiva, prohibita generali praescriptione.
l. usum aquae, iuncta gloss. Cod. de aquaductu, lib.11.
l.1. tit.15. lib.4. Recop.
l. competit, C. de praescript. triginta.
l.2. tit.16. lib.4. Recop.
- 13 Usus in eis, qui a Rege concedendus, est facultativus.
- 14 Praescriptio causari non potest ex usu facultativo.
- 15 Praescriptio immemorialis non procedit ubi lex prohibet praescriptionem.
l. ubi lex, ff. de usucapion.
- 16 Dictio secundum, est restrictiva.
- 17 Privilegium a Regibus praedecessoribus non confirmatum, successoribus non nocet.
- 18 Loquentis persona videtur excepta.
l. inquisitio, C. de solutionibus.
- 19 Regis iuri non videtur derogari ex dispositione generali derogatum, nisi expresse exprimatur.
- 20 Precarium potest ad nutum renovari.
l.1. ff. de precario.
c.1. de precariis.
c. fin. eodem.
- 21 Possidens nomine Regis non potest praescribere.
l. quod meo, ff. de acquir. possess.
- 22 Titulum excedere in mala fide constituit.
Titulus exhiberi non debet ab eo qui sola praescriptione immemoriali fundatur.
c. dudum, de decimis.
- 23 Titulus iniustus non potest consuli ab Aduocato, ut occultetur.
- 24 Populus non cogendus in communiione quando potest commodè diuisio fieri.
l. fin. C. commun. diuidendo.
l. inter omnes, C. de praedijs minor.
l. si non forsan, §. si centum, ff. de condict. indebiti.
Pactum ut populi sint perpetuò in communitate pascuorum, non valet.
- 25 Privilegium quod concedit pascuorum communitatem, rescindendum cum incipit esse nocuum.
cap. suggestum, de decimis.
c. quanto, de censibus.
l.5. tit.20. p.1.
- 26 l. Pomponius, ff. de negotijs gestis.
l. si non fuerit, §. Aristo, ff. pro socio.
- 27 Res iudicata non procedit rebus mutatis.
l. cum queritur, ff. de exception. rei iudicatae, & num.28.
Auxilio nouo indigent, quae de nouo emergunt.
l. de atate, §. ex causa, ff. de interrog. actio-nib.
Res iudicata intelligenda, rebus sic stantibus.
- 28 Fisco non nocet iudicium, quod cum eius fiscali non agitur.
- 29 Fiscus in eo quod habet pro se praesumptionem, non debet litigare spoliatus.
- 30 l.3. tit.7. lib.7. Recop.
Appellatio in dubio semper admittenda.
l.13. tit.23. p.3.

An Princeps pascua communia populorum possit restringere ad illud oppidum, in cuius territorio pascua sunt? pro explanatione legum 11. & 13. tit. 7. lib. 7. Recopilationis.



N Betica Hispaniae Prouincia ex antiquo & communi illius regionis usu, & Regum nostrorum permissione, pascua omnium terrarum communia sunt, & in fundis priuatorum collectis fructibus eadem pascuorum communitas introducta, ut in Regno Granatensi l.13. tit.7. lib.7. Recop. iunctis, quae notauit Ioannes Faber in rubr. Instit. de lege Fusia Caninia toll. ex quo Cassaneo, & Alexandro probauit Auendañus de exequend. mandatis, lib. 1. cap. 13. numero 8. ex Roderico Suarez allegat. 15. idem Auendañus cap. 4. numero. 31. inde colligens prohibitionem, ne pascua impediuntur, & fiant defenae, & prata, quae dicimus acotados.

Concessum & venditum fuit alicui oppido ius pascendi priuatiue in hoc territorio, & possessio data ex venditione, postea aliud oppidum, quod ante concessionem, & venditionem habebat cum altero communitatem pascuorum querelam proponit, & intendit possessionem renouandam, & non data copia istorum oppido possidenti, solum summaria probatione admiffa decretum fuit reponendum negotium in statu, in quo erat ante venditionem, & postea de iure suo docere oppida inter quae contouersia erat.

3 In quo pro fisco venditore dicebam, vt oppidum, cui venditio facta, & possessio data conseruaretur, nec posset sine liti discussione auocari, vt à Senatu in primo decreto iustum fuit. Pro qua re confidero. nam etsi oppidum, cui à fisco facta venditio, non haberet titulum, nec eius virtute possessio à Principe concessa, sed violenter spoliaret paucis populum, qui communitatem haberet, adhuc populo spoliati concederentur interdicta possessoria, vt in sua detentatione, & possessione conseruarentur. *l. Prator ait. §. qui à me vi, ff. de vi & vi armata*, vbi expresse probatur, *qui à me vi possidebat, si ab alio deiciatur, habet interdictum.* & probant communiter Doctores in eo textu; quanto magis cum iuste possidet auctoritate iudiciali dicendum est, non esse spoliandum absque præuia iudicij discussione.

4 Quia, vt abdicetur possessio illi, qui possidet, causæ cognitione necessaria, & omnia quæcumque desiderant causæ cognitionem, non possunt per libellum expediri. *l. nec quidam, §. vbi decretum, ff. de officio Proconsul.* notantur omnes ordinarij in eo textu, maxime Fulgosijs, & Salomonius, ex nouioribus Alciatus *lib. 2. Paradoxorum, cap. 3.* Cuiac. *ad l. omnia, ff. de regul. iur.* Anton. Faber *de erroribus decad. 10. error. 6.* Fachinaus *lib. 9. controuers. cap. 98.* & vltra fulgosijs, & Salomonium *in d. §. vbi decretum.* Mendoza *lib. 1. de pactis, cap. 5. num. 16.* Parlador. *lib. 2. quotid. cap. fin. §. p. §. 2. num. 2.* cum Innocentio, Abbate, Felino, & Angelo, Gregor. Lop. *in l. 22. per text. ibi gloss. 3. tit. 22. partit. 3.* vbi probatur decreta sine plena causæ cognitione nullum rei iudicatum effectum fortiri, Didacus Perez *in l. 1. gloss. 4. colum. 1. tit. 1. lib. 3. ordinamenti*, ex Maranta, Freccia, & alijs pluribus, Olvvald. *ad Donel. lib. 23. comment. cap. 8. in notat. lit. B.* nunquam enim admitti & probari poterit sine iudicio spoliare possidentem, vt traditur *in cap. conquirente 7. de restitut. spoliator.* quia, vt ibi traditur, spoliatus restituen ius est, & postea de causa propter quam possit spoliari, iudicialiter agendum.

5 Tuam etiam, quia pro Principe, qui vendit oppido pascua priuatiua in suo territorio, est iuris præsumptio in omnibus terminis sui Regni, vt possit donare, vendere, diuidere, vel limitare pascua pro suo arbitrio. *l. 1. tit. 1. p. 2.* cum Anton. Gabriel. Mascardo, Auendaño, Valasco, Matienzo, Azeuedo, Bobadilla, Gutierrez, Peregrino, Chaldas Pereira, Menchaca, Sesse, D. Coarr. Gregor. Lopezio, Calixto Ramirez, & alijs. D. Solorzano *tom. 2. de Ind. gubernat. lib. 5. cap. vnico, num. 55.* & cum Princeps permittit populis, vt illi vtantur pascuis territorij, etiam populi habent pro se præsumptionem in illis pascuis, quæ intra suos terminos fuerint, Ioann. Faber *in l. cunctos populos, vers. sed ne potest. C. de summa Trinit. & fide catholica*, ex Olodrado, Castrensi, Corneo, & Castaneo notauit Auendaño *de exequend. mandat. cap. 4. num. 4. vers. confitito, & vers. & ciuitas.*

6 Deinde potest similiter Princeps pascua communia cuiusque oppidi, dum in proprietate ex aliqua causa siue priuatis, vel communitati non concesserit, sed tantum ad vsum alienare, quamuis ipsis populis prædicta bona, quæ ad vsum communem destinata, non liceat alienare, quæ publica sunt. *l. 1. ff. de administr. rer. ad ciuitat. pertinent. l. splendissime, C. de oper. publicis, l. fin. C. de vectigal. l. 1. & 6. tit. 7. lib. 7. Recop.* & ratio est, quia hæc bona, quæ ad vsum publicum, & pascua communia destinata, non censentur esse populorum quoad proprietatem, sed tantum in administratione, Bald. *in rubr. C. de contrahend. empt.* Alexand. *vol. 4. conf. 43. num. 11.* per textum *in l. continuus, §. cum quis, ff. de contrah. emptio.* & ideo velut admini-

strator non potest sine domini mandato & permisso bona alienare, ita nec populi bona publica, quorum administrationem habent, Auiles *in cap. 3. Prator. num. 31.* Auendaño *de exequend. mandat. 2. part. c. 12.* Azeuedo *in Curia Pisana, cap. 24. & 26. & in l. 22. tit. 3. lib. 3. Recop. & in l. 4. & 5. tit. 7. lib. 7. Recopilat.* Humada *in addition. ad Gregor. Lopezium in l. 5. tit. 20. p. 2. gloss. 6. num. 8.* Bobadilla *in Politica, lib. 2. cap. 16. num. 153.* Oterus *de iur. pascendi, cap. 11. n. 5. & 6.* vbi interpretatur *l. fin. C. de vendendis rebus ciuitatis, lib. 1. 1.* quæ permittit ciuitati earum rerum venditionem: nam de iure nostro Hispano *ex l. 1. & l. 1. tit. 7. lib. 7. Recopil.* correctæ generaliter est *d. l. fin.* & de iure communi non procedit indistincte in eis bonis, quæ ad populi conseruationem, vt propria à Principe destinata sunt, sed solum in rebus, quæ ciuitati ex titulo hereditatis, legati, venditionis, aut donationis obuenerunt, vt constat eodem textu, & in eis, quæ ad solemnitates requirantur, tradiderunt Menoch. Follierius, Calcanus, & Gregor. Lop. quos refert idem Oterus *vbi proxime, num. 7.*

7 Quamuis igitur populis bonorum communium alienatio non permittatur, ad Principis ius regium spectat illorum alienatio, quia in proprietate præsumuntur ipsius Principis, Gregor. Lopez *in l. 15. tit. 5. part. 5. gloss. verb. son del Rey*, Mexia, Gutierrez, Azeuedo & Peregrinus, quos refert Oterus *de iure pascendi, cap. 9. num. 19. & cap. 30. num. 2.* & ideo etiam si ex rescripto regio, & beneficio populo à Principe termini assignati, adhuc nihil ex illis poterit alienare populus, aut grauamini, vel obligationi census subiicere, sine Regis permisso & licentia, vt probatur expresse *l. 1. tit. 7. lib. 7. Recop.* Auendaño iunior *de censibus, cap. 68. per totum*, maxime *num. 3.* qui pro hac sententia refert Auilesium, Rodericum, Gregorium Lopezium, Bobadillam, & Azeuedum, Oterus *d. cap. 1. 1. num. 8.*

8 Ex quo prouenit, cum hæc potestas disponendi terminorum & finium populorum pertineat ad Principem quamuis ipse semel assignauerit terminos populo, possit postea mutare, restringere, vel ampliare, spectet ad Principem quasi vt Reipublicæ parentem, de illis, quæ ad ipsam conducunt, disponere: nam, vt tradit Seneca *lib. 1. de Clementia, §. 10. & §. 14.* agens de officio Principis, ibi: *Quod ergo officium eius est, quod bonorum parentum.* Et paulo post: *Hoc quod parenti etiam Principi faciendum est,* & probauit *l. nam 3. ff. de offic. Prefect. vigil.* eis verbis: *nam salutem Reipublicæ ueri nulli magis credidit conuenire, nec alium sufficere ei rei, quam Casarem.* Adde *l. prohibitum 5. C. de iure fisci, lib. 10. l. probatorias 9. C. de diuers. officijs, lib. 12.* & ad Principem pertinere assignare, & restringere terminos, constat *l. 1. tit. 12. part. 2. l. 233. styli.* Auendaño *de exequend. mandatis 1. p. c. 4. num. 10. vers. ideo dixi, ex l. in nomine Domini, §. sancimus, Cod. de offic. Prefect. Prator. Africa.* cum Ioanne Fabro, Aretino, Ialone, Hieronymo de Monte, & Mascardo, tradit Oterus *de iure pascendi, c. 27. n. 1.*

9 Cui consequens est, vt quemadmodum potest Princeps mutare pascua, & illis nouam dare formam, ita etiam potest datam reuocare, vt notauit Franciscus de Aretio *conf. 15.* quem refert & sequitur Auendaño *d. cap. 4. num. 6.* vbi agens de donatione generali, vt Princeps solum videatur concedere quod suum est, tradit eis verbis: *Nisi expresse & certa scientia vellet reuocare donationem terminorum, quam ipse fecit, vel antecessores, & dare eam nouo donatario, vel etiam rem ciuitatis, ex causa de qua in l. 2. ad fin. tit. 1. p. 2. nam isto casu bene posset secundum Aretium dicto conf. ibi nisi adiungat.* & Cepoll. *in tractat. de seruit. via, sub*

- num. 36. in conclus. 6. & cum Baldo in l. 1. C. finium regundorum, notat idem Auendañus num. 19. eis verbis, *Vbi dicit standum priuilegiis Papa, si definiat fines antiquos, vel maiores, aut minores antiquis, quia in potestate eius est mutare fines territoriorum, quod facit ad fines & territoria que fuerunt signata in Regnis Granatensis, & Indiarum, ut possit ad libitum ea mutare.* l. 1. C. de metrop. Berito, lib. 11. cap. 1. §. praterea ducatus, de prohibita feudi alienatione per Federicum, Brunus conf. 93. & Curtius consil. 68. & ubi nulla donatio à Principe facta inuenitur, potest, cui voluerit, donare, Auendañus d. c. 4. n. 9. vers. ideo, ibi: *ipse quoque Rex potest donare, cui voluerit, de illis terris, ut l. 234. in legibus styli, ex qua oritur practica, ut in locis, ubi non probatur diuisio, donat hodie Rex.*
- 10 Praterea nullus populus potest acquirere in pascuis ius priuatiuum contra Principem vniuersalem, nisi priuilegio illius, aut præscriptione immemoriali. l. 2. tit. 1. part. 2. Auendañus in dict. cap. 4. num. 4. vers. sequitur. Et quamuis plura iura in pascuis, & terminis publicis excludunt præscriptionem. l. præscriptio. C. de operib. publicis, l. vsucapionem, ff. de vsucap. l. viam publicam, ff. de via publica, l. si qua loca, C. de fundis, & saltibus rei dominica, lib. 11. eis verbis: *in iura sua præscriptione temporis, & noui census præiudiciis in hac causa summonendis, gloss. recepta in l. omnes, C. de præscriptione triginta, & probatur l. 7. tit. 29. part. 3. ibi: Nin dehesa, nin de esido, nin otro lugar, qualquiera de estos, que sea en uso communal del pueblo, de alguna ciudad o villa, o castillo, o de otro lugar, non lo pueda ningun home ganar por tiempo.* Rodericus Suarez allegat. 15.
- 11 Vnde procedit decisio textus in l. fin. ff. de vsucap. & difficultas cum l. si quisquam, ff. de diuersis, & temporal. præscript. quæ aduersari videbantur, & omiſsa distinctione glossæ & antiquorum, ut lex finalis procedat, ne possit acquiri locus publicus, quoad proprietatem. At verò dicit lex si quisquam, permittat acquisitionem vsus, & commoditatis, vide plura, quæ de hac re notarunt relati ab Osvaldo ad Donellum lib. 5. cap. 22. in notatis lit. H. & lat. sime D. Solorzano de iure Indiar. 1. tom. lib. 3. cap. 3. à num. 62. vsque ad num. 70.
- 12 Verumtamen, quamuis præscriptio regulariter non admittatur, non tamen excluditur immemorialis quæ numquam comprehenditur, vel excluditur in regula generali, quæ prohibet præscriptionem, ut ex gloss. in cap. 1. de prohibita feud. alienatione per Federicum. l. vsus aquæ, iuncta gloss. C. de aqua ductu, lib. 11. l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopilat. l. comperit. C. de præscriptione triginta, vel quadraginta annorum. ex Iafone, Parisio, Tiraquello, Burgos de Paz, Ceuallos, & aliis probauit Oterus de iure pascendi, cap. 17. num. 3. vsque n. 11. nisi expressè, & specificè prohibeatur immemorialis, ut in vestigalium, vulgò *Alcaualas*, acquisitione in l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopilar.
- 13 Quod etſi absque difficultate procederet, tamen nunquam posset in hoc casu præscriptio contra Regem admitti: nam id quod est populos frui pascuis, quæ dicuntur *valdios*, vel de *Realengo*, procedit ex permissione, & tolerantia Principis, ut notarunt supra relati, & Oterus de iure pascendi. c. 11. n. 9. & vsus in eis, quæ à Rege concedenda, præsumitur facultatiuus, nisi titulus ab illo concessus exhibeatur, ut cum Ioan. Garcia, Surdo, Rolando, Sixtino, & aliis notauit D. Castillo de Tertius, cap. 32. n. 5. & in specie pascuorum communitatis vsus illorum à mera facultate Principis procedere probauit Auendañus de exeq. mandatis, cap. 4. num. 28. vers. si verò, ibi: *isto casu propter communionem, quam in re videtur habere iure mo-*
- re facultatis, ut notat Paul. de Castro in l. sicut municipij. §. 1. ff. quod cuiusque vniuersitat. nomine.*
- 14 Vnde ex vsu qui mera facultate procedit, non potest caulari præscriptio, quæ omnino debet incipere in his casibus à prohibitione, gloss. in l. qui luminibus. ff. de seruitut. urbanor. prædior. Felinus in cap. cum accessissent, num. 27. de constit. Rolando à Valle volum. 26. consil. 21. num. 13. 14. & 15. Ioannes Garcia de nobilit. gloss. 35. num. 55. Surdus consil. 127. num. 23. & 24. & in possessione, & vsu, qui ex mera facultate procedunt non posse etiam immemorialem præscriptionem procedere, cum Bartolo, Ripa, Castrensi, Crauetta, Panormitano, D. Couarr. & duabus Doctorum paginis probauit D. Castillo d. c. 2. n. 2.
- 15 Sed etiam circa præscriptionem notandum, in pascuis, & aliis rebus publicis, iuxta multorum opinionem, non posse procedere; quia hæc præscribi non possunt, ut sup: à animaduertimus num. 10. & quando lex prohibet præscriptionem, nihil prodest etiam immemorialis; quia illa non valet purgare vitium prohibitionis iuris, ut notatur in l. ubi lex. ff. de vsucapion. & cum Panormitano, Butrio, Anania, Felino, Platea, Luca de P. n. 1, Bartolo, Baldo, Cyno, Saliceto, & aliis pluribus comprobatur Oterus de iure pascendi, cap. 17. num. 11. vsque num. 16. & conuenit, quod tradit Auendañus 1. part. de exequend. mandatis, cap. 4. num. 21. ibi: *quinimò, etiamsi res aliqua steterit communis per tempus immemorabile, non tamen præscribitur, quin fiat diuisio.*
- 16 Nec prædicta turbare poterit rescriptum antiquum regium, quo iubetur ad communitatem pascuorum illius territorij esse admittendum oppidum, cui hodie pascua prohibentur, ex venditione facta alteri oppido pascuorum sui termini, quia nullo iure magis filci Regis ius fulcitur, quam ex prædicto priuilegio, aut rescripto Principis; quia in eo nihil de nouo conceditur, sed expressè solum conseruat in vsu, quem tunc habebat pascuorum, cum eisdem qualitatibus, ut constat ibi: *segun vsauades con ellos.* Et iterum ibi: *segun o vistes ellos.* Et verbum *secundum*, nihil addit concessioni, nec de nouo procedit, imò restringit, & limitat pascua ad vsus & modum pascendi, qui antea erat. Decius conf. 191. num. 1. & conf. 360. num. 5. Ruin. vol. 5. conf. 61. num. 36. Gratian. volum. 1. conf. 102. num. 20. & volum. 2. conf. 26. cum Socino, Surdo, Menochio, Cenedo, & aliis, August. Barboſa dict. 358. num. 1. & 2.
- 17 Tum, quia cum antiquum priuilegium sit à tempore Regum Catholicorum, à nullo ex quinque Regibus, qui postea regnarunt, confirmatum fuit, & ideo vim habere non potest, ut regali noceat Patrimonio, iuxta l. 1. tit. 18. lib. 9. Recop. ex qua notarunt nostri regni Doctores, & addendus Azeuedus in l. 7. tit. 1. lib. 6. Recopilation. ubi agit de confirmatione priuilegij, & declaratione à Rege facienda. Vide plura quæ notauimus de confirmatione allegatione 63. per totam.
- 18 Sed etiam quamuis confirmatio ab omnibus Regibus prædecessoribus, & à nostro Rege procederet, non poterat iuri regio nocere, quia nunquam contra se ipsum Princeps confirmat, nisi aperte exprimat, cum semper in omnibus dispositionibus videatur excepta persona loquentis, & confirmantis, ex l. inquisitio. C. de solutio. cum ibi notatis, & tradiderunt omnes Doctores communiter, per textum ibi.
- 19 Adeò, ut quamuis Princeps non esset, qui priuilegium dedit, sed peteret à Pontifice, ut alicui illud concederet; non tamen videtur inde remittere ius, quod in ea re Princeps haberet, quia ex nulla clausula, etiam gene

generalis, & exuberanti, videtur præiudicium inferri iuri regali, aut ex generali dispositione derogari ius Principis, nisi ille expressè remittat. vt ex *decis. 9. de Grafsis ad tit. de restitut. spoliat. Gonzalez regul. 8. Cancellaria, gloss. 9. §. 2. num. 35. & gloss. 24. n. 154. & 155. Balbo de præscript. 3. p. 5. p. princ. quest. 8. Boërius. Auendañus, Parisius, & alij plures, quos retuli 1. p. allegat. 5. 8. per tot. cum in regalis Patrimonij Senatu defendi, & obtinui, etiam si Rex peteret à Pontifice, vt concederet exemptionem soluendi decimas alicui Religioni, tamen priuilegio concessio non amittere Regem ius Tertiarum, quod ipsi competeat ex eisdem decimis, nisi expressè Princeps Tertias remitteret.*

20 Ex quo cum ad ius Regis pertineat vsus, quem populi habent, pascuorum communium esse precarium, quo subditi vtuntur ex Regis permissione, ad quem in proprietate spectant, potest Princeps, cum ipsi placuerit, reuocare, ex l. 1. per text. ibi. ff. de precario. cap. 1. & finalis de precariis. Felin. cap. ex parte, de rescript. cum Nauarro, Achille de Grafsis, Lara, Valasco, Lancelloto, Lara, & Ludouic. Gomezio, ego notauit 1. part. allegation. fiscal. allegat. 5. num. 19.

21 Ex quo in nostro regno admissum, & obtentum fuit, me causam fiscale defendente in Senatu regalis Patrimonij, iurisdictionem ordinariam, qua populi vtuntur in electione iudicum ordinariorum, quos dicimus *Alcaldes ordinarios*, posse à Principe donari, & vendi, etiam in oppidis Baronum, quando expressè cum territorio illis non concessa, quippe cum hæc iurisdictione nomine Regis, & ex illius permissione vtantur populi, semper ex eius nutu & voluntate pendet, vt late probaui supra hæc 2. p. allegat. 70. per tot. & inde processit praxis donationis, aut venditionis iurisdictionis, quam diximus de *tolerancia*, quæ à Rege facta fuit. Nam cum sine pascuis, vel iurisdictione populi vsi fuerint nomine Regis, videntur, dum Princeps tolerat, & permittit, administrare, quo casu cum iure proprio non possideant, nullo modo poterit præscriptio causari, & dum possederint eo modo, tanto magis ius regalis Patrimonij ostendunt, & conseruat, argumento eius, quod communiter notatur per text. ibi. in l. quod meo. ff. de acquir. possess. & quod ex Surdo, Gratiano, Socino iuniori, Pinello, & aliis in terminis probaui D. Castillo de Tertis, cap. 38. per tot.

22 Et inde magis præscriptio excludenda, quia exhibetur titulus Regis Ildelfonsi, quo solum permittitur vsus pascuorum in communitate, idque vt supra animaduertimus, solum referatur ad permissionem, & facultatem Principis, illo titulo excluditur præscriptio etiam immemorialis, & vltra illum nullo modo potest possideri, & in mala fide constituitur possidens extra titulum, vt ex Antonio Gabriele, Peregrino, Carolo Ruino, Riminaldo, Honded. Gratiano, Tuscho, & aliis pluribus notauit D. Castillo de Tertis, c. 26. n. 34. & quando constat de titulo exclusiuo præscriptionis, nullo modo potest procedere, vt notatur in cap. dudum, de decimis. Alciat. lib. 5. cons. 18. num. 13. & 14. Parisius vol. 1. consil. 14. num. 8. Crauetta de antiquitat. tempor. 4. part. sect. absolutis, num. 60. Olfacus decis. 101. à n. 37. Caballinus milleloquio 419. part. 1. num. 10. & procedit consilium, quod aduocatis ex Ioanne de Milis, Butrio, Parisio, Meña, & aliis suadet D. Molina lib. 2. de Hispan. primogen. cap. 6. num. 5. vt quando ex sola temporis antiquitate causam defendere possunt, nullo modo producant titulos, ne ex eorum vitio, seu defectu solemnitatis, virtus etiam immemorialis præsumptionis eludatur.

23 Sed tamen idem Molin. cordatus & pius num. 76. declarat, quando titulus non omnino iniustam, aut

improbam causam producentis faciat, sed solum incertam & dubiam causam efficiat, quia cum aliquis ex sola immemoriali præscriptione ius suam tueretur, non tenetur titulum in iudicio exhibere, cum immemorialis titulum supponat: sed quando titulus non solum causam dubiam ostenderet, vel difficilem, sed iniustam omnino, tunc debet Aduocatus clienti consulere liti cedat, aut instrumentum in iudicio exhibeat, vel aliter propriam conscientiam exoneret; quia sine eius discrimine consulere non potest, vt instrumentum illud non ostendat, vel litem amplius prosequatur, vt doctè & piè considerat, & tradit D. Molin. d. n. 76.

Sed quamuis prædicta non procederent, vt Rex 24 possit ex sua potestate terminos pascuorum diuidere, & limitare, adhuc etsi hoc dubium esset, tamen populum cogere, vt cum aliis sit in communitate pascuorum, quando, vt in hoc casu, commodè diuidi possunt, admittendum non est, argumento l. fin. C. commun. diuid. l. inter omnes. C. de prædis minorum. l. si non forsan. §. si centum. ff. de condict. indebiti, cum Bartolo, Baldo, Iafone, Cepolla, Segura, Balbo, & Rebuffo probaui Auendañ. d. cap. 4. num. 20. adducens consilium 60. Aymonis Crauetta vol. 1. vt quamuis pascua per tempus immemorabile sint communia, tamen contra illorum diuisionem præscribi non potest, & Cornei consilium 48. vol. 3. vt non valeat inter oppida pactum, vt remaneant perpetuò in communitate pascuorum: nam si oppidum valde vicinis augetur, aliud verò decreveret, iniqua esset inter vtrumque æqualitas pascuorum, & iuste posset Rex in quolibet oppido ad suos terminos pascua limitare, quia possent vicini, qui egent pascuis sui territorij, dicere quod virgines prudentes apud D. Matth. cap. 25. in Euangelio: *ne forte vobis non sufficiat, & nobis.* & cum Panormitan. Imola, Matthæo de Afflictis, Rocho de Curte, Cepolla, & D. Couarr. in terminis probaui Auendañ. d. cap. 4. num. 21. vers. imò.

Et licet esset priuilegium, quod concederet pascuorum 25 communitatem, cum inciperet esse nociuum, esset rescindendum, ex cap. suggestum, de decimis, cap. quanto 16. de censibus, l. 5. tit. 20. part. 1. Pinellus in l. 2. Cod. de rescindend. 2. part. cap. 1. num. 27. Roland. lib. 3. consil. 3. num. 19. Gaspard Roderic. lib. 1. de annuis redditibus, quest. 12. num. 9. Auendañ. de censib. c. 46. num. 6. & 7.

Et magis procedit, si consideras ex actis constare oppidum idem, quod repugnat concessioem Principis, & pascuorum limitationem etiam obtinuisse in suo territorio in pluribus municipiis eandem pascuorum prohibitionem, quam dicimus *acorar*, & ideo valde iniquum est, vt quod pro se obtinuit in altero oppido, nunc impugnet, & resistat, contra verba IC. in l. Pomponius, ff. de negot. gestis, ibi: *quia reprobare non possum, quod semel probo.* & in oppido vicino contradicere, quod pro se oppidum petiit, & admisit, & velle frui pascuis aliorum terminorum præextu communionis, & sui territorij pascuis priuatiuè frui, quæ est societas leonina à iure improbata. l. si non fuerit. §. Aristo. ff. pro socio, ex D. Couarr. Deciano, Gaillio, & aliis probaui D. Solorzan. 2. tom. de iur. Indiar. lib. 1. c. 4. num. 21. 22. & seq.


Nec inuare poteris exceptio rei iudicatæ, quæ ex 27 parte oppidi, quod resistit venditionem à Rege factam, opponeretur in Cancellaria Granatensi per sententiam latam, ex qua pascuorum communitas probatur; quia dum Regis permissio, & facultas duraret, rectè prædicta exceptio procederet; tamen à Rege permissio reuocata, & facta prædicta venditione, non poterit locum habere res iudicata, ex notatis in l. cum queritur, ff. de except. rei iud. & quæ de nouo emet

emergunt, non indigent auxilio. *l. de etate, §. ex causa ff. de interrog. act.* & semper res iudicata intelligitur, rebus sic stantibus, *Olalcius decis. 91. num. 2. & 3. Menoch. conf. 156. num. 5. Socinus vol. 4. conf. 123. Tiraquell. tract. Cessante causa, num. 125. pluribus Barbosa claus. 129. aded, vt quamuis esset contractus inter ista oppida, vt semper essent in communione pascuorum, nec ab ea possent recedere; quia conuentio accipienda rebus sic stantibus, posset ex nouo titulo oppidum, quod titulum & concessionem à Rege obtinuit, à contractu resilire.*

28 Tum, quia cum ad ius Regis pertineat permittere, concedere, & restringere pascuorum communionem, vt vsus, non potest res iudicata causari, dum cum Regio fiscali causa nõ discussa, & ideo iudicium inter oppida agitarum regali Patrimonio nocere non potest, ex vulgari *l. cum queritur, cum duabus sequentibus, ff. de exceptione rei iudicata. Surdus consil. 114. n. 11. Fabius de Anna consil. 17. num. 1. & consil. 59. num. 1. Lanarius consil. 69. num. 29. Giurba decis. 20. num. 1. Gratian. 3. tom. disceptation. cap. 445. num. 11. Franchis decis. 289. pluribus D. Castillo 5. tom. controu. c. 104. num. 25.*

29 Denique, quia cum omnia prædicta pro iure regio procedant, & in pascuis totius Regni habet præsumptionem pro se, & fundatam intentionem, vt supra animaduertimus, ex *D. Couarr. lib. 1. var. cap. 17. n. 7. qui pluribus probat, tradit Auend. d. cap. 4. num. 7. vers. si verò, non debet fiscus in hoc casu in eo quod ipsi competit, & pro se præsumptionem habet, litigare spoliatus, Rebuff. 3. tom. ad ll. Gallicus, tit. de maternis possessorib. art. 2. gloss. 2. num. 26. & 28. cum Menochio, Aloysio de Leo, Guidone Papæ, Francisco Marc. D. Couarrun. Roland. à Valle, Palacio Rub. & D. Solorzano, ego notauit 1. part. allegat. fiscal. allegat. 5. num. 15.*

30 Maximè cum in iure nostro Hispano ius competat populis, vt in suis terminis pascua restituantur, ex *l. Toleti, quæ est l. 3. tit. 7. Recop. & quamuis oppidum, quod se in communione conseruare intendit, id pro se adduceret, vt executio fieret sine appellatione, & restitutio communitatis pascuorum; tamen opposito iure fisci cessat executio prædicta, vt notauit Auend. d. 1. part. de exeq. mandat. cap. 4. num. 17. eis verbis: itaque quando agitur contra fiscum, vel Ecclesiam, aut Ecclesiasticas personas, ab ista sententia expressa admittitur appellatio, quæ in dubio venit admittenda, vt per gloss. in *l. qui restituere, ff. de rei vind. & in l. 13. tit. 23. partit. 3. vnde multo minùs executio fieri debet contra fiscum, cum in hoc casu non sit ad pascua propria, sed ad communitatem alienorum.**



ALLEGATIO CX.

Dehesas de pascuis publicis, vt fiant, & concedere, vel donare terras communes, domini vasallorum non possunt in suo territorio.

1 Domini vasallorum in sua iurisdictione habentur, vt Praetores perpetui, & Praesides in suis Prouinciis Romanorum tempore. Praesides Prouinciarum solebant de bonis publicis donationes facere,

- l. fin. C. de vendendis rebus ciuitatis.*
- 2 Regis solum est concessionem terrarum facere in suis Regnis, & dehesas constituere. *l. 11. tit. 7. lib. 7. Recopil.*
- 3 Pascua conseruari publicè interest. *l. illud. ff. ad l. Aquiliam.*
- 4 Domini vasallorum in sua iurisdictione nihil possunt donare de bonis communibus sine Regis facultate.
- 5 Forma non seruata actus est nullus. *l. cum hi, §. si Praetor. ff. de transact. l. 1. C. de prædiis Decurionum, lib. 100.*
- 6 *l. probatorias 9. C. de diuers. offic. lib. 12.*
- 7 Verba geminata denotant mixtam voluntatem. *l. Balista ff. ad SC. Trebell.*
- 8 Dehesas dicuntur quasi defensas, quia à vicinis defenditur ius pascendi. *l. 8. tit. 3. p. 7. l. Sabinus. ff. comm. diuid. l. locum 17 §. 1. ff. de usufructu. l. si usufructus, §. rescripto, ff. de aqua pluuiarum arcenda. l. si domus, ff. de seruit. urbanor. & n. 10. l. si hoc loco, ff. si seruitus vindicetur.*
- 9 Pastus non potest limitari in præiudicium eorum, quibus competit.
- 10 Seruitus pactum non potest limitari inuito eo cui debetur. *l. si eo loco, ff. si seruitus vindicetur. l. si quid pars, C. de seruitutibus.*
- 11 Dominis vasallorum non licet formam pastus mutare, nec facere defensas.
- 12 *l. 13. & 14. tit. 7. lib. 7. Recopilat. & num. 13. & 14.*
- 13 Res debet dare iudices ad inquirendum de occupatione terminorum. *l. 5. tit. 17. p. 3.*
- 14 Regi solum competit facere defensas, & numero 15.
- 15 Regis proprium est terminorum assignatio.
- 16 Rex non debet dominis vasallorum concedere facere defensas in damnum vicinorum.
- 17 Pascua immutare, etiam si omnes vicini consentiant sine Regis permissu. *l. 9. tit. 28. p. 3. & n. 18. l. 1. tit. 7. lib. 7. Recopil.*
- 18 Præsumptio iuris est vt competat vicinis alicuius oppidi pascendi ius in suis terminis. *l. in tantum, §. vniuersitatis, ff. de rerum diuisione. l. de sacra, §. intramaceriem, ff. de contrahend. empt.*
- 19 *c. cum venissent, de institutionibus. c. cum Ecclesia Surina, de causa possession. & proprietat. c. cum persona, de privilegiis, lib. 6.*
- 20 Popularis actio competit cuilibet de populo pro pascuis. *l. 1. & titulus ff. de popular. act. l. cum qui, §. in popularibus, de iur. iur. l. restatrix, §. 1. ff. si seruitus vindicetur.*
- 21 Seruitia vt soluantur Regi sine eius licentia, defensae temporales quas dicimus atajados, fieri non possunt.
- 22 Princeps ex suprema potestate habet dominium generale in terminis sui Regni. *l. si qua loca, C. de fundis & saltibus rei dominice, lib. 11. l. 1. tit. 11. p. 2. Praxis Hispania, vt denuntietur possessoribus terminis,*

- terminorum publicorum exhibeant titulos, quos à Regibus habent, aliàs non exhibitis Regi applicantur.
- 23 Domini territorij non possunt pascua ad culturam reducere sine Regis permissu.
- 24 Pastus ad culturam reduci non possunt sine legum derogatione, qua non permissu domini territorij. c. cum inferior, de maiorit. & obed.
- 25 Regalibus à Principe concessis salùm dantur illa, qua conueniant recognoscenti superiorem. Rex nullo modo potest à se abdicare illa qua signum suprema potestatis.
- 26 Iurisdictione à Rege concessa, non videtur concedi quod concernit regiam iurisdictionem.
- 27 Conciliis Populorum à Rege prohibetur pascua mutare.
- 28 Iurisdictione terminorum multum differt ab eorum dominio.
- 29 Domini vasallorum, licet fundatam intentionem habeant in iurisdictione contra vasallos, non verò contra Regem. l. ultim. ad fin. ff. de eo quod metus causa. l. si extraneus, vers. nisi forte. ff. de condit. causa data.
- 30 Dominis vasallorum etiam in terris solariis non licet pascuorum culturam adhibere ex sola voluntate, & n. 31.
- 31 Dominium habentibus terra non permissum eas ceruidas colere sine Regis licentia.
- 32 Prescriptio immemorialis habet vim tituli, & concessionis. l. 3. §. ductus aqua ff. de aqua quot. Prescriptio contra Regem eius scientiam requirit.
- 33 Prescriptio immemorialis, que supponit titulum, procedere non valet, ubi titulus esse non potest. l. cum seruus 39. aliàs apud Iulianum. §. constat. ff. de legat.
- 34 Priuilegio quod adquiri non potest, nec prescriptione immemoriali. Pascua ad bonum publicum spectant. Priuilegia contra bonum publicum non valent. l. fin. C. de offic. Magistri milit. l. humilioribus. C. de susceptoribus, lib. 10. c. cum contingat, de foro compet. l. 2. C. de priuilegiis Scholastic. l. prescriptio 5. C. de operibus publicis.

An domini vasallorum possint in terris sua iurisdictionis concedere facultatem, ut terra que pastus fuerint, ad culturam reducantur, vel ad id de illis que dicuntur valdios donationes facere, aut disponere, ut pascuis publicis in aliqua parte fiant dehesas, ad explicationem l. 11. tit. 7. lib. 7. Recop.



T posse dominos vasallorum donare bona publica, tenuerunt Auend. de exequend. mandat. cap. 11. num. 24. Mexia ad legem Toleti 2. fundamento 9. partis, num. 48. & 49. quos sequitur D. Castillo de usufructu, c. 54. n. 56. & 57. quorum fundamentum illud est, quasi antiquitus dari solerent ista permissiones à Præsidibus Prouinciarum.

l. fin. C. de vendendis rebus ciuitatis, lib. 11. & domini vasallorum in sua iurisdictione loco Præsidis habentur, ut notant Bartol. Iafon, & Doctores in l. stipulationum, §. fin. de verbor. obligat. & velut Prætores perpetui, aut Præsides eius iurisdictionis, existimantur domini vasallorum, ut notauit Mastrillus lib. 4. de Magistratibus c. 17. n. 11. & 50.

Sed tamen verius est, id solum Regibus esse permissum, nec dominis vasallorum licere, ut constat l. 11. tit. 7. lib. 7. Recop. vbi aperte prohibetur id fieri sine permissu regio, & cum proferatur generaliter ad omnes vrbes & villas Regni, & earum territorium, ut constat ibi, Ciudades y villas de nuestros Reynos, quod generaliter omne comprehendere videtur. Et cum æquè id respiciat oppida, in quibus domini vasallorum iurisdictionem habent, idem in eis dicendum est.

Præsertim, quia id prohibetur à Principe propter damnum quod generaliter & publicum euenire potest, ex eo quod vel loca publica donentur, vel pastus interuertatur ex cultura, quæ ratio, quod generaliter respiciat totius Regni statum & conseruationem, similiter procedit in locis, qui subiacent iurisdictioni dominorum, ac perinde eadem debet considerari dispositio, arg. l. illud, ff. ad l. Aquiliam.

Et ideo dominis vasallorum id non permitti in terminis, tenuerunt Bobadilla lib. 2. Polit. cap. 16. n. 153. & lib. 3. cap. 8. num. 82. Azeuedo in d. l. 11. num. 5. Gutierrez lib. 4. Practicar. q. 60. num. 6. & contra Auendañum, & Mexiam defendit Zuñillos 3. tom. commun. q. 749. num. 35. & seqq. non posse dominos vasallorum aliquid alienare, vel disponere de bonis communibus, sine Regis facultate.

Deinde, quia id tanquam forma necessaria ad rerum publicaram alienationem in d. l. 11. requiritur, ut notauit Castillo d. cap. 54. num. 30. & quoties aliquid pro forma requiritur, actus nullus est, nisi forma ad vinguem obseruetur l. cum hi, §. si Prætor. ff. de transact. cum vulgat. l. 1. C. de prædiis Decurionum, lib. 10. adducti à Tiraquello de retract. lignagier. §. 1. gloss. num. 111. & 112. Cacherano dicit. Pedemont. 165. n. 18. Cencius de censibus 2. part. cap. 1. art. 6. num. 12. Farinac. in fragmentis, verb. lex, num. 203. Gutier. lib. 2. canonicar. c. 15. n. 110. Matienzo in l. 2. tit. 3. gloss. 1. num. 13. lib. 5. Recop.

Et merito Princeps id pro forma constituit, nam cum ad bonum publicum spectet, ut prædiximus, pascua publica conseruari, ad eius curam spectat, quia pater Reipublicæ Princeps dicitur, ut tradit Seneca de Clementia, lib. 1. cap. 10. & cap. 14. & facit l. 3. ff. de offic. Præfecti vigiliam, ibi: Nam salutem Reipublicæ iueri nulli magis credidit conuenire, nec alium sufficere ei rei, quam Casarem. Adde l. prohibitum 5. Cod. de iure fisci, lib. 10. l. Probatorias 9. C. de diuersis officiis, lib. 12.

Vtteriùs, nam valde enixè, & verbis geminatis alienationem bonorum publicorum prohibet dicta lex 11. ibi: No puedan dar tierras algunas sin proceder licencia nuestra, ni valgan las dadas en que no huuiere interuenido nuestra licencia. quæ verba geminata enixam voluntatem inducere videntur ex his, quæ adducunt DD. in l. Balista, per textum ibi, ff. ad Trebellianum. cum notatis à Matienzo in l. 11. tit. 8. gloss. 3. num. 3. lib. 5. Recop. pluribus Barbosa de axion matibus, verb. actus, cap. 2. num. 14. & verb. Geminatio, num. 105.

Vtteriùs, quod attinet, an permittatur dominis vasallorum concedere facultatem faciendi dehesas, quæ apud nos ita dicuntur, quasi defensas, quia à vicis vicinis defenditur ius pascendi, quod aliàs haberent, &

& ita ex l. 8. tit. 3. part. 7. etymologiam tradit D. Sebastianus Couarr. in *Thefauro lingua Castellæ*, verb. *dehefas*, & veriore hanc verbi originem cenfeo, quã Arabicum esse verbum, vt ex Didaco Vrræa refert, vel Hebræum, & non licere facere *dehefas acotadas* dominis vasallorum in terris suæ iurisdictionis, suadet, quia certum est semelius pascendi à populo adquisitionem, non posse in eius præiudicium & vicinorum immutari, vt arg. l. *Sabinus*. ff. *comm. diuidun.* l. *locum* 17 §. 1. ff. *de usufructu*. l. *si usufructus*. §. *rescripto*. ff. *de aqua pluuiæ arcenda*. l. *si domus*. de *seruitut. urbanorum*. l. *si hoc loco*. ff. *si seruitus vindicetur*.

9 Vnde in præiudicium eorum, quibus competit, pascus non potest limitari, quod dicimus *acotar*, vel facere *dehefas*. Socinus in l. *serui electione*. §. 1. ff. *de legat. 1.* Roderic. *Suar. allegat.* 15. num. 10. *Cepolla de seruit. rustic. prædior.* cap. 91. de *seruitut. iur. pascendi*, num. 59. D. Couarr. *Præctiar.* c. 37. n. 6. & 7. *Sesse 1. p. decis.* 74. n. 20. & 47.

10 Quod etiam procedit, etsi pascua communia non sint, sed solum sit constituta seruitus pascendi in alieno territorio: nam ex eo quod facit *dehefa*, limitantur, & impediuntur pascua, vt ex l. *si domus*, ff. *de seruitut. urbanorum*. l. *si eo loco*, ff. *si seruitus vindicetur*. l. *si quid pars*. C. *de seruitut.* tenuerunt Socinus *lib. 1. conf.* 105. *Crauetta consil.* 4. num. 4. *Suar. vbi proximè*. D. Couarruuias *lib. 1. variarum*, c. 17. n. 12.

11 Et magis in terminis dominos vasallorum non posse mutare formam, & modum pascendi, probauit Hondedeus *vol. 2. consil.* 34. num. 6. 31. & 32. & facere *dehefas*, & limitare pascua, esse de Regalibus, & reseruatam supremæ potestati, Auendañus, quamuis dominis vasallorum, vt illorum iudex plura concesserit, id tamen solum Regi competere, notauit *1. part. de exequend. mandat. cap.* 4. num. 24. eis verbis. *Et ideo non licet etiam in propriis fundis facere defensas, quas vulgò prados acotados, appellamus, vt notat Matthæus in constitut. regni Sicilia lib. 1. rubr. 55. num. 8. loquendo in dominis vasallorum facientibus defensas inuitis subditis, & iure huius Regni, est textus in pragmatica Granate, filio antiquioris impressionis* 148.

12 Et idem Auendañus eadem *1. part. cap.* 12. num. 44. nota verba ibi: *Redeundo igitur ad propriam materiam promissam in principio huius capituli dico, quod domini vasallorum, nec suos fundos, nec terminos rotundos, vt sic dicam, possunt facere defensas, & hoc colligitur ex pragmatica huius Regni condita en el Real de la Vega anno 1503. & in ciuitate Cordubensi folio nubi pragmaticarum 63. & ibidem reprobat quædam ordinatio ciuitatis Abulensis in contrarium facta, quæ est l. 13. & 14. tit. 7. lib. 7. Recap. vbi expressè deciditur sine Regis facultate non posse etiam in propriis fundis pascuum communem restringi, & prohiberi, & ibidem tradit hoc procedere etiam si ex voluntate, & consensu vniuersitatis hoc facere domini intenderint, quia solum possunt domini, quod permittitur Rectoribus populorum, quibus id non licet sine Regis facultate, & pascus communis non potest ab eis prohiberi vicinis, vt probauit Bertrandus 3. conf. 1.*

13 Sed & idem Auendañus *d. cap.* 4. num. 24. tradit eis verbis: *Item nota quod facillimè debet Dominus Rex concedere iudices ad inquirendum de occupatione terminorum, vt l. 5. tit. 17. p. 3. maxime contra facientes defensas, aut prata, quæ vulgò dicuntur, prados acotados: nam siue in pascuis publicis totius termini, siue in terris aratis, non licet hoc facere: nam sublato fructu licet depascere in terris alienis, quorum fructus naturales omnium sunt, vt notat Ioannes Faber in princ. Instit. de l. *Fusa Caninia tollend. quem sequitur Cassaneus in consuetudin. Burgundia, in glossa quelque, num. 2. in**

§. 2. & quod vtilitas huius pascus sublato fructu sit communis in terris, quæ vallate non sunt pro vineis, vel oliuetis, notat loquendo in terminis Rodericus *Suar. in allegat.* 15. & in Regno Granateni est l. 13. tit. 7. lib. 7. *Recopil.*

Ex quo fluit ratio, quare dominis vasallorum non permittatur facere *dehefas*, sed solum Regi reseruetur: nam cum à communi pascendi iure illud quod limitatur, & *dehefa acotada* includitur, eximatur, non licet domino vasallorum pascus vtilitatè subditis auferre, sed solum Regi, ex cuius permissione pascuis publicis omnes vtuntur, idque solum ex iusta causa, & quæ respiciat incolarum commodum à Rege concedendum, & de Regalibus esse, id concedere tradit D. Couarr. *præctiar. cap.* 37. num. 3. *vers. quidquid sit*, vbi tradit iure nostro regio, ex l. 14. tit. 7. lib. 7. *Recopil.* solum Regi competere facultatem, vt agri, prata, & *dehefas* fiant, & ipsis dominis agrorum non licere, nisi expresse Rex permiserit.

Quod etiam expressius notauit Iosephus *Sesse 1. p. decis.* 74. *Regni Aragonum, num.* 3. ibi: *Nam inter varias species bonorum ad supremos Principes pertinentes, de quibus Couarr. in reg. Possessor. 2. part. §. 2. n. 7. Menoch. conf.* 201. num. 127. due sunt potissima, terminorum assignatio, & *defessiarum* constitutio. & iterum ibi, num. 20. & sic domini inferiores populorum non possunt facere forestias *defessitas* in terminis illorum, quia sic auferrent pascuorum commoditatem, quod facere non possunt absque consensu particularium, & rursus ibi, num. 29. *Quare fateri oportet hanc facultatem constituendi defessias, & eodem modo tollendi ius pascuorum fuisse ab initio nascentis Regni Regibus reseruatam, quando diuiserunt terminos, & eos vniuersitatibus assignarunt in dotem.*

Sed & quod plus est, tradit idem *Sesse d. decis.* 74. num. 47. non solum proprium id Regum esse, sed nec Reges posse id concedere dominis vasallorum, vt *dehefas* faciant in præiudicium vicinorum. Nota verba: *Secundo supponi oportet pro hac opinione, quod dominus Rex de iure non potest concedere alicui domino locorum, seu vniuersitati ius faciendi defessias in præiudicium vicinorum habentium iura commentionata. Quod nulla alia eget probatione, quam ea, quæ desumitur ex successiua praxi supremi Senatus, in quo in locis dominorum, & in omnibus facultas à Rege petitur, & causa discussa, & examinata solum id conceditur, quando omnium vicinorum vtilitas id exposcerit, vt inde eorum præiudicium non impediatur, imò illorum consensus petitur ex actis, quæ dicimus diligencias à conceio abierto.*

Et aded regia facultas desideratur, vt vel limitetur pascus communis, aut aliquid ex iure publico diminuat. Nam in pascuis & reliquis, quæ pertinent ad vsum publicum, de quibus *in l. 9. tit. 28. part. 3. sine Regis permisso, & facultate non licet aliquid immutare. l. 1. l. 1. tit. 7. lib. 7. Recap. & agnoscunt Bartol. Castrensis, & alij antiquiores in l. continuis. §. cum quis, ff. de verb. oblig. Alex. vol. 4. conf. 1. num. 11. Menoch. conf. 726. num. 6. Cabedo 2. decis. 18. Gregor. Lop. in l. 2. tit. 19. part. 2. & in l. 15. tit. 5. p. 5. Auiles in cap. Pratorum 30. gloss. verb. *gracias*, num. 3. Felician. de censib. 1. p. lib. 2. cap. 3. num. 3. Bobadilla lib. 3. polit. cap. 8. num. 81. Auendañus de censib. cap. 68. Rodriguez de annuis redditib. lib. 1. cap. 14. num. 67. Azeuedo ad dict. l. 11. numero 3. vbi tradit procedere etiam si omnes ciues consentirent, nisi Regis licentia procederet, & probarunt Guttier. *præctiar. lib. 4. quest. 60. num. 7. D. Castillo de usufruct. cap. 54. num. 28. cum seq. Zeuallos tom. 3. communium, 9. 749. num. 35.**

18 Et non posse vicinis diminui pastum, vel limitari facta *debesa*, inde suadet, quia pro incolis alicuius oppidi est iuris præsumptio, vt illis competat ius pascendi in suis limitibus, facit *l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. l. 9. tit. 28. p. 3.* vbi Gregor. Lopez in gloss. *son establecidas.* D. Couarr. *practicar. cap. 37. num. 1.* Burgos de Paz in l. 3. *Tauri 1. part. conclus. 3. num. 46.*; Mexia ad l. 3. *Tauri 1. p. fundam. 2. num. 67.* Valascus de iure *emphyteutico, q. 8. num. 42.* Mieres 4. *p. de maiorat. quest. 10. num. 39. 114. & 117.* Azeuedo in l. 3. *tit. 7. lib. 7. Recop.* qui constituunt vniuersitatem fundatam habere intentionem in omnibus commoditatibus, quæ intra suos terminos percipi possunt, & in eis præsumptionem habet domini; & iuris commoditatum & pascui vniuersitas, vt ex *l. ade sacra. §. intra maceriem. ff. de contrahend. emptione*, notant Doctores *ibi*, & alij, quos refert Auendañ. *de exequend. mandatis. 1. p. cap. 4. num. 3.* addendi Castrensis *num. 7.* Socinus senior *num. 22. in l. 1. ff. de acquirend. possess. Ruin. lib. 1. consil. 2. 2. num. 7. & consil. 26. num. 7. & consil. 40. num. 14.* Curtius iunior *consil. 41. num. 9.* Parisius *lib. 1. consil. 15. num. 9.* Socinus iunior *lib. 2. consil. 160. num. 3.* Alciat. *respons. 175. num. 1.* Natta *consil. 470. num. 10.* Gabriel *lib. 1. consil. 9. num. 11.* Surd. *consil. 151. num. 4.* Alciatus de *presumptionib. reg. 2. presumption. 20. n. 2.* Menoch. de *presumptionib. lib. 3. presumption. 100. num. 9. cum seq.* Adde alios plures, quos refert D. Solorzan. *tom. 1. de iur. Indiar. lib. 2. c. 6. n. 91.*

19 Et ideo non est necessarium vniuersitatem probare dominium, aut ius commoditatis & pascui, sed ex præsumptione iuris quam pro se habet, transfert onus probandi in aduersarium, arg. *c. cum venissent, de instit. cap. cum Ecclesia Surina, de causa possess. & propriet. cap. cum persona, de privilegiis, lib. 6. gloss. in l. sicui. §. si queratur. ff. si seruitus vindicetur, & DD. vtrobique, Bald. in l. Titia. ff. solut. matr. & l. non ignorat. C. qui accusare possunt. Otalora, & alij plures, quos refert, & sequitur Ioan. Garcia de nobil. gloss. 8. a. n. 5.*

20 Ex quo permittendum non est domino vasallorum, vt eis possit pascua limitare, & præiudicium inferre, quia pro his commoditatibus cuiuslibet de populo competit actio popularis. *l. 1. & toto titulo, de popular. actio. l. eum qui, §. in popularibus. ff. de iureiurando, l. testatrix. §. 1. ff. si seruitus vindicetur. Castrensis vol. 1. consil. 139.* Gregor. Lop. in l. 26. *tit. 2. part. 3. gloss. verb. e con todas suas perienencias.* Auendañ. de *exquend. mandat. 1. part. cap. 12. num. 2. 3. & 4.* Tiberius Decianus *vol. 4. responsio 52. n. 4.* Roderic. Suar. *all. 26.* & de natura popularium actionum satis tradidimus *1. p. decis. Granatens. 30. per totam.*

21 Et ideo procedit, vt in præiudicium vicinorum non possit dominus populi facere defensas, vt etiam ipsa vniuersitas, cui pascua competunt, non possit illas facere, si in pascuis aliqui habeant communitatem, etiam si ad soluenda seruitia communia Regi, id fiat, nisi licentia Regis præcedat, vt tradit Mexia ad l. *Tolleti 9. p. fundamento 2. n. 65. ibi: Nec ex eisdem agris ad seruitia soluenda partem aliquam certis possunt claudere limitibus, & prohibere pascendi vsu. & statim subdit n. 66. sed nec hac ratione homines plebey in vicinorum ius pasturandi in suo territorio habentium præiudicium, defensas temporales, quas vulgus atajados appellat, vt ex herba locatione regia tributa soluantur, facere possunt.* addendi D. Couarr. *lib. 1. variar. c. 17. num. 11. vers. 11. vers. si Rectoris.* Surd. *vol. 1. consil. 65. num. 11.* & ideo in regiis facultatibus, quæ ad hoc concedunt, semper excipitur, vt praxis, & stylus supremi Senatus ostendit, facultates expediri sine præiudicio eorum, qui commune ius pascendi habent.

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

22 Quæ omnia, vt regia facultas requiratur ad restringendum pastum, inde prouenit, quia Princeps ex summa potestate habet dominium generale in omnibus terminis sui Regni reseruatam circa agros, pascua, montes, & flumina publica, ita vt hoc casu in dubio de *Realengo* censeantur, & tam in possessorii iudiciis, quam petitoriis Princeps habeat fundatam intentionem contra quoslibet alios possessores, qui legitimos titulos non ostenderint, quia ex *l. si qua loca. C. de fundis & saltibus rei dominica, lib. 11.* vbi loca, quæ de *Realengo* dicuntur, à quocumque occupata, esse restituenda, traditur rescriptis per subreptionem impetratis, præscriptione longi temporis summo, quia nec diuturna incubatio, nec precaria possessio regiam proprietatem abolere possunt, & ex *l. 1. tit. 11. part. 2.* Anton. Gabriel, Mascardo, Auendañ, Valasco, Matienzo, Azeuedo, Ioanne Gutierrez, Peregrino, Pereira, Humada, Belluga, Menchaca, D. Couarr. Mieres, Bobadilla, & aliis probauit D. Solorzanus *2. tom. de Indiar. gubernat. lib. 4. cap. unico, num. 85.* ex quo fundatur stylus, & praxis in recuperatione terrarum, quæ dicuntur de *Realengo*, vt denuntietur possessoribus exhibeat titulos & rescripta, quæ à Regibus obtinuerunt ad prædictam possessionem, alias non exhibitis, regali Patrimonio applicentur.

23 Sed etiam ex Socino, Cepolla, Craueta, Surdo, Bertrando & aliis in terminis dominorum territorij, vel termini, vt non possint pascua ad culturam reducere, nec ibi aliquid feminare, vel vites plantare, nec modum mutare pascendi, probauit Oterus de *pascuis cap. 16. num. 2.* qui adducit Auendañ. *1. part. de exquend. mandat. cap. 4. num. 22. vers. & semel adquisito*, vbi ex Romano & Couarr. probat semel adquisito iure pastus in alieno territorio, non posse inuitis eis, qui habent ius pascendi, deterius reddi pastum; ergo multo minus poterit in præiudicium illorum, qui in proprio territorio naturaliter eis pascua competunt, vt incolis cuiusque oppidi in suis terminis: vt quemadmodum non potest pastum immutare, ex sententia Auendañi, multo minus poterit ex terris pastus, quas Baldios dicimus, aliquid priuatis donare.

24 Facit: nam cum legibus nostris prohibeatur, vt terræ incultæ, ne præiudicium pascuis fiat, ad culturam reducantur, necessarium erat, vt id fieret, legum facere derogationem, quæ nullo modo permittitur dominis vasallorum, qui legibus subdunt, *cap. cum inferior, de maiorit. & obedientia*, quia leges seruare tenentur, nec possunt eas concedere, vel abrogare, Molfesius ad *consuetud. Neapolit. 1. p. c. 6. n. 18.* Mastrillus *lib. 4. de Magistrat. cap. 17. n. 57.* relati ab Azeuedo in *rubrica, tit. 1. lib. 1. Recopil. num. 10.*

25 Idem solius Principis est, & quamuis amplissimam concessionem iurisdictionis, & territorij, & aliqua expresserit Regalia, adhuc solum concessa videntur illa, quæ conuenire possunt recognoscenti superiori, iuxta quæ notarunt Bald. in *rubr. de rer. diuis. num. 11.* Rubcus *consil. 59. num. 11.* Barbosa in *l. comperit. n. 170. C. de prescr. triginta, vel quadraginta annorum, C. abedo 2. p. decis. 40. num. 6.* illud verò quod Principi in signum supremæ iurisdictionis reseruat, & velut regali diademati infixum, à regio solio nulla concessione, vel pacto auelli poterit, vt ex Baldo, Oroscio, Castrensi, Angelo, Alexandro, Mandelo, Mastrillo, Parladorio, Marta, Salgado, & aliis pluribus, in terminis legis condendæ, vel abrogandæ, vt à se nulla concessione, vel contractu Princeps abdicare posset, ego notauit *decis. Granatens. 18. num. 14. & 15.*

26 Rursus, quia certum est, etiam si Rex concedat iurisdictionem dominis vasallorum, quantumuis concessio

- cessio amplissima sit, non veniunt in ea, quæ sibi Princeps reservauit, & concernunt supremum dominum, & regiam iurisdictionem, Albericus in *l. fin. C. de iurisd. dict. omnium iudic.* Couar. *præctiar. cap. 4. in principio, & in l. contra publicam. C. de re militari, & in l. 1. C. de priuileg. scholasticor. & in l. 1. C. de veteranis lib. 1.* Fuluius Constantius in *l. unica. C. pœnis fiscalibus credit. præferri, lib. 10. num. 95.* Afflict. & Octavianus relati à Barbosa in *d. l. comperit. n. 166.*
- 27 Et cum Princeps sibi prædictum reservauerit, vt constat *d. l. 1. ibi: Sin preceder licentia nœstra,* & prohibuerit, ne concilia populorum, aut Magistratus possint eam facultatem concedere, videtur nunquam voluisse dominis vasallorum permittere, cum sibi retinuerit Rex velut signum & partem supremæ potestatis, iuxta quod notat Cabedo *ubi proximè n. 8.*
- 27 Vnde excluditur illud quo principaliter mouentur Auendañus & Mexia, vt admitterent opinionem contrariam, quasi domini vasallorum habeant fundatam intentionem etiam contra Regem in terris suæ iurisdictionis, quippe etiam si fundet quoad iurisdictionem qui ab ipso Rege habeat, non tamen quoad dominium territorij, vt notarunt idem Auendañus *d. c. 4. n. 6. vers. ex quo infero, & in d. cap. 12. num. 3.* Mexia *ubi supra 9. part. 2. fundamento, num. 77.* Couar. *præctiar. c. 37. num. 1.* Valascus *de iure emphyteutico q. 8. n. 38. & seqq.* Azevedo in *l. 4. tit. 15. lib. 4. Recopil. n. 55. & seqq.* Mieres *de maiorat. 4. p. q. 20. n. 36. & seqq.* diuersa namque est iurisdictionis à dominio terminorum, Socinus *volum. 3. conf. 95. vol. 8. Oldrado conf. 27.* Bald. in *l. à procuratore. C. mandati.* Couar. *præct. c. 1. n. 10. vers. decima conclusio, & in regul. peccatum 2. part. §. 9. num. 88.* Bobadilla *lib. 2. politic. cap. 2. num. 70.*
- 29 Sed vltra excluditur illud fundamentum: nam etiam quoad iurisdictionem, quamvis domini vasallorum fundent contra ipsos vasallos, & alios quoscumque, non tamen poterunt fundare contra ipsum Regem, cum eis iuris præsumptio resistat, quæ ex priuilegio iurisdictionis sibi à Rege concessæ resultat, vt argumento *l. vltima, in fin. ff. de eo quod metus causa. l. si extraneus, vers. nisi forte. ff. de condict. caus. dat.* ex Fabro, Baldo, Guidone Papa, Auendañus, Matthia Cancerio, Gregorio Lopez, Auila, Bobadilla, Ang. Morla, Afflict. Luca de Peña, Carolo de Grassis, notauit Mastrillus *lib. 3. de Magistrat. cap. 2. n. 14. & 15.*
- 30 Deinde etiam excluditur, quod notauit Mexia *ubi supra num. 48.* & videtur sequi D. Castillus *de cap. 45. n. 57.* Et quamuis aliqui denegauerint prædictam facultatem dominis vasallorum, tenet sine dubitatione, & eam concedunt quoties oppida solaria sunt, de quibus agimus *1. parte allegatione 46.* Nam in eis posse concedere dominos prædictam facultatem, vt loca inculta, quæ pastui deseruiunt, ad culturam reducantur, iuxta sententiam Auendañi, & ita fieri in Catalonia tradit Cancerio *lib. 3. variar. cap. 4. num. 60.* cui adde Auendañ. *de censibus c. 12.* Mieres *de maior. 4. p. q. 20. num. 48.*
- 31 Sed tamen ex prædictis dicendum est, nec in his casibus dominis vasallorum licere in bonis solariis loca inculta, quæ pascuis deseruiunt, ex suo solum permissu & voluntate ad culturam reducere, etiam si propriè illorum & iuris solarij essent terræ totius territorij: nam cum ad bonum publicum pascuorum prohibitio huiusmodi facultatis respiciat, & ideo etiam ipsi domino terræ incultæ, qui directo, & vtili dominio rem possidet, non sit permissum Regibus nostris pascua interuertere, mutare, & ad culturam reducere. Et, vt notauimus, dominos vasallorum sub legibus esse nec eis posse derogare, ideo non poterunt quamuis dominium directum in terri, suæ iurisdictionis iure

solarij obtinerent, contra leges permittere pascua mutari, & terras ad culturam reduci.

Denique similiter ex prædictis excluditur id quo maximè domini vasallorum inuari solent in hoc casu, præscriptio scilicet immemorialis, ex qua prædictam facultatem dari posse ab eis tenuit Auendañ. & Bobadilla *dict. lib. 2. cap. 16. n. 153.* quasi præscriptio immemorialis habeat vim tituli, concessionis, & priuilegij, vt notarunt DD. in *l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æstina.* Iason in *l. si certis annis, limit. 10. C. de pactis,* pluribus Burfatus *lib. 1. consil. 23. n. 19. & seqq.* Boërius *decis. 39.* D. Couar. in *reg. possessor. in principio, num. 9.* Ioann. Garcia *de nobilitate gloss. 12. num. 54. & sequent.* Zuallus *commun. tom. 1. q. 45. n. 4.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 17. n. 30.* D. Ioannes de Solorzano *de iur. Indiar. lib. 3. cap. 3. n. 66.* Nam id facile excluditur vltra quæ alibi notauimus *allegat. 15. num. 26.* ad immemoriam contra Principem esse necessariam scientiam, & patientiam Principis, & in iurisdictione, vt necessariò requiratur tenuerunt Azevedo in *l. 14. num. 8. tit. 1. lib. 4. Recop.* Iason in *l. Barbarius, Philippus n. 52. de officio Pratoris.* Couar. in *reg. possessor. in princip. 2. p. num. 8.* Zuallus *ubi proximè q. 58.* Cenedo *canonic. questio. c. 37. num. 17.* Fachin. *lib. 8. controuers. cap. 23.* & videtur expresse probari *l. 15. tit. 1. lib. 4. Recop.* vbi excluditur consuetudo quæ induxit iurisdictionem, quia fuit sine scientia, & patientia Principis.

Verumtamen, quamuis his qualitatibus, & aliis pluribus, quas requirit immemorialis, probaretur, quod difficile est, adhuc tamen procedere non potest: nam cum eius vis inde proueniat, quia titulus propter eam præsumitur, quando per rerum naturam, vel rei veritatem nunquam potuit contingere titulus, qui erat præsumendus, tunc immemorialis probatio nihil prodest, Barbos. in *rubric. C. de præscript. 30. vel 40. annorum,* ex *num. 494.* Ioan. Garcia *de nobilitate gloss. 12. num. 80.* & præter ea, quæ supra notauimus *num. 13. & 14.* nunquam prædictam facultatem concedere Principem, quia est de Regalibus, quæ reseruat in signum supremæ iurisdictionis, nec posse à Rege auelli, faciunt verba textus in *l. cum seruis 39. alias apud Iulianum 40. §. constat. de legat. 1. ibi: sed ea prædia Cesaris, quæ in formam Patrimonij redacta sunt, si legentur, nec æstimatio eorum debet præstari, quia commercium eorum, nisi iussu Principis, non sit, cum distrabi non soleant.* iunctis quæ adducunt Cuiacius *lib. 10. questionum Papiniani in l. pacta 72. de contrahend. empt.* Conanus *lib. 3. comment. iuris c. 15. num. 6.* Thomas Sanchez *de matrimonio lib. 5. disp. 5. num. 5. & 12.*

Et quod priuilegio non acquiritur, nec præscriptione immemoriali, quæ illud supponit & inter se æquiparantur præscriptio, & priuilegium, gloss. in *cap. nouit. de iudiciis, cap. cum contingat, de foro competent. ibi. ex consuetudine, vel indulgentia.* Alex. *vol. 4. conf. 74.* Balbus *de præscript. 1. p. q. 12. n. 6.* Didacus Perez in *l. 1. gloss. 1. tit. 6. lib. 3. ordinamenti,* Barbosa *axiomat. iuris, verb. consuetudo 56. num. 7.* & cum, vt sæpius notauimus, maximè ad bonum publicum conducat, ne pascua interuertantur, quasi contra illud etiam, si priuilegium concederetur, non valeret. *l. fin. C. de offic. magistr. milit. l. humilioribus. C. de susceptoribus lib. 10. l. 2. C. de priuileg. scholast.* Gironda *de priuilegiis, num. 334. & seqq.* & deficiente priuilegio, aut quando locum habere non potest, nec etiam procedit præscriptio immemorialis. *l. præscriptio 5. Cod. de operibus publicis.*



ALLEGATIO CXI.

Gabella debetur ex locatione fructuum.

- 1 Gabella non debetur nisi ex venditionibus.
l. 1. & 2. tit. 17. lib. 9. Recop.
- 2 Locatio fundo non transit dominium ad conductorem, sed tantum usus.
Venditioni repugnat pactum ne dominium transeat.
l. cum mansueti 80. §. fin. de contrab. empt.
- 3 Locatio est rei, vel opera mercede constituta, concessio ad usum.
l. 1. tit. 8. p. 5.
Princ. Inst. de locat.
- 4 Pactum ut dominium non transeat in venditionem, donec pretium non solvatur, transfert contractum in locationem, vel est venditio conditionalis.
§. vendita. Instit. de rer. diuis.
l. 1. §. si minor, ff. de rebus eorum.
- 5 l. sicut emptio 20. §. interdum, ff. locati.
l. item si pretio 22. ff. locati, & §. cum insulam, n. 6. & n. 30. 33. & 34.
- 6 l. sed addes 19. §. 1. ff. locati. & n. 26. 27. & 28.
- 7 Fructuum in locatione fundi, dominium transit.
Emptionis est dominium transferre.
Princ. Instit. de emptione, & venditione.
- 8 Alienatio omnis emptionis verbo explicatur.
l. statuliberi 29. §. 1. ff. de statuliberis.
Venditio existimatur, quando pro certo pretio res traditur.
- 9 Fœnoris contractus ex abusu pecunie magis ad venditionem, quam locationem refertur.
- 10 l. locatio 2. §. adeo, ff. locati, & n. 30. 32. 34.
- 11 l. si seruus communis 61. §. locati, ff. de furtis, & num. 16.
- 12 Pignus rei sua esse non potest.
l. neque pignus, ff. de regul. iur.
- 13 Fructuum qui sperantur venditio consistit.
l. nec emptio, ff. de contrab. empt.
l. si iustum, ff. de action. empti.
l. Quintus, ff. eodem.
l. si fraudatur, fin. §. fructus, ff. qua in fraud. cred.
l. interdum, ff. de verbor. obligat.
l. 11. tit. 5. p. 5.
- 14 l. cum manu sata. §. sylua cadua, ff. de contrahend. empt.
- 15 Coloni qui dicuntur.
l. liberto 31. ff. de annuis legatis, & n. 29.
- 16 Fructuum locatio magis est eorum venditio.
Emptor fructuum non tenetur stare colono fundi.
l. emptorem, C. de locato.
l. si is 9. ff. de action. empti.
- 17 Rescriptum regium, & conditio millionum explicantur.
- 18 Contractus ex communi usu loquendi interpretandus.
c. cum dilectus, de consuetudine.
l. testatrix 25. §. plures ex municipibus, ff. si seruus vendicetur.
- 19 l. 12. & 13. tit. 17. lib. 9. Recopilation. & numero 31.
l. 9. tit. 18. lib. 9. Recop. & n. 31.

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

- 20 Locatio fundi cum fructibus existentibus pro certo pretio facta venditio fructuum est, quia dominium transfert, & gabella debetur.
- 21 Locatio fructuum qua dominium illorum transit, licet fiat pro annuis solutionibus, ad huc venditio dicenda.
- 22 Locare domum pro certo pretio ad venditionem usus domus referendum.
Gabella soluenda ex Ferreto ex lucro meretricio.
l. idem quoties, ff. de condict. ob turpem causam.
- 23 Colonus dominium fructuum acquirit, ut possit in alium transferre & vendere.
l. adibus, §. 1. ff. de donation.
l. in venditione, in princip. ff. de bonis auct. iudic. possidend.
- 24 Locatio non solet mutare dominium.
l. non solet 42. ff. locati.
- 25 Venditio eo pacto, ut dominium non transeat, nisi soluto pretio, transfert contractum in locationem donec solvatur.
- 26 Venditionis, & locationis nominibus promiscue videntur Iurisconsulti.
l. Sabinus 20. ff. de contrahend. empt. & numero 30.
l. conuenit 65. ff. eodem, & n. 30.
l. veteris, ff. de action. empt.
l. idem est 20. ff. eodem.
§. adeo. Instit. de locatione.
§. item queritur. Inst. eodem.
- 27 l. si pradium. C. de adilitiis actionibus.
l. 63. tit. 5. p. 5.
c. si Papa, de privilegiis, lib. 6.
- 28 Obiter dictum curandum est.
- 29 Locatio ubi dicitur in fundo, cum fructibus non accipiendo respectu fructuum, sed fundi cuius dominium non transfertur.
- 30 Edificium solo cedit.
§. cum in suo solo. Inst. de rer. diuis.
l. final. C. de legibus.
l. Sabinus 20. ff. de contrahend. empt.
- 31 Gabella soluenda ex locatione pastus ad glandes, & herbam.
- 32 Artifices operarij, qui suis expensis domum construxerunt, non debent gabellam, quasi ex locatione, ex sententia Senatus.
l. 1. §. 1. ff. de superficiebus.
- 33 l. redemptores 39. ff. de rei vendicatione.
- 34 Artifices adificiorum privilegio augendi, non grauari.
l. fin. C. de excusation. artific. lib. 10.
Consuetudo plurimum operatur ad solutionem gabellarum.
l. 9. tit. 18. lib. 9. Recop.
l. 2. tit. 22. lib. 9. Recop.
- Conciliatio l. locatio 2. §. idem, cum l. item si pretio 22. §. cum insulam, ff. locati.
- 35 Gabellam debere Monasterium ex regulis, quas per operarios fabricabat, & vendebat, decisum fuit.
- 36 Fructus fundi arena est.
l. diuortio, §. si dir. ff. solut. matr.
l. usufructu legato, ff. de usufruct.
- 37 Ecclesiastici ex venditione rerum suarum gabellam non debent.
c. 1. de immunit. Ecclesiar. lib. 6.
c. quamquam, de censibus lib. 6. & n. 42. & 45.
c. si tributum 3. q. 1.
l. ad instructionem, C. de sacros. Eccles.
l. placet. C. de sacrosanct. Eccles.

- l. 5. tit. 6. p. 1.
l. 6. tit. 17. lib. 9. Recop.
- 38 Monachi qui ex sua lana pannos conficiunt, ex venditione illorum gabellam non debent.
- 39 Salem conficientes Ecclesiastici ex suis puteis falsis vendere possunt, nec solvunt gabellam.
- 40 Ecclesiastici qui vendunt etiam carius quam emerunt, quod eis superesset de illo, quod ad suam, vel suorum sustentationem emerunt, non debent gabellam.
- 41 Negotiatio in Ecclesiastico non dicenda vendere, quod superesset ex rebus, quas sibi emerunt.
- 42 Gabellam solvere debent Ecclesiastici ex rebus, quas ex negotiatione vendiderint.
l. 7. tit. 18. lib. 9. Recop.
- 43 Negotiatio clericis interdicta.
c. fin. de vita & honestate clericor.
c. Predicator. 64. 16. q. 1.
c. Clerici 1. 14. q. 4.
c. negotiator, distinct. 88.
c. eiciens, distinct. 88. & n. 4.
- 44 Negotiatio est consuetudo emendi & vendendi lucri causa.
c. 1. & 2. ne clerici, vel vouentes.
- 45 Clericus non dicitur negotiator, qui semel, aut bis fecerit venditiones.
- 46 Consuetudo successiva vendendi inducit negotiationem.
- 47 Vnas emere, & ex illis vinum facere, & vendere in Ecclesiastico, negotiatio est.

Fundus quando cum fructibus, vel ad partem locatur, an consideretur venditio fructuum, vel locatio ad gabellam solvendam, pro interpretatione l. 12. & l. 13. tit. 17. & l. 9. tit. 18. lib. 9. Recopilat.

Pro huius questionis resolutione notandum est, gabellam non deberi nisi ex venditionibus, ex leg. 1. & 2. tit. 17. lib. 9. Recopilat. ex locatione vero nunquam praestanda, ut notarunt omnes in eis legibus, & cum Ripa tradit Azevedo in leg. decimam tertiam, tit. decimo septimo, libro nono Recopilat. numero primo & secundo, adductis Girona, & Guterio. Et idem merito dubitatur, an isti contractus respiciant venditionem, vel locationem, ut ex eis gabella debeatur.

Et locationem esse suadere videbantur; quia fundi, qui locatur, non transfertur dominium ad conductorem, sed tantum usus, & ideo non potest considerari venditio, in qua proprium est, ut dominium ad emptorem transferatur, si venditor dominus sit; adeo ut contra naturam venditionis existimetur, ne dominium transeat. l. cum manu sata 80. §. fin. ff. de contrahend. empr. & in alium contractum, id est, locationem transfertur. Addendi Baldus in rubrica C. de contrahend. emptio. num. 19. Riminald. princ. Instit. de donation. num. 7. 8. & 32. Anton. Gomez tom. 2. var. 4. num. 22. Afflictis decis. 338. Galganetus de condition. 2. p. c. 1. q. 196. in princ.

Et in eo differt locatio a venditione, quia per locationem non transfertur dominium, sed solum usus rei,

princ. Instit. de locato. l. 1. tit. 8. p. 5. Anton. Gomez 2. tom. var. c. 3. & locatio definitur, conventio ex qua rei, vel operae certa mercede constituta, ad usum concessio fit. D. Picar. princ. instit. de locato, ex Hotomanno, & aliis Morla in emporio, tit. de locato, in praemissis, n. 19. latè Carroc. in tract. de locato, in princ. quest. 1. & in tit. de qualitate prima locationis. Laderchius de Imola consil. 189. num. 1. & 2.

Et quoad hoc, singulare notandum est: nam si in venditione rei apponeretur pactum, ut re tradita emptori, interim quo pretium solueretur, venditor retineret dominium, tunc contractus venditionis transfertur in locationem; quia interim, quod dominium non transit, locatio est, Baldus in rubrica ff. de contrahenda emptione, quest. 13. Afflictis dec. 398. Magonius decis. Florentina 91. num. 8. & decis. 92. num. 12. & sequent. & decis. Lucensi 31. num. 9. & 10. nam cum venditio esse non possit absque eo quod dominium transferatur, si dominus est venditor, debet ab ea remoueri omne quod eius translationem impediatur. Baldus in rubr. C. de contrahend. empr. num. 11. pluribus Galganetus de conditionibus, & demonstrat. 2. p. cap. 1. q. 96. in princ. Menoch. cons. 444. n. 8. & ego notavi 1. part. in decis. Granatensi 42. num. 22. non potest censeretur, sed sub conditione facta, quasi interim quo non acquiritur dominium, complementum non recipiat contractus, & licet pactum reservationis dominij, nisi pretio soluto, non videatur contra naturam venditionis, sed potius ei consonum. §. vendita, Instit. de rerum divisione; tamen quasi sub conditione celebrata venditio censeatur, Sesse decis. 42. num. 13. & hoc pactum valere probarunt Parlad. sexquicentur. definit. 58. §. 2. vbi inde interpretatur l. 1. §. si minor. ff. de rebus eorum. facit quod notauit Gratianus tom. 2. disceptationum, c. 354. num. 55.

Itaque interim quo impletur conditio, & pretium soluitur, si res fuerit apud emptorem, non potest considerari venditio, sed locatio censebitur, quod rectè comprobauit l. sicut emptio 20. §. interdum. ff. locati, ibi: Interdum locator non obligatur, conductor obligatur, veluti cum emptor fundum conducit, donec pretium ei soluat, & facit l. item si pretio 22. in princ. ff. eodem. eis verbis. Item si pretio non soluto inempta res facta sit, tunc ex locato erit actio. & rectè Cuiacius lib. 34. ad edict. Pauli, ex quibus istae leges desumptae, tradit finem d. l. 20. connectendum, vel continuandum cum initio d. l. 22.

Sed probari videtur expressè in l. sed addes. 19. §. 1. ff. locati, eis verbis: Si saltuum partem locasti, in quo herba mala nascebatur, cui consonat l. 14. tit. 8. p. 5. vbi in hoc casu locationem contrahi aperte traditur, & in fortiori casu etiam cum dominium transfertur, adhuc locationem considerari, notauit Iurisconsultus in l. item si pretio 22. §. cum insulam. ff. locati. ibi: Cum insulam adificandam locauero ut sua impensa conductor omnia faciat, proprietatem quidem eorum ad me transfert, & tamen locatio est, locat enim artifex opera sua, id est, faciendi necessitatem. Vnde licet in hoc casu consideretur dominium fructuum transferri, adhuc locatio dicitur, ut non solvatur gabella.

Sed contraria sententia, ut quando fundus ad partem, vel fructus locatur, in eis veram emptionem contrahi, & venditionem, ut gabella debeatur, Iurisrationibus, & expressis decisionibus confirmatur.

Primo, quia cum in hoc casu fructuum, qui conceduntur pro certo pretio, dubium non sit dominium transferri, contractus ad venditionem referri oportet, cuius natura est, ut dominium transferatur, princ. Inst. de emptione, & venditione. Bartolus in suis questionibus, q. 4. n. 10. Antoius Gomez 2. tom. variar. cap. 2. num. 1.

num. 1. Pinellus in l. 2. C. de rescind. vendit. 1. p. cap. 3. num. 28. Lafarte de decima venditionis. cap. 1. num. 1. & ex Pomponio, Hotomanno, Brisonio, Cuiacio, Forcatulo, Antonio Conscio, Connano, & Varrone. etymologiam desumit Morla in emporio t. t. de contrahend. empt. in pramissis, num. 7. & 8. quibus adde Donnellum lib. 13. comment. cap. 1. & quæ ex Festo & aliis notauit Osvwaldus ibi. Annæus Robert. lib. 1. animadversionum, c. 8. vbi ex Virgilio & aliis comprobatur.

8 Et ideo legibus duodecim Tabularum omnis alienatio, qua dominium transfertur, emptionis verbo comprehenditur. l. statuliberi 29. §. 1. ff. de statuliberis. Pichardus in rubrica de emptione & vendit. n. 3. cum seq. Petr. Gregor. 3. p. syntagm. iuris, cap. 2. & contra naturam emptionis esse censetur, si pactum apponatur, ne dominium transeat, quando dominium venditor habet, quia proprium emptionis est dominium transire, & quoties pro certo pretio res traditur, venditio existimatur, vt ex Barbosa, Monter. à Cueva, Milanenfi, Giurba, Chaldas, Pereira, Auendaño & aliis probauit decis. Granatens. 4. 2. n. 1.

9 Facit etiam quod notauit Caluinus in Lexico iuris, verb. emptio, vt conductio sit, quando res quæ datur pro pretio, in eodem statu manet, dominio non translato, sed redit ad locatorem, solumque abusus conceditur: at verò quoties mutatur, & alienatur, emptio magis, quam locatio dici debet, & mirè conuenit quod tradit Cuiacius lib. 9. obseruat. cap. 15. ibi agens de fœnore pecuniæ, cuius naturæ contractus existimatur, & postquam locationem videri dubitasset, quasi nummi vtendi dantur, & accipiuntur certa mercede, tradit hæc verba: Verum enim verò fœnus propriè locatio non est: nam earum rerum locatio contrahitur, quarum est vsus pecuniæ, abusus est, non vsus, contracta locatione eadem res redditur contracto fœnore, non item inde, cum in fructibus non posse considerari eisdem reddi, sed illorum abusus conceditur, & dominium transfertur, & videtur non posse illorum dici locationem, sed venditionem.

10 Sed & quod plus est, etiamsi contractus contineat operarum locationem, si tamen principaliter datio interueniat, & translatio dominij, tunc non locatio, sed venditio consideratur, vt expressè distinguit IC. in l. locatio 2. §. aded, ff. locati, quando cum artifice conuentio fit ex auro suo mihi annulos faceret, quia tunc etfi artis locet operas, mihi aurum præstat, & dominium transfert, censeatur emptio & venditio; si verò aurum dedi, quia solum operas locat, dicatur locatio, itaque dominio ad me translato, vt in hoc casu circa fructus venditio censenda, vt pro interpretatione dict. §. aded. notarunt Bartol. ibi: Socin. lenior conf. 68. Fabjanus in tract. de emption. & vendit. quest. 2. princ. num. 16. Alciatus responso 513. num. 2. Tiraquell. de retract. lignagier. §. 1. gloss. 14. n. 86. Menoch. de retinend. possess. rem. 4. n. 18.

11 Secundò hanc differentiam considerasse expressè videtur l. si seruus communis 61. §. locati, ff. de furtis. vbi Iuriconsultus constituit differentiam inter locationem fundi, & fructuum venditionem: nam etfi tradiderit in principio, locati tibi fundum, quia respectu fundi locatio est, cum illius non transferatur dominium ad conductorem, sed ad locatorem redeat, tamen in fructibus venditio consideratur, quia illorum dominium transit ad illum, qui fundum conduxit, d. §. locati. ibi: & ideo colonum, quia voluntate domini eos percipere videatur, suos fructus facit. & iterum eis verbis. Sed si tu alij fructus pendentes vendideris, quasi in fructibus consideretur venditio ex locatione fundi, quod ex eo maximè suadet, iuxta dictum §. locati, quia conceditur conductori fundus vt vendat fructus, quo

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I l.

apertè suadetur illum eorum emptorem considerari, aliàs enim vendere, & dominium transferre non posset, ex eis, quæ supra notauimus n. 2. & 3.

Tum etiam & suadetur, quia traditur ibi inter locatorem, & conductorem cõuentum fuisse, vt fructus pignoris locatoris essent, quousque pretium soluere-
12 tur, & pignus valere traditur, quod vtique non subsisteret, nisi ad colonum fructuum dominium transferretur, & venditio eorum fiat, quia rei suæ locatori pignus consistere non potest. l. neque pignus. ff. de regul. iuris.

Tertiò, quia etfi fructus non appareant, sed in ali-
13 quibus annis sequentibus conductio fiat, tamen rectè venditio consistit, cum possit venditione comprehendi, non solum quod extat, sed quod speratur. l. nec emptio. 8. ff. de contrahend. empt. l. si iactum, & l. Quintus 40. de act. empt. l. si fraudatur, fin. §. fructus, ff. qua in fraud. creditorum. l. interdum, ff. de verbor. obligat. l. 11. tit. 5. partit. 5. cui adde quæ ego notaui 1. part. decis. Granatens. 39. num. 10. vbi ex Bartol. Baldo, Iafone, Cardinali, Alciato, & pluribus iuribus probauit spei ius considerari, vt in bonis sit, possit donari, vendi, & transmitti.

Quartò, hanc sententiam expressè, & in terminis
14 videtur probare textus in l. cum manu sata. §. sylua cadua. ff. de contrahend. empt. ibi, Sylua cadua in quinquennium venierat, quæbatur cum plans decidisset, utrius esset, &c. & paulo post, ibi: Ea autem, quæ in arboribus fuissent eo tempore, quo hæc caderentur, emptoris, vbi venditio syluæ conductio in quinquennium appellatur, & emptor qui fructus ex ea percipit.

Quod similiter probari videtur l. liberto 21. ff. de ann-
15 nis legatis, vbi coloni respectu fructuum prædictum emptores appellantur. ibi, quæ prædiis à colonis, vel emptoribus fructus ex consuetudine domus meæ præstantur, vt colonus dicatur, quando suis solum operis locatis cultura fundi ei committitur, vt probatur l. si mercus 28. §. conductor. ff. locati, iunctis traditis à Connano lib. 7. comment. cap. 11. & emptores sint illi, quibus fructus dantur, vel fundus cum eis vtendus conceditur.

Et aded contractus conductionis fructuum à loca-
16 tione distare, & emptionem esse, notauit Antonius Faber in C. tit. de locato, definitione 38. qui tradit ita à Senatu Sabaudia decidum, & in eleganti casu notauit idem Faber de erroribus Pragmaticorum, decade 6. errore 6. dum Practicorum errorem notat, quatenus admittunt, vt venditione fructuum fundi eius facta conductio dissoluatur, & non debeat stare colono is, cui fructus venditi sunt, quasi ius maius consideretur in emptore fructuum, quam in colono, quippe id admittit, posse procedere, quando cum fructibus fundus ipse venderetur: nam tunc procedit decisio legis emptorem, C. de locato. At verò si solum fructus vendantur, nihil amplius ex venditione eorum emptor acquirit, quam fundi conductor, quia similiter dominium ad conductorem transit, quemadmodum ad emptorem fructuum, d. l. si seruus, §. locati, ff. de furtis. nec definit esse venditio, eo quod conductor suis expensis fructus percipiat. l. si is 9. ff. de action. empti. ibi: Si is qui lapides è fundo emerit, tollere eos nolit, ex vendito agi cum eo potest, vt eos tollat.

Quintò denique de nostro expressæ sunt disposi-
17 tiones. nam ex peculiari rescripto Regis nostri edito anno 1575. expressè traditur, vt exigatur gabella ab istis fructuum conductionibus: nam etfi nomine conductionis fiant, veræ sunt venditiones, & ita communiter eo nomine appellantur in nostris Regnis, vt constat ex conditione 20. quinti generis 18. millionum, vbi expressè & venditiones appellantur, & gabellam debent

deberi traditur. Nota verba rescripti Regij: *T porque se ha tomado relacion que en algunas ciudades, villas, y lugares de estos Reynos despues que han labrado, y cultivado algunas personas heredades que tienen, y labran de panes y viñas, y oliuares, y otros frutos y esquilmos, y despues de estar mostrados los dichos frutos y esquilmos, antes de los coger, los venden à otras personas, y se subtraen de pagar el alcanala de las ventas de estos frutos con color que las escripturas que se hazen desto suenan, y dizen que son arrendamientos, siendo real y verdaderamente ventas. Para obuiar estos fraudes, se ponga por condicion que han de pagar el alcanala de las tales ventas, aunque como dicho es, suenen y se digan las escripturas que desto se hizieren, son arrendamientos, y no embargante que hasta à qui, no se aya acostumbra- do à pagar el alcanala de lo suso dicho, ni de qualquier cosa dello. refert in terminis Gutier. de gabellis, q. 34. num. 34.*

18 Et cum verè, vt prædiximus, ex iuris regulis sint venditiones ex communi vsu & nomine contractus interpretandæ, vt notarunt Doctores in *l. si de interpretatione*, per textum *ibi*, ff. de legibus, l. cum dilectus, de consuetudine. l. testatrix 25. §. plures ex municipibus, ff. si seruitus vindicetur. Salazar de vsu, & consuetud. cap. 2. Decian. vol. 2. conf. 44. D. Molin. lib. 2. de primogeniis, cap. 6. num. 57. & in terminis, vt venditio fructuum ex locatione fundi censetur, reiecta illorum differentia, qui eam voluerunt constituere inter conductorem fundi, vel fructuum emptorem, vt plus iuris emptori concederent, vt notauimus ex Fab. de error. decad. 6. errore 6.

19 Sextò etiam videtur expressè confirmari in nostris legibus Castellæ, l. 12. & 13. tit. 17. lib. 9. Recopilat. eis verbis: *Porque los arrendadores de las alcanalas de las yerbas del Maestrazgo de Calatrava, de que nos solemos y acostumbramos cobrar alcanala, & in l. 9. tit. 18. d. lib. 9.* agens de Commendatariis Ordinum Diui Iacobi, Alcantaræ, Calatrauz, & S. Ioannis, eximens eos à solutione gabellæ venditionum fructuum Commendarum, tradit de pastibus illarum, qui locantur, teneri soluere gabellam, vt reliqui vassalli soluant, in cuius legis dispositione valde notandum est, quamuis exemptos declaret in venditione fructuum Commendarum, tamen in pastuum & herbarum locatione gabellam deberi traditur, quasi magis à Commendatariis debeat ex locatione pastus fundi, quam de aliis fructibus venditis.

20 Et hanc sententiam, vt ex locatione pastus fundi gabella debeat, quasi tunc vera venditio pastus, vel herbarum contrahi censetur, vltra dispositionem rescripti Regij, & legum nostrarum, illud verè tenendum est, vt si locetur fundus cum fructibus iam natis, & apparentibus vt seminatus, vel plantatus, vel ad pastum, quem dicimus *dehesa*, tunc sine dubio censetur venditio, quasi eo casu pretium consideretur pro re existenti, & fructus qui apparent, censentur verè venditi pro pretio, quod pro vsu, vel abusu fructuum datur; & quamuis contractus fiat nomine locationis, tamen venditio censenda, quia fructuum, vel pastus dominium transfertur. ita in specie notarunt Lafarte de decima venditionis, cap. 2. n. 53. Gironda de gabellis 8. p. num. 24. ex Ripa tract. de peste, tit. de priuilegiis contractus causa pestis, num. 46. tradit Azeuedo in d. l. 13. tit. 17. lib. 9. Recop. & etiam probauit Gutierrez de gabellis, quest. 37. & 38. qui ex eo admittit venditionem esse, quia herbarum pastus, vel fructuum qui apparent, dominium transfertur, & contractus ad dationem fructuum refertur pro pretio assignato; si verò solum ad factum contractus referatur, vt si fundus sine aliquibus fructibus ad culturam, vt

feminetur, traderetur colono, tunc quia non existunt fructus, licet sperentur ex cultura, locatio censetur, & ita contractus accipiendi, cum tot iuris regulæ distinguant, quidquid contrahentes dixerint locationem, venditionem, vel è contrario venditionem locationem dicentes, effectus contractus iuxta prædicta attendendus, non affectus, & verba contrahendi, vt ex pluribus notauit Carrot. de locato 1. part. de qualitat. quarta, vnica solutio, num. 5. quod accipiendum iuxta quod supra tradiderunt n. 11. 12. & 13.

Vnde reiicienda est distinctio Bartol. in l. cotem, §. 21 qui maximos, num. 3. ff. de publican. & vectig. & in q. 4. incipit, Publicanus, quatenus admittit, vt concessio fructuum fundi fiat pro vnica pecuniæ quantitate semel soluenda, tunc venditio dicatur; si verò pretium diuidatur pro annuis pensionibus, eo casu locatio dicenda: nam etfi eam distinctionem admiserunt Tiracquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. num. 86. Corneus vol. 2. conf. 38. & vol. 4. conf. 12. Paulus de Castro in d. l. §. qui maximos, & in l. 2. §. adeo, ff. locati, Menochius de retinend. possess. remedio 4. num. 18. cum seq. & communem dicit Lafarte d. cap. 2. num. 47. cum seq. Carrotius *ubi supra*. & idem tenuerunt Afflictis decis. 252. num. 3. Bald. in l. eadem, num. 7. C. locati, quos refert Surdus consil. 155. num. 3. tamen non admittendum, quia ea distinctio à iure profus abhorret, cum essentia contractus non consistat in annua præstatione; sed an in contractu datio interneniat, & translatio dominij, quia tunc ex prædictis censetur venditio, iuxta prædicta, quando fructus qui iam apparent, vel herba in fundo, conceduntur; si verò contractus factum respiciat, cum fundus colendus præstat, quia hoc continet factum, nec fructus apparent, locatio censenda, vt tradit Gutier. d. q. 37. & 38. & idè rectè Imola in d. §. qui maximos, discedit à Bartoli distinctione, quamuis ille non rectè explicet, vt refert Gutierrez d. q. 34. n. 9.

Iuuant prædicta, quæ tradit Surdus d. consil. 155. 22. num. 1. vbi probat concessio alicui pro pretio vsus domus eius, vsus fructuum venditum censeri, & hoc esse vsitatissimum in vrbe Cafali tradit, & pluribus comprobatur, & ex eodem Surdo & Baldo tradit Gratianus tom. 4. disceptation. cap. 755. num. 25. locare lacum, vbi piscatio fit, pro certa mercede, nihil aliud est in effectu, nisi vendere pisces pro pretio conueno; cum ibi sint pisces iam existentes, qui possint vendi, & quod plus est, ex lucro meretricio, in quo propriè corporis profuturi locatio est, dubitatur an gabella soluenda; & quamuis Angelus contra tenuerit, argum. l. idem quotias, ff. de condit. ob turpem causam. ex Baldo & aliis, posse exigi insinuat Ferret. de gabellis 5. membro 8. partis principalis, n. 14.

Tum quia dubium non est fructibus fundi concessis colono, dominium eorum ad ipsum transire, ita vt possit in alium transferre, vt ex l. adibus. §. 1. de donation. l. in venditione, in princ. ff. de bonis auctor. iudic. possid. notauit Gratianus 5. tom. c. 953. num. 6. & 7. qui etiam tradit. num. 13. dominium transire in colonum, etiamsi habita sit fides de pretio, & facit quod ex Baldo, Alexandro, Floriano, & Euerardo notauit idem Gratianus 3. tom. disceptation. cap. 357. num. 20. vbi tradit, vt conducens à fisco, vel Republica, etiam ad modicum tempus plantando, vel inferendo arbores, in re conducta efficitur earum dominus, & potest transferre, nisi dominus fundi protestetur, vt in illis dominium acquireret, ex quo procedit, quod tradit Gigas de pensionibus, locationibus, q. 59. num. 4. vt si fundum locauit pro centum, & colonus qui fructus percepit, soluat pro illis gabellam, dominus pro pensione gabellam soluere non

teneretur, cum iam soluta fuerit de fructibus, quorum contemplatione pensio percipitur, & ad idem videndus Innocentius in cap. fin. de decimis, & facit quia de gabella ad laudemium valet argumentum, vt ex fundo, & aliis notauit Gratian. 1. tom. disceptat. c. 180. num. 9.

24 Nec obstant quæ in contrarium adducta: nam certum est ex locatione dominium non transferri, & potius venditionem in hoc casu esse constabit, cum conductis fructibus alicuius fundi, in eos dominium transferatur, ac per consequens locatio esse non potest, iuxta l. non solet 42. ff. locati, vbi locationem non solere dominium mutare traditur, & inde Conanus lib. 7. comment. cap. 11. toties ait conductionem esse, quando materia, in qua aliquid præstatur, remanet in eodem statu; quoties verò res alienatur, emptio est, & ita accipit dictam l. non solet; & paulo post subiicit hæc verba: *Nec enim locatio in rebus est, aut querendis, aut conseruandis, aut amittendis, sed in agendo & faciendo tota est, nempe vt alteri necesse sit, aut liceat facere aliquid, vel nobis, aut in rebus alienis, puta vt tenearis mihi ad vsum domesticum inferuire, aut domum edificare, aut quid simile facere, loco tuas operas, vel vt domi meæ habitare tibi liceat, loco domum, atque ita in omnibus, in quibus potest cadere nomen locationis: merito igitur tanquam pro regula tradit Paulus, quoties faciendum aliquid datur, locatio est facti; ergo licentia conductoris est patientia locatoris ad ista, hinc actio, hinc patientia ad transferendum ab altero alteri dominium, neque apta est, nec idonea.*

25 Vnde cum nullo modo quilibet locationis contractus censetur idoneus ad dominium transferendum, & in hoc casu fructuum dominium transferatur, nec quoad eos maneat salua rerum substantia, sed consumpta erit, debet venditio censeretur, etsi nomine locationis facta, quia dominium transit, quemadmodum quando conuentum fuerit in venditione, si soluto pretio dominium transeat, tunc interim quo soluitur transferri in conductionem notauimus, & de hoc contractu Abbatem, Alexandrum, Cagnolum, & alios plures refert Gratianus 2. tom. disceptat. c. 206. n. 9. cum seqq. & vide 2. tom. c. 175. num. 10.

26 Nec in contrarium facit d. l. sed addes. §. 1. ff. locati, vbi locatio dicitur fructuum & pastus: nam cum essentia contractus suadet emptionem, & venditionem esse, nihil interest, an locatio dicatur: nam propter affinitatem locationis cum venditione promiscue his nominibus ICC. vtuntur, adeo vt sapius apud eos dubitetur, an contractus, locatio, vel venditio sit. l. Sabinus 20. l. conuenit 65. ff. de contrahend. empr. §. adeo, & §. item queritur, Instur. de locat. & expressè videtur probari l. veteres 19. cum l. idem est 20. ff. de actionib. empr. iuncta emendatione Cuiacii d. lib. 9. obseruari. cap. 15. qui ibi, *Idem est*, emendat, *id est*; quasi quod traditur in d. l. veteres, promiscue emptione, & venditione appellationibus Iurisconsultos vti solitos, id etiam in locatione, & conductione procedat, & in eo textu ex Horatio, Festo, Roberto, & aliis probauit Gothofredus in notis dictæ legis 20. & pro interpretatione dictæ legis veteres, videndi Pinellus in l. 2. 1. part. cap. 2. num. 3. C. de rescind. Alciat. lib. 3. Parergon. cap. 22. Conanus lib. 7. comment. cap. 7. Robert. lib. 7. animaduersionum, cap. 9. Cuiacius lib. 1. obseruari. cap. 10. & lib. 9. cap. 37. Anton. Faber lib. 6. coniecturarum, cap. 9. Donell. lib. 3. Comment. cap. 1. Fornerius lib. 2. selectiorum cap. 18. Petrus Beleius lib. 1. variar. cap. 3. Pacius cent. 2. quaest. 7. Tiraquell. de retract. lignagier. §. 3. gloss. 1. & promiscue his nominibus verb. emptio. vt Iurisconsultos notauit Brissonius

de verbis iuris, & facit quod notauit Moria in emporio ritul. de locato q. 1. n. 3. & l. locatio 2. ff. locati, iunctis traditis à Donello lib. 1. Comment. c. 6.

Rursus, quia decisio Iurisconsulti in d. l. sed addes. 27. §. 1. ff. locati, & eius disputatio non respicit, an in eo casu esset locatio, vel venditio, sed damnum pastus faciendum, quod similiter procedit in venditione. l. si pradium. C. de adilitiis actionibus, & expressè venditio appellatur in l. 63. tit. 5. part. 5. quod ad locationem refertur in d. l. 14. tit. 8. p. 5. & cum ibi non ageretur, an esset contractus locationis, vel venditionis, sed solum damnum & interesse faciendum, nihil operari oportet, nec obstat quod relatiue adiectum de locatione, sed quod expressè decisum, argumento l. si Papa, de privilegiis lib. 6. gloss. in l. unica. C. quando non petent. part. 1. est differentia 9. in fin. ff. in quibus causis pignus, iunctis traditis per Ræuardum lib. 3. coniecturarum c. 5. Rebuffus in l. pratum, vers. non refragatur. ff. de verb. significat. pag. 262.

Et sic vulgò receptum est inter scribentes, & obiter dictum curandum non sit, vt probant Paris. conf. 71. num. 49. vol. 3. Surdus conf. 341. num. 36. vol. 3. Mandelus Albenis conf. 205. num. 37. lib. 2. vbi Anibaldu in addition. litt. G. Montepico conf. 106. num. 30.

29 Maximè, quia in d. l. sed addes, §. 1. locatio refertur ad saltum pastuum, & cum in eo dominium non transferatur, potuit à Iurisconsulto dici locatio, quemadmodum notauimus ex l. liberto 21. de annuis legatis, posse respectu fundi, in quo dominium non transfertur, locationem considerari; in fructibus verò, in quibus dominium transit, venditionem esse. Et hanc difficultatem videtur considerare Gutierrez de gabellis quaest. 38. vbi casum proponit, quando ad culturam & pastum fundus locatur, & tradit, quia quod ad culturam, colonus censetur non debere gabellam: at verò pastus, quia tunc fructuum & pastus dominium ei datur, gabella soluenda.

30 Deinde non obstat l. item si pretio 22. §. cum insulam, ff. locati quia ille textus procedit ex eo, quia quis in area sua insulam edificandam cum artifice conuenit, & operam suam locasset, ideo consideratur locationem esse, quia quod respicit proprietatem eorum, quæ solo imponuntur, ei cedit, §. cum in suo, de rerum divisione, cum vulgatis, & ideo non tam dominium dare videtur, quam operam suam locare, vt expressit textus ibi: *locat enim artifex operam suam, id est, faciendi necessitatem.* Et expressè hanc sententiam confirmat Pomponius in l. Sabinus 20. ff. de contrah. empr. ibi: *aliter, atque si aream darem, ibi insulam edificares, quia tunc à me substantia proficiscitur;* ac per consequens venditionem esse traditur, quia transfertur dominium areæ, & ita, etsi hoc textu non adducto, interpretatur d. §. cum insulam, Paulus Castrensis ibi, & in hoc casu mixto dationis materiae, & operæ debet præferri opera, quæ locatur, vt dicatur locatio, argum. l. item queritur. ff. de statu hominum, & hoc est quod tradit Bartol. in l. 2. §. adeo. ff. locati; vt quoties in contractu principaliter venit traditio; secundario verò factum, emptio, & venditio consideretur. l. conuenit. 65. ff. de contrahend. empr. d. §. adeo; iuxta quæ supra notauimus, & cum in præsentem fructuum dationem respiciat fundi locatio, etsi aliquod factum fundi cultura contineret, emptio & venditio, sine dubio, & id apud nos certissimum est, ex declaratione, quæ à Rege nostro facta, vt similes contractus, etsi conductionis appellatione fiant, tamen venditiones dicantur, & ex eis gabella debeat, nam regalem sensum interpretationem nullus contemnere potest. l. fin. C. de legibus.

- 31 Ex quibus percipies, quod iure fiscali in Senatu regalis Patrimonij decisum. Primò, vt ex locationibus sylvarum, ex quibus glandes & herbæ percipiuntur, gabella soluatur, quasi glandis, & herbarum venditio fiat, & ita accipiendæ sunt l. 12. & 13. tit. 17. & l. 9. tit. 18. lib. 9. Recopilation. iunctis, quæ supra notauimus n. 19. & ita obtinui contra ciuitatem Methinæ, Sydoniæ, & alias.
- 32 Vtteriùs inde apparet ratio, quare ab eodem Senatu regalis Patrimonij decisum fuit non deberi gabellam solui per artifices, & operarios ædificiorum, quando auersione, vt ita dicamus, operarij locauerint operas suas pro domo construenda, ita vt illorum obligatio esset, pro certo pretio officiales & manus operationem soluere, & omnia ad ædificium necessaria, quod apud nos dicitur, *tomar la orba à toda costa, o a destajo*. Gabellarius lignorù dicebat propriam esse venditionem lignorum, & eius materiæ, qua ædificia constant, & domus construuntur, cum in his operarij dominium transfert pro pretio conuento in dominum, pro cuius utilitate ædificium fieret, & in materia non potest considerari locatio, & dicebat gabellarius id probari expressè l. locatio 2. §. ad eò. ff. locati. vbi si cum aurifice conuentio fiat, vt ex auro suo annulum faciat, & operam artificij præstet, tradit IC. venditionem esse, non locationem, iunctis, quæ pro eius textus explicatione notauimus supra n. 10. & videtur suaderi expressè in hoc casu fieri venditionem, quia sicut in specie d. §. ad eò, factum operandi, & artificium auri cedit auro, quod in annulo datur, vt ex hoc venditio censetur; ita dicendum erat in nostra quæstione, cum gabellarius allegaret, & probauit pretia ædificiorum ex tribus partibus solùm vnã respicere ad aliud quod artificium valeret, & operatio, in qua potest considerari locatio, aliæ verò duæ partes pretij referendæ ad materiam ædificiorum, cui tanquam maioris valoris cedere debet operatio, ex gloss. verb. agendo, in l. 1. §. 1. ff. de superficiebus, & aliis, quos supra retulimus d. num. 10.
- 33 Verumtamen contrarium iustè decisum fuit pro operariis ædificiorum, ex textu qui in specie loquitur, & expressè illis fauet in l. item si pretio 2. §. cum insulam, ff. locati, de qua supra egimus num. 6. & 30. & quia nihil aptius excogitari potest ad hunc casum verba repetenda, *cum insulam ædificandam locaui, vt sua impensa conductor omnia faciat, proprietatem quidem eorum ad me transfert, & tamen locatio est; locat enim artifex opera sua; id est, faciendi necessitatem; vbi in nostra aperte loquitur. Iuuat, quia cum, vt moris est semper ista conuentiones fiant vt domus ædificetur in solo eius, qui conducit operarios, vt in hoc textu, iuncta glossa, verb. locaui. Tunc, quia ædificium solo cedit, §. cum in suo solo. Instit. de rer. diuis. dominium materiæ non transit ex locatione simpliciter, sed accessione soli, & contractu, vt in solo alieno ædificetur, ac perinde solùm locatio operarum hæc conuentio dicenda, vt gabella non soluatur, quod rectè in terminis nostris explicuit, & redemptores huiusmodi operarios vocauit IC. in l. redemptores 39. ff. de rei vendicat.*
- 34 Maximè cum ex ipsa materia cum emitur ab artifice ad ædificium domus gabella soluta ab illo, aut venditore, & idè non soluenda dupliciter, quia artifices ædificiorum priuilegijs augendi, non grauandi. l. fin. C. de excusat. artificum, lib. 10. & meritò inualuit apud nos consuetudo, quæ valde potens est regulare solutionem gabellæ. l. 9. tit. 18. l. 2. tit. 22. lib. 3. Recopilat. iunctis traditis à Gutierrez de gabellis quæst. 5. num. 25. & lib. 3. pract. q. 17. num. 80. vt in casu d. §. cum insulam, gabella non soluatur, & ita à Senatu decisum, &

pro explicatione d. §. cum insulam, videnda quæ notauit Anton. Faber in eius Rationali, qui tradit non esse alibi, vt per locationem dominium transferatur, & videndus idem Fab. in Rationali l. 2. §. ad eò. ff. locati, vbi conciliat d. §. cum insulam, & in l. in nave Saffer 32. ff. eod.

Denique subiungenda alia decisio nostri Senatus regalis Patrimonij, in lite, quæ exorta inter gabellarium tegularum, & laterum vrbs Hispalensis cum Monasterio Ordinis diui Hieronymi sancti Isidori eius ciuitatis, an ex eo quod in conductis areis, vel propriis, ex quarum terra tegulæ & lateres fabricabantur, per colonos & operarios conductos à Monasterio ex venditione tegularum, vel laterum gabella deberetur.

In quo Religiosi dicebant ipsos ad suorum ædificiorum reparationem, quia plures domos Hispali habebant, conducere operarios, qui lateres & tegulas fabricabant pro mercede constituta, & nullam ex hoc gabellam deberi ex conductione illorum, iuxta quæ nuper animaduertimus. Et magis procedit, quando terram ex tuis fundis manu famulorum, vel operariorum Religiosi effoderint; quia tunc in fructu fundi terra censetur. l. diuortio. §. si vir. ff. soluto matrimonio, eis verbis: *Creti fodina verò vel auri, vel cuiusvis materie, vel arena vique in fructu habentur. l. usufructu legato. ff. de usufructu, ibi, quæque obventiones ex ædificijs & areis.*

Et quemadmodum ex fructibus fundorum suorum & bonis suis Ecclesiastici gabellam non debent, c. 1. de immunit. Eccles. lib. 6. cap. quamquam, de censib. eodem libro, cap. si tributum 3. q. 1. l. ad instructionem. & l. placet. C. de sacrosanct. Eccles. Et de iure nostro Hispano sunt expressæ decisiones l. 5. tit. 6. part. 1. vbi Gregor. Lopez gloss. verb. Pharaon. t. 6. tit. 18. lib. 9. Recopilat. eis verbis: *no les pidan, ni demanden alcunala de las ventas que hizieren de sus bienes qualesquiera Iglesias y Monasterios, & omnes doctores vno ore contentiunt.*

Quod adeo procedit, vt si Monasterium habeat venam ferri in suis fundis, aut alterius metalli, & ex is ferrum, vel metallum per ministros conductos conficiendum curet, & distrahatur, vel si ex sua lana, aut quauis empta per operarios pannos conficiant, & venditio fiat, immunitas à gabella esse debet, Molina de iust. & iure disput. 342. vers. idem dicerem. Federicus de Senis consil. 207. per tot. Gutierrez de gabellis quæst. 93. num. 53. & 54. & quando Ecclesiasticus partim ex conductis aliquam rem, sua, vel aliorum industria perfecit, ex eius venditione gabellam non deberi, probauit Marcabr. cons. 18. n. 323. Grassis de effect. cleric. effect. 3. num. 109.

Conducit Syluest. in summ. verb. excommunicatio 9. num. 46. vbi similiter tradit, si Monasterium habeat venam, & per operarios ferrum fieri facit, & postea vendit, non tenetur ad pedagium, sicut de frumento & aliis fructibus, & in fontibus & puteis salis per ministros Ecclesiastici conficerent saltem, eodem modo quasi ex fructibus rerum suarum gabellam non debent. P. Molina d. disp. 742. n. 8.

Et similiter locum habet, quando Clerici ad propriam, vel suorum utilitatem, & sustentationem] vilius emerunt, & quod illis superest vendunt iusto pretio tunc currenti, licet carius sit, quàm quod emerant, vt tradit Nauarr. in Manuali cap. 25. num. 110. & in terminis nostri casus notauit Straccha in tract. de mercatura 3. p. num. 5. eis verbis: *quibus & illud adiiciendum, quod non ineleganter notauit Salicetus in Auth. Ad hac, q. 20. n. 18. C. de usur. temperat enim prædicta, quando Clericus mercatus est rem, non vt venderet, sed*

sed ut domum reficeret, vel in domo sacerdotij, seu beneficij edificaret, deinde ex causa mutato consilio tigna, vel camenta qua emit, venderet carius, id Salicetus ait Clerico interdictum non esse.

41 Et addenda quæ ad hoc notarunt Molina d. disp. 342. n. 11. Marta de iurisd. 4. p. casu 3. n. 12. & 13. vbi loquitur de Ecclesiasticis qui vendunt quod ipsis superest de eo quod vilius ad suam, suorumque sustentationem emerunt, vt immunis sit emptio à gabella, & negotiatio non censenda, Duard. ad Bullam Cæne, canon. 18. q. 8. n. 17. Carol. de Grafsis de effectib. clericatus, effect. 6. n. 32. Azenedo in l. 7. n. 5. & 9. vers. nec lucrum est finis vltimus, tit. 18. lib. 9. Rec. Gutier. d. q. 93. à n. 18. vsque ad n. 24. vnde cum Religiosi in nostro casu lateres, & tegulas facerent fabricari ad refectio-nem domorum, quas in vrbe habebant, licet postea aliquid ex tegulis, vel lateribus, quæ superessent, vendiderint, videtur iure facere potuisse, & gabellam non deberi ex hac venditione.

42 Sed contrarium decifum fuit pro fisco & eius gabellario, quippe probatum fuit per multos annos, non in vno tantum, vel in alio casu, sed multoties Monasterium habuisse hoc lucrum, vt tam ex suis areis, quam alienis, & conductis faceret tegulas, & lateres fabricari; vt per suos famulos, & factores venderet, vnde ex eis venditionibus deberet soluere gabellam, quia id non tam fructuum rerum suarum venditione, quam animo negociandi, lucri faciendi causa tribuendum est. Quo casu Ecclesiasticos ex similibus contractibus, qui ex negotiatione veniunt, debere gabellam, & pedagium, expressè traditur in l. 7. tit. 18. lib. 9. Recop. vbi loquens de illorum exemptione, tradit, ibi: No aya lugar en lo que los clerigos y Iglesias vendieren por via de mercaderia, trato y negociacion. Et de iure Canonico sunt plura iura, de quibus in c. quamquam, de censibus lib. 6. vbi notanda verba: Pro rebus propriis, quas non causa negociandi deferunt, vel deferri faciunt, seu transmittunt. Quasi etiam de suis bonis Ecclesiasticis prohibita negotiatio.

43 Quod laxissimè in iure reprobat, cap. fin. de vita & honestate clericor. c. pradicator 64. 10. q. 1. cap. cleri-ci 1. 14. quest. 4. c. negociatorem, cap. eiiciens, dist. 88. & multis probarunt Menochius consil. 14. Burlatus l. 4. cons. 461. num. 23. Marcabrunus consil. 18. num. 260. Durantus de modo celebrandi Concilia generalia 2. p. rub. 8. n. 4. Redoanus tract. de spoliis q. 2. num. 1. & 2. Grafsis d. effect. 6. num. 1.

44 Et cum negotiatio nihil aliud sit, quam consuetudo emendi & vendendi lucri causa, vt notant Doctores in d. c. eiiciens, & in c. 1. & ne Clerici vel vouentes. Squillan. de privileg. Clericor. c. 8. dubitat. 1. n. 32. Galignet. de iur. publico lib. 3. tit. 94. n. 23. in fin. Riccius in praxi Ecclesiastica, decis. 375. n. 2. & hoc casu vltra iura supra adducta, & nostras leges regias gabellam ab Ecclesiasticis soluendam, tenuerunt Pater Molina disput. 342. Duardus ad Bullam Cæne q. 8. canone 18. num. 16. Latarte de decima vendition. cap. 19. num. 57. Guttierres d. q. 93. num. 53.

45 Nec prædicta elidi poterunt ex illorum doctrina, qui tenuerunt, textum in d. cap. quamquam, ibi: pro rebus propriis, quas non causa negociandi, ita accipiendum, vt negotiatio prædicta intelligatur de ea, quæ fit in rebus acquisitis, & negotiationis causa ad lucrandum in eadem specie distractis, vt notauit gloss. in eo textu. verb. negociandi, & pluribus Augustin. Barbosa in Collectan. dict. cap. quamquam, num. 6. vel quando lanam emerent Ecclesiastici, vt suis manibus aliquid operarentur, & pannos conficerent, vel alia ipsi otij vitandi causa facerent, vt Monachi antiqui, & hodie plures faciunt, nec tunc gabella debetur, vt tenuit

Molina d. disp. 342. vers. idem dicerem. Et idem plures generaliter admittunt, si in vno, vel alio casu clericus venderet, Decius consil. 115. num. 4. vers. non obstant. Pater Salas de contractibus tractat. de empt. & vendition. dub. 2. Gaspar Hurtado different. 17. & doctissimus Pater Diana Moralium 1. part. tractat. 8. resolu. 72.

Hæc autem omnia, etiam si absque dubio procederent, non possunt aliquomodo excludere prædictam nostri Senatus decisionem, quippe hic casus longè differt ab eis, in quibus traditur non procedere negotiationem, quia hic non vendunt rem suam, id est, arenam ex areis, & si quid operarium in re est, non fit otij vitandi causa, & suis manibus, sed tegulas, & lateres fabricent per operarios conductos ad lucrum faciendum, idque non semel, aut iterum, sed per multos annos, & continuè hoc lucrum exercere, vt negotiatio apertè constet, quia non solum ex arena sua ex areis propriis lateres & tegulas fabricare faciunt, sed areas similes conducunt, & furnos tegularum, & maximum lucrum ex istis venditionibus habuerunt, vt ex actis apparuit, vt dici non posset solum vendere, quod eis superesset ex propriis edificiis, quia semper & continuè huic lucro studebant, & facile possent exprimere, quod eis erat necessarium eius materia ad refectio-nem suorum ædificiorum, quod nunquam edixerunt, vltra quam gabellam non petebat fiscus de illis tegulis, & lateribus, quos emerent, vel fabricarunt ad luos vsus, sed ex ordinariis & successiuis venditionibus quas fecerunt de tegulis & lateribus, causa lucrandi, & cum magno lucro.

Postremò, vt in hoc casu negotiatio non possit excludi, expressè videtur probare omnes DD. qui magis fauent Ecclesiasticis, vt eos in his casibus immunes tradat à negotiatione, & tributis, quia loquuntur ea limitatione, nisi lucri faciendi causa facerent, vt apertè procedit in hoc casu, & pro nostra decisione addendi Duard. d. canone 18. n. 16. eis verbis: Non licitum esset Monasterio ex vena empta metallum per alios operarios laicos constare, illudque vendere, quia id esset negociari, & ideo à solutione gabellarum non esset exemptum. Quo nostræ quæstioni nihil aptius potest excogitari, & expressè in terminis post Nauar. in manuali c. 27. & 28. probauit Molina d. disputat. 342. num. 9. vbi in hoc casu tradit negotiationem esse, & subiungit, nota verba, non secus, ac negociari est emere uvas, ex quibus similiter vinum conficiat, ac vendat. cui maxime consonat rescriptum Regium expeditum circa Ecclesiasticos ciuitatis de Xerez, vt ex suis mustis, & vinis quasi ex negotiatione soluerent gabellam, de quo mentionem, illud referens facit Gutier. de gabellis q. 94. à n. 14. vsque ad 18. & ideo rectè à Senatu in hoc casu decilum.



ALLEGATIO CXII.

Pater pro oneribus dignitatis filij quomodo teneatur.

1 Vasalli debent Regem comitari, quando assistit in expeditione bellica.
l. 7. tit. 13. p. 2.
l. 1. tit. 4. lib. 6. Recop.
l. 3. tit. 4. eodem lib.
Rex qui egressus finibus sui Regni, & in hostium terras ingressus, debet a suis comitari graui pœna affectis contrarium agentibus.

Vasalli

- 1 *Vasalli debent suis expensis Regem ad bellum sequi, ubi tumultus, seditiones, aut rebellio in Regno.*
l. 3. tit. 19. p. 2. & n. 3. & 4.
- 8 *Mulieres viris deficientibus tenentur ad bellum prodire, ut rebellio extirpetur, & puniatur.*
Hispanas foeminas pro Patria pugnassee, multis exemplis comprobatur.
- 4 *Tit. C. qui morbo se excusant.*
l. 7. & 8. tit. 4. lib. 6. Recop.
l. 1. tit. 6. Recop.
Substitutum dare potest in officio qui per se non potest rem expedire.
l. 1. Cod. de Prepositis agentibus in rebus, lib. 12.
l. quisquis. C. de Episcopis & Clericis.
l. ad similitudinem. C. eod.
l. decreto. ff. de administr. tutor.
l. quid ergo. ff. ad municipalem.
c. ultimo. de offic. delegat.
- 5 *Fendatarij possunt seruire per substitutum, si substitutus nobilis sit.*
- 6 *Pater an teneatur pro filiofamilias Equite Ordinis militaris substitutum dare.*
- 7 *Pater pro debitis filij regulariter non tenetur.*
Tit. C. ne filius pro patre, & n. 46.
tit. C. ne uxor pro marito, & n. 46.
l. vnica. C. nullus ex vicaneis lib. 12.
Authentic. ut non fiant pignorationes, collat. 5.
l. si quis in suo. C. de inofficis. testam.
c. quasiuit, de his, que sunt a maiori parte.
c. non debet, de regul. iuris.
c. ultim. de iniuriis, lib. 6.
Cassiodor, lib. 4. variar. epist. 10. & 14. expenditur.
- 8 l. 2. tit. 19. p. 4. & n. 46.
l. sine periculo. C. de filiisfamilias, & quemadmodum pro his pater teneatur, lib. 10.
- 9 *Munus personale est, quod ex animi prouisione & corporali labore procedit.*
l. munerum, §. 1. & §. Tyronum, ff. de munerib. & honorib.
Pater & filius eadem persona censentur in iure, non quoad naturam.
l. fin. C. de impuberum, & n. 13.
- 10 *Pater pro filiofamilias Equitem militem substituere tenetur, & ad onera munerum filij.*
- 11 l. quoties 2 ff. ad municipalem, & n. 20.
l. sponte 17. §. 1. ff. de munerib. & honoribus.
- 12 *Argumentum ab speciali officiorum.*
l. Lucius 21. §. idem respondit 1. ff. ad municipalem, & n. 19.
l. 1. C. de Decurionibus, lib. 10. & n. 22.
- 13 l. spurij 6. §. pater. ff. de Decurionibus, & numero 40.
- 14 l. cum appellasse 2. C. de filiis, & quemadmodum pro his parentes, lib. 10.
Appellatio solet ratihibitionem insinuare eius quod gestum.
l. cum minor 3. §. falsus. ff. rem ratam haberi.
- 15 l. patrem 1. C. de filiisfamilias, & quemadmodum pro his parentes teneantur, & n. 19 & 40.
- 16 l. 1. C. quod cum eo, & n. 20. 22. 34. & 35.
l. si filia 20. §. hoc amplius, ff. familie eriscunda.
l. Lucius 21. §. idem respondit, ff. ad municipalem.
l. onera. ff. de adoptionibus.
- 17 l. si adoptauro. ff. de precario.
l. 1. C. de periculo successor. parentum, lib. 10.
Sacerdotis munus antiquitus quod erat.
- 18 l. 3. §. fin. ff. de peculio.
l. 1. §. fin. ff. de magistr. conueniend. & num. 24.
27. 31. & 32.
- 19 *Reipublica fauore pater pro filio tenetur in muneribus publicis, quando consensit, ut dictio & ponitur inter diuersa.*
- 20 l. filius 7. ff. de administrat. rer. ad ciuit. pertinent.
l. si filius. ff. de tutelis, & num. 22. 35. 36. 40. & 43.
l. quoties 2. ff. ad municipalem, num. 21. 22. 31. 32. & 40.
- 21 *Pater in muneribus publicis pro fideiussore filij habetur.*
Publica utilitas consistit in munere equestri Ordinis militaris.
- 22 *Pater pro filio in solidum tenetur.*
l. filius 8. ff. de administrat. rer. ad ciuitat. pertinent.
- 23 l. licet. §. fin. ff. de peculio, & n. 25.
Duumuiri ex Decurionibus eligebantur.
l. rescripto 6. ff. de muneribus, & honoribus.
l. honores 7. §. is qui. ff. de Decurionibus.
- 24 l. Lucius 21. ff. de administrat. tutor. & numero 35.
l. 1. §. fin. ff. de Magistr. conueniend.
- 25 *Pater quomodo teneatur pro tutela quam filius gessit.*
- 26 *Reipublica expedit, ne quis sua re male utatur.*
§. fin. Institut. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.
Tutela est munus publicum autoritate, sed utilitate priuatum.
Princ. Instit. de excusat. tutor.
- 27 *Peculium profectitium, vel aduentitium.*
- 28 *Peculium ad obligationes filij est destinatum.*
l. an inutilis, §. filiusfamilias, ff. de acceptilationib.
- 29 l. si is cum quo. ff. de cunctis in debiti.
l. 1. C. ne filius pro patre.
l. si quis reum. §. idem Iulianus, ff. de liberat. legata.
- 30 *Soluens indebitum, iuris errore non recuperat.*
l. cum quis 10. in princip. Cod. de iuris & facti ignorantia.
l. error 9. C. ad l. falcidiam.
Imprudencia significatio refertur ad ignorantiam iuris.
l. hoc edito 22. ff. quod quisque iuris.
l. si per imprudenciam, §. 1. de enictionibus.
l. si quis 5. §. si index. ff. de obligat. & action.
l. fin. ff. de variis & extraordinar. cognition.
§. ultim. Institut. de obligat. qua ex quasi delicto.
- 31 *Fideiussores tutorum in solidum tenentur pro tutela.*
- 32 l. 1. C. de fideiussor. tutor.
l. fideiussores 12. ff. eodem.
- 33 *Fideiussor Magistratus non tenetur pro eius dolo, vel delicto.*
l. 1. Codic. de periculo eorum qui pro Magistrat.
l. quoties 2. §. si filius. ff. ad municipalem.
l. libertus 17. §. fin. ad municipal.

- l. fideiussores 68. ff. de fideiussorib.*
l. i. & totus titulus ff. de Magistrat. conuenien-
dis.
l. i. §. fin. & l. fin. ff. de variis & extraordinariis
cognit.
- 34 Tutela est munus civile, & rem pupilli saluam re-
 spicit.
l. i. ff. rem pupilli saluam fore.
l. cum pupillus 9. ff. eodem.
- 35 Tutela testamentaria, & datina differentia.
 Princip. & §. i. Inst. de satisfact. tutor.
l. testamento 17. ff. de testament. tutel.
l. si impuberi 17. §. fin. de tutoribus & curator.
dati ab his.
- 36 Pupillorum fauore in iure plura inducta.
l. penult. §. cum igitur, C. de necessariis seruus
hered.
- 37 Pater consentiens, vt filio dignitas conferatur, in-
 solidum pro eo tenetur.
- 37 *l. i. §. infante, C. de honoribus & munerib. non con-*
tinuandis, lib. 10.
l. Lucius 21. §. Imperatores, ff. ad municipa-
lem.
l. Imperatores, penult. ff. de Decurionibus.
- 39 Equestris Ordinis dignitas in Hispania solet in-
 fantibus concedi.
- 40 Pater consentire videtur in dignitate filij, si ex-
 pressè non contradicat.
l. honores 7. §. ad Decurionatum, ff. de Decurio-
nibus, & n. 43.
- 41 *l. filius 5. C. de Decurionibus.*
l. Lucius 21. ff. ad municipalem.
l. filius 3. C. ne filius pro patre.
- 42 *l. filius familias §. inuitum, ff. de procurat.*
l. inuitum, ff. de seruitut. urban. pradiorum, &
num. 43.
- Ditio non, pro non solum, accipi solet.*
l. non enim 38 ff. ad SC. Trebell.
l. ne cum filio 16. ff. de furtis.
- 43 Tacens consentire non videtur in præiudiciali-
 bus. Fallit fauore Reipublica, pupillorum, & pia
 causa.
l. cum ostendimus 4. §. fin. de fideiussor. tutor.
Testes quod dicimus de abono, quando obligati
conferantur.
- 44 Pater videtur consentire in omnibus, que sunt vi-
 litatis filiorum.
Pater obligatus censetur pro expensis necessariis,
quas aliquis fecerit pro filio in studio exi-
stenti.
l. sed Iulianus, §. quod dicitur, ff. ad Macedonia-
num.
- 45 Patris bona pro oneribus dignitatis filij non
 conferantur, nisi propriis filij bonis deficien-
 tibus.
l. i. C. de Decurionibus, lib. 10.
Liure. C. de fideiussoribus.
Authentic. Presente C. de fideiussor.
Fideiussor indemnitas, non ante conueniendus,
quam bonis rei principalis excussis.
- 46 *l. 26. tit. 13. p. 5.*
l. 5. tit. 10. p. 7.
l. 9. tit. 31. p. 7.

An pater pro filiofamilias in sua potestate
 constituto teneatur ad onera dignitatis,
 quam filius obtinuit, patrepetente, vel
 sciente, & non contradicente, vt in Eque-
 stris Ordinis militia, si ei ex voluntate
 patris filius adscribitur, debeat suis ex-
 pensis pater dare substitutum ad bellum
 pro filio, quando ex minore etate, vel
 alio impedimento filius bello interesse
 non valet? ad legem l. tit. i. lib. 6. Re-
 copil.



VASALLI, quando Princeps ad bel-
 lum procedit, & præcedit tuos per-
 sonaliter in exercitu assistens, de-
 bent illum comitari, & qui ab eo
 stipendia, vel donationes habuerint;
 aut si exhaustum fuerit Principis
 ærarium, vasalli, qui diuites fuerint, suis expensis
 Regem sequi, & militare. *l. 7. tit. 19. p. 2.* quæ id deno-
 tatis verbis: *Quanto entendiere que conuene à aquel*
fecho, e que lo puedan ellos sufrir, vbi Gregorius Lopez
gloss. 1. ad finem, quando esset necessarium ad Regni
 defensionem admittit, & in vasallis, qui habent feuda,
 donationes, vel stipendia à Regibus, *l. i. tit. 4. lib. 6.*
Recop. & quando Rex limites sui Regni egressus, &
ingressus hostium fines, si plusquam octo dies moram
fecerit vasallus, ne in bello cum Rege sit, pœna mor-
tis iniungitur, nec possit pœna remitti. l. 3. d. tit. 4. lib. 6.
eis verbis: Y si despues de nos entrados en tierra de enemi-
ros passado el plazo de los ocho dias que mueran pro ello, y
que no per donemos la Justicia, de qua re Baldum, Alber-
ricum, Franciscum Curtium, Lucam de Peña, Petrum
Bellinum, Aluarotum, Corrasium, Gregorium Lope-
zium, Cenedum, Menchacam, Magerum, & alios
plures ego retuli 1. part. allegatione Fiscali 62, per
totam.

Et dubium non est, quando in Regno fierent tu-
 multus, seditiones, aut rebellio, omnes vasallos debere
 comitari Regem suis expensis, nec teneri expectare
 Regis mandatum, sed illicò ad ipsum venire, vt feditio,
 & rebellio extirpetur, & puniatur *l. 3. tit. 19. p. 2.*
 eis verbis: *E por ende por todas estas razones deben to-*
dos venir luego que lo supieren à tal hueste, non atten-
diendo mandado del Rey, è a tal leuantamiento como este
por tan estraña cosa lo tubieron los antiguos, que man-
daron ninguno se pudiesse excusar: por honra de linage,
ni por priuança que tubiesse con el Rey, ni por privile-
gio que tubiesse del Rey, ni por ser de Orden, sino fuesse
home encerrado en claustra, o los que fincassen pa-
ra dezir las horas, que todos viniesen ende para
ayudar con sus manos, o con sus compañías, o con
sus aueres.

Aded quidem procedit, vt si viri deficerent, fœ-
 minæ teneantur nostris legibus ad bellum prodire, vt
 rebellio, & feditio profligatur. *d. l. 3. ibi: E tan gran*
fauor tubieron de lo vedar, que mandaron, que si todo
loal, fallciesse, las mugeres viniesen para ayudar à
destruir tal fecho como este, ca pues el mal è daño tañe
à todos, no tubieron por bien, nin por derecho, que nin-
guno se pudiesse excusar, que todos non viniesen à desar-
raigallo; & quando fœminæ Hispaniæ pro defensione
 Patriæ

Patriæ bellarunt, notauimus *d.all.62*. vt tradit Plutarc. de Salmatinis, quæ à Romanis liberarunt Salmanticâ, vt in eius hystoria refert Magister Ægidius Góçalez, Dauila de Montraliis, idest, Murcia, Cascaes in illius hystoria *discursu 1. cap. 4.* De Lusitanis in Brasiliensibus Pater Ludouicus de Guzman *lib. 3. Missioni, cap. 54.* de eisdem Lusitanis Bracarenfibus hystoria Bracarenfis. De Valentinis eius Chronica, & à Rege Ioanne I. militaribus honoribus condecoratas, tradit Magister Ægidius *in hyst. Enrici III. c. 2.* Alios casus referunt Garibai, & Mariana, quibus addendū quod Matronis Dorofis, vulgò ciuitatis *de Tortosa* in Hispania, Principatus Cathalonie ciuitatē à Mauris liberasse, cum illis fortiter pugnado, nouissimè tradit in ciuitatis elogio fidelitatis D. Vincentius Mirabal in eius hystoria, vnde quod generaliter omnibus iniungitur, multò magis spectat ad milites Equestrum Ordinum.

4 Et ideo Rex noster Hispanus, vt tumultus sedaret, & obliteratum tempore institutū, & exercitium Ordinum Militarium Diui Iacobi, Calatrauæ, & Alcáta-ræ restitueret, decreuit, vt in tumultibus, seditionibus, & bellis, quæ temporū iniuria hodie excitata, omnes Militares Equites, ipsum comitarentur ad bellum sub vexillo, & ligno cuiusque Ordinis adscripti, & qui atate minori quatuordecim annorū *d.l. 3. tit. 19. p. 2.* morbi impedimētis, aut aliis personaliter bello interesse non possent, iuxta quod traditur *in l. 7. & 8. tit. 4. lib. 6. Recop. & in tit. C. qui morbo se excusant*, illi substitutum nobilē suo loco mittant, armis & equo instructum, vt in Equitatu Ordinum militare possit, ex dispositione *l. 1. tit. 1. lib. 6. Recop. ad finem*, eis verbis: *Pero que el Cauallero que fuere de sesenta años arriba no sean tenido de yr por su persona a la guerra, pero que toda via sean tenidos de mantener cauallo y armas, y embiar a la guerra quien sirua por ellos, & vt possit quis per substitutū implere munus, quod per se non potest, facit l. 5. C. de prepositis agentium in rebus, lib. 12. ibi: Quod si morbo, & atatis senio capri, vel imperiti huiusmodi rerum, vel quocumque alio vitio prapediti per se memorari officij curam subire nequiverint, consideratis precedentibus eorum laboribus per substitutum chartularium eiusdem scrinij, cui prefecturus est ipse, idoneum, & tam optimis moribus praditum, quam scientiam, peritiamque rerum habentem electione sua, suarumque periculo facultatum prefatum munus eos implere precipimus, & ex l. quisquis. & l. ad similitudinem. C. de Episcop. & Cleric. l. decreto. ff. de administr. tutor. l. quid ergo. ff. ad municipal. cap. vlt. de officio delegat. probauit Ioann. Platea ad *d. l. 1. num. 3.* & idem innuit Azeued. *in d. l. 1. tit. 1. lib. 6. Recopil. num. 102. ad finem*, qui *num. 100.* conciliat *l. 3. tit. 19. p. 1.* vbi solum eos qui septuaginta annorum atatem habent, excusat à bello, quod tradit procedere, vt in totum excusentur tam personaliter ad bellum exire, quam vt mittant substitutum, qui maiores septuaginta annorum; si verò solum sint maiores sexaginta, quamuis per se excusentur, tamen teneantur mittere substitutum, *d. l. 1.**

5 Et ideo ex nostri Regis decreto, qui haberent atatem annorum sexaginta, excusantur, vt personaliter bello interessent, & Regem comitentur; sed tamen substitutum præsent qui pro illis inseruiat, & in feudis posse feudatarium per substitutum seruire, & ad hoc vel personaliter assistere illū teneri, ex Camera-rio, Abbate, Afflicto, Baldo, Aluaroto, & aliis Balzar. *ad lib. 2. feudor. tit. de Capitaneo, qui curiam vendidit. §. similiter, num. 8.* ex Præposito & aliis Schrader. *de feudis 6. p. cap. 6. num. 44. cum seq.* Sed tamen vt per substitutum deseruiat ita admittitur, si persona non vilis, sed eiusdem qualitatis sit substitutus, vt decori domini, quem debebat feudatarius comitari, non de-

trahatur, Ifernia *de prohib. fendi alienat. §. firmiter, num. 31.* & ideo in decreto quo Equitibus Ordinum militarium impeditis alios pro se substituere Rex permisit, meritò iubetur, vt substituti, qui pro eis exhibendi, Nobiles sint.

6 Ex quo huius controuersie quæstio exorta: nā cum plures filiofamilias & impuberes adepti dignitatem & honorem Ordinis Equestris militaris, istique propter imbellem atatem non possint personaliter bello interesse, cum substitutum præstare teneantur, nec bona propria habuerint, quia sub patrum potestate existunt, dubitatum fuit, vtrum parentes, qui a Rege petierunt, vt filiis suis dignitas Equestris conferretur, vel patribus videntibus, & contentientibus collata, teneantur substitutum suis expensis pro filiis præstare, vt regium decretum impleri possit, videlicet, Equites Ordinum militarium, qui impediti personaliter bello interesse, alium pro se ad bellum substituant.

7 Et patrem non teneri, suadet ex vulgari titulo *C. ne filius pro patre, vel pater pro filio conueniatur*, & titulo *C. ne uxor pro marito*, quibus probatur, patrem pro filio non teneri, quia æquitas non patitur, vt vnus pro alio grauari debeat. *l. vnica, C. vt nullus ex vicaneis, lib. 12. ibi, Graue est non solum legibus, verum etiam æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari.* ex Authent. *non fiant pignorationes, collat. 5. l. si quis in suos. C. de inoffic. testam. cap. quæsiuit, de his, quæ sunt à maiori parte Capituli, cap. non debet, de regul. iur. cap. vltim. de iniuriis, lib. 6.* ex Marco Antonio, Eugenio, Vvesembecio, Amatis *decif. Marchie 48. num. 19.* probauit Dom. Valenzuela *conf. 94. num. 98.* cum duobus sequentibus, adducens Caltiodorum *lib. 4. variar. epist. 14. & epistola 10.* eis verbis: *Filius obligationibus paternis, si non sit hæres, exiuitur, uxor maritalibus debitis, nisi per successionis vincula, non tenetur, & audacia ad solutionem trahit extraneos, cum absoluant iura coniunctos.*

8 Et iure nostro Hispano probatur *l. 2. tit. 19. part. 4.* vbi traditur patrem pro debitis filij non teneri, cum Speculatore, Abbate, Platea, Baldo, & aliis notauit Gregor. Lop. *ibi, gloss. 11. & gloss. 1. l. 15. tit. 10. part. 7.* ex quo videtur, cum obligatio, vt substitutum pro se præstet Eques Ordinis militaris, qui bello personaliter interesse non potest, sit propria ipsius filij, ad eam patrem teneri non debere, vt expressè videtur probari *l. sine periculo 4. C. de filiisfamilias, & quemadmodum pro his pater teneatur, lib. 10.*

9 Maximè cum hoc quod respicit ad bellum/profici- sci ex Equestris Ordinis dignitate, munus personale censetur, vt omne quod ex animi prouisione, & corporali labore procedit. *l. munerum. §. 1. & §. Tyronum. ff. de muneribus & honorib.* Et quamuis pater & filius eadem persona censeantur, *l. fin. C. de impuberum.* vbi Decius *col. 2. Menoch. conf. 116. num. 36. & 50.* Socinus *iun. lib. 2. consil. 4. num. 27.* tamen id ex iuris fictione procedit, sed quoad naturam diuersæ personæ censentur, vt in eo quod personaliter iniunctum, distinguantur, ac perinde pater pro filio iuxta decreta iuris obligatus censeretur non oportet.

10 Sed contraria sententia, quæ Regem fauet, vt pro filiofamilias pater in hoc casu militem substituere teneatur, videntur probare plura iura, quæ in casibus patrem pro filio teneri, aperte insinuant.

11 Primò facit *l. quoties 2. ff. ad municipalem*, eis verbis: *Quoties filiofamilias voluntate patris Decurio creatur, vniuersis muneribus, quæ Decurioni filio iniunguntur, obstrictus est pater, quasi fideiussor pro filio, & idem comprobatur l. sponse 17. §. 1. ff. de mun. & honor. ibi,*

ibi: *Immunis ab honoribus & muneribus civilibus, si Decurioni creato filio, quem habet in potestate, consentiat in muneribus & honoribus, sumptus subministrare filio compellatur.*

22 Et per argumentum ab speciali, cuius maxima in iure vis, Enerardus in locis legalibus, loco 68. Menoch. conf. 9. num. 12. Sesse decis. 97. num. 15. Velasco Axiomaticum littera A. num. 535. comprobatur expressè l. Lucius 21. §. idem respondit 1. ff. ad municipal. ibi: *Heredes patris propter munera filij, qua post mortem patris suscepit, conveniri non posse.* Quo aperte constat pro muneribus obtentis à filio, dum vivit pater, illum & hæredes teneri, & expressè denotat l. 1. C. de Decurionibus, lib. 10. eis verbis: *Si cum te pater Decurionem esse voluisset, & illo in rebus humanis agente, honor tibi iste debitus est, tenentur quidem etiam hæredes eius Republica: nam in hac parte vice fideiussoris pater accipitur.*

25 Secundò iuvat l. spurij 6. §. pater. ff. de Decurionibus, vbi ad hoc vt pater non teneatur pro filio, cui munus iniunctum, necessarium est illum contradicere, muneris electionem protestari, & prouocare, vt expressè constat contra eius voluntatem ad munus filium admissum, textus ibi: *Prouocavit, & iterum eis verbis: Si quod gestum est, non habuerit ratum civilibus muneribus, pro filio non tenebitur.* Igitur quomodocumque non contradicat, manet obligatus pro filio in potestate.

24 Tertiò. Sed quod plus est, etiam si pater suo nomine appellasset à filij nominatione, adhuc si aliquo modo consensus eius elicitur, vt nominationi assentiret, tenebitur pro ea, ex l. cum appellasse 2. Cod. de filiis famil. & quemadmodum pro his pater teneatur, lib. 10. eis verbis: *Cum appellasse te dicas, ostendis causam ad te pertinere; potueras enim nominato filio tantum contestari, & non consentire oneri ei delato.* Quasi cum suo nomine pater appellat, se grauatum dicat, & grauari nullo modo poterat, nisi prius assentiret filij nominationi tacite, vel expressè. & ideo cum facile posset protestari, & non consentire, nihil proderit postea appellare: quia potius ex appellatione solet induci rati habitio eius, quod antea gestum fuit, se in sententia grauatum quis dicat. l. cum minor 3. §. falsus. ff. rem ratam haberi, & post consensum tacitum, vel expressum nihil ad illum excludendum releuat appellatio, vt interpretatur Platea in d. l. 2. n. 2. & 3.

25 Quartò. Ad idem facit l. patrem 1. C. de filiis famil. & quemadmodum pro his pater teneatur, eis verbis: *tunc enim consentiendo pater ad decurionatum obligatur, si filium in potestate habeas, quasi sine dubio pater, qui expressè non protestatus suo periculo munus publicum filio non conferri ad illius onera pro filio teneatur.*

26 Quintò. Facit textus in l. 1. C. quod cum eo, eis verbis: *Quod si voluntate eius filius Decurio sit creatus, & à Magistratibus tutor constitutus, pater in solidum satisfacere cogitur, cum id onus exemplo cæterorum munerum introductum intelligatur.* Et conducunt verba text. in l. si filia 20. §. hoc amplius. ff. familia eriscunda, ibi, *quia filij onera & munus ipse agnoscere necesse habet.* Et iuvat l. Lucius 21. §. idem respondit 2. ff. ad municipale, ibi: *Eum qui Decurionem adoptauit, onera decurionatus eius videri suscepisse, exemplo patris, cuius voluntate filius Decurio creatus est.* Et ex l. onera, penult. ff. de option. *Onera eius, qui in adoptionem datus est, ad patrem adoptiuum transferuntur. l. si adoptaueo. ff. de precario.*

27 Sextò. Hoc etiam expendo textum in l. 1. C. de precuriculo success. parentum, lib. 10. eis verbis: *Si de proprio suo patrimonio muneris editione tuo nomine pater*

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I I.

tus repromisit, ideoque Sacerdotem se creari impetrauit, onus erogationis commune omnium hæredum eius esse Præses Prouincia non ignorauit. Et de hoc mone- re Sacerdotis consulenda plura, quæ notarunt Lucas de Peña ad eum textum à n. 1. v. que ad finem. Cuiacius lib. 1. respons. Papin. in l. 8. ff. de vacatio. muner. & Pancirol. in notitia imperij Orientalis, c. 105. ad finem. Igitur etiam si nomine filij pater promisit, tamen quia impetrauit filium Sacerdotem creari, ad onus erogationis eius muneris tenetur, & hæc obligatio transit ad hæredes, ita vt ipsi filio, in cuius fauorem creatio Sacerdotis facta, amplius imputari non possit, quam quod pro hæreditaria portione illum contingeret; & ita ex illo textu colligunt Bartolus ibi, Lucas de Peña & Platea, qui n. 1. tradit teneri patrem, si consensit expressè, vel tacite, non contradicendo, vt filius vocaretur ad dignitatem, vel eam procurauit. Ideo similiter in hoc casu quando ad petitionem parentum, vt eorum seruitia compensentur filio à Rege, dignitas Equestris militiæ confertur, debet pater ad onus substituti, & erogationis militaris teneri.

Vnde constat non procedere aliquorum sententiam, qui existimarunt iura supra expensa procedere specialiter in decurionatu fauore Republicæ, & vt ea salua sit ex administratione filij, pater pro illo teneatur, vt ex Papiniano tradit Vlpianus in l. 3. §. fin. ff. de peculio, ibi: *Quoniam Rempublicam saluam fore pater obstrictus est.* Et ex Iuliano idem Vlpianus in l. 1. §. fin. ff. de Magistr. conueniendis, eis verbis: *quasi Rempublicam saluam fore permittat, qui dat voluntatem, vt filius Decurio crearetur, vt doctè considerat D. Amaya ad libros voluminis, in l. 1. C. de Decurionibus, lib. 10. n. 3. qui eam etiam rationem adiungit, quia cum patris & filij eadem & vna persona censetur, l. fin. C. de impuberum, electo filio, patre consentiente, censetur ipse pater electus, & debet manere obligatus, ac si ipse eligeretur, præsertim cum filius familias nulla bona habeat, & in dignitate decurionatus propter varias causas Decurio ad damna obligatur ex mala administratione, ideo congruum fuit, vt pater, cui omnia quæ sita & commoda per filium familias adquiruntur, ad incommoda etiam vocaretur, & ideo quasi fideiussor pro filio haberetur, d. l. 2. ad municipale.*

Sed hæc traditio & limitatio ad solum munus decurionatus prorsus reiicienda; quia eadem ratio, quæ in illo consideratur, ob fauorem Republicæ, procedit etiam in omnibus, quorum administratio, vel exercitium publicam vtilitatem contingit, vt ex illius fauore pater, qui pro filio dignitatem petierit, vel eius electioni consensit expressè vel tacite, non contradicendo, vel protestando teneatur pro filio ad onera officij, & dignitatis, vt in sacerdotio procedit, l. 1. C. de periculo successor. parent. & generaliter in omnibus muneribus publicis loquitur l. Lucius 21. §. idem respons. 1. ff. ad municipale, ibi: *propter munera filij;* & ad omnia muneris vltra decurionatum extendi denotat aperte vers. hoc responsum, post d. §. idem respondit, vbi postquam regula vniuersalis proposita, vt propter munera publica, quæ in vita patris filius familias obtinuerit, & gesserit, hæredes patris teneantur. Postea subiungit: *hoc responsum, & ad eum pertinet, qui à patre Decurio factus, post mortem patris munera suscepit, quasi in vita patris, licet Decurio factus, cum administrationem non suscepisset, sed morte patris, ex quo ille administrationi non consensit, nec posset iam mortuus illam contradicere, ideo eo casu hæredes non tenentur, & illa verba, hoc responsum, & ad eum pertinet, quibus extenditur, quod generaliter antea tradiderat adiectione illa &, quæ ponitur inter diuersa, vt notatur communiter in rubrica ff. de liberis*

liberis & posthumis. & in rubrica C. de seruitutibus & aqua. Denotat generaliter in omnibus muneribus publicis responsum specialiter exprimi in decurionatu, tum idem comprobatur ille textus *in princ.* ubi filius curator frumento comparando nominatus, ut pater non teneatur, debet & inuito fieri nominatio, textus ibi, *inuito patre.*

20 Sed id etiam comprobare videtur *l. filius 7. ff. de administr. rerum ad civitatem pertinentium*, ubi generaliter traditur in quocumque Reipublicæ Magistratu patrem teneri pro fisco, si voluntate patris Magistratum gesserit, & iuvant verba *l. 1. C. quod cum eo*, ibi, *exemplo ceterorum munerum*, quæ ultra decurionatum loquuntur in tutela: nam pro ea, quæ filius administrat, pater tenetur, ut etiam probatur expresse *l. filius 8. ff. de tutelis*, & aperte in aliis pluribus muneribus, & in quocumque, quod ad Rempublicam pertinet, idem admittit *l. 2. ff. ad municipal.* ibi, *quidquid in Republica filius gesserit*, & generaliter in aliis pluribus casibus exempla proponit, & ad finem, si filius non dederit idoneos tutores, quia tunc pater ut fideiussor pro filio obligatus censetur, & in omnibus muneribus publicis patrem pro filio, si non contradicat eius electioni, obligatum esse, ex Iasone *lib. 3. conf. 27.* & Boerio *q. 2. 17. num. 11.* qui loquuntur in filio custode carceris, tenuit Menochius *lib. 2. de arbitrar. casu. 345. n. 8.*

21 Et ratio ipsa, quæ in decurionatu militat, ne Respublica fraudari videatur, cum filius familias bona non habeat, de qua supra generaliter, in omnibus procedit, & publica utilitas, maximè in hoc casu, locum habet; quia hoc quod est Regem ad bellum comitari, Patriam defendere, & implere munus Ordinum militarium, nihil est, quod magis ad publicam utilitatem pertineat, & ne illa fraudetur, debet pater pro filio ad substituti erogationem, & sumptus manere obligatus; præsertim quia pater in his casibus pro fideiussore filij habetur, *d. l. 2. ff. ad municipalem*, & decreto Regis nostri cautum est, ut omnis qui post illum ad Ordinem militarem admitteretur, fideiussorem præstaret de proficiscendo ad bellum, vel si impeditus fuerit, substitutum suis expensis subrogare; & ideo pater, qui à iure fideiussor pro filio habetur, in dignitate substituti expensas præstare cogendus.

22 Septimò. Quia licet pater bona beneficij habuerit, si illa non sufficiant ad expensas substituti, vel solvenda onera, & erogationes dignitatis, ex suis bonis solvere pater debet, quia insolidum pro filio tenetur. *l. filius 8. ff. de administr. rer. ad civit. pertinent.* eis verbis: *filius familias volente patre Magistratum, si gesserit, Iulianus existimabat insolidum patrem teneri in id quod eius nomine Reipublica abesset.* in quo breuiter sunt explicanda plura iura, quæ hoc implicare videntur; nam *l. 1. C. quod cum eo*, videtur congruere, dum tradit insolidum patrem teneri pro filio, qui tutor constitutus. Et in eodem casu idem traditur *in l. si filius 7. ff. de tutelis*, ubi filio tutore facto, si pater agnouit tutelam, vel approbavit, aut eius consensu administratio tutelæ gesta, insolidum tenetur pater pro filio. Et idem probat *l. 2. ad fin. ff. ad municipal. l. 1. Cod. de Decurionibus lib. 10.*

23 Hæc tamen & nostram sententiam impugnare videtur. *l. licet 3. §. fin. ff. de peculio*, ubi cum filius familias Decurio factus esset, & in Duumviratu pupillo tutorem dedit (nam ex Decurionibus Duumviri eligebantur. *l. rescripto 6. ff. de mun. & hon. l. honores 7. §. is qui. ff. de Decurionibus*, iuncto Pancirolo de *Magistr. municipal. c. 8.*) & filius familias non curavit fatidari rem pupilli saluam fore, & in quæstione quatenus pater pro filio teneretur, tradit IC. de peculio tantum teneri, etsi eius voluntate Decurio factus sit.

Et suffragari videtur textus *in l. Lucius 21. ff. de administr. tutor.* ubi contra patrem pro tutela, quam filius administravit, solum datur actio de peculio, vel de in rem verso, idque etiam si ex scientia, & consensu patris filius tutelam administravit. Et apertius idem comprobatur *l. 1. §. fin. ff. de Magistrat. conveniendis*, ubi si filius Magistratus factus, & populo caueri non curaverit, vel non idonee cautum, pater non amplius pro tutela, quam de peculio tenetur, ut ex Iuliano tradit Vlpianus eis verbis: *sive voluntate eius filius Decurio factus sit, sive non: nam etsi voluntate patris Magistratum administraverit; attamen non oportet patrem ultra quam de peculio, conveniri quasi Rempublicam solam saluam fore promittat, qui dat voluntatem, ut filius Decurio creetur.*

25 Quæ iura invicem pugnantia, ut conciliari possint, notandum est varias interpretationes à Doctoribus assignari ad *d. l. 3. §. fin. ff. de peculio*, cum similibus, ut constat ex D. Pichardo in *§. actiones autem, num. 85.* & seq. *Instit. de actio.* ubi etiam Iason *num. 67.* Cuiacius *lib. 9. questio. Papin. in d. l. 3. §. fin.* Antonius Faber in *Jurisprudencia Papinian. tit. 11. princ. 8. illatio. 45. ad medium. pag. 1000.* qui litteram eius textus violant, & emendant, ut conciliare tentent. Et idem Cuiac. *lib. 13. observation. c. 34.* & in *l. 1. C. quod cum eo*, & *lib. unico responsor. Marcelli ad l. Lucius 21. ff. de administr. tutor.* Gotifredus, & post antiquiores Sicardus in *d. l. 1.* quorum omnium sententias, & emendationes rectè confutat meus Collega D. Franciscus de Amaya in *l. 1. C. de Decurionibus, lib. 10. num. 15. usque num. 25.* Et pro huius rei explicatu dicendum est ex sententia Iuliani, quam in hac quæstione refert & sequitur Vlpianus in *l. 1. §. fin. ff. de Magistr. conveniendis.* Nota verba: *Si filius familias fuit Magistratus, & caueri pupillo non curaverit, aut non idonee cautum sit culpa eius, an, & quatenus in patrem eius actio danda sit, quaritur. Et ait Iulianus in patrem de peculio dandam, sive voluntate eius filius Decurio factus sit, sive non. Nam etsi voluntate patris Magistratum administraverit; attamen non oportere patrem ultra quam de peculio, conveniri, quasi Rempublicam saluam solam fore promittit, qui dat voluntatem, ut filius Decurio creetur.*

26 Cum igitur pater consentiens filij Magistratui solum saluam Rempublicam fore obligetur; ideo pro tutela, quam filius Magistratum gerens, non detulit, vel minus idonee detulerit, non tenetur insolidum, quia id non ad Reipublicam utilitatem, & eam saluam fore pertinet, sed ad priuatam pupilli utilitatem: nam quamvis dicatur Reipublicam expedire, ne quis sua remale vtatur. *§. fin. Inst. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris;* id tamen, ut post Accursium in *d. l. 1. §. fin. de Magistr. conveniendis.* notavit Bartol. in *d. l. 2. ad municipal. n. 7.* quod respicit pupillo rectè caueri, ut eius bona in tuto sint apud tutorem, in consequentiam expedit Reipublicam, sed principaliter ad pupillum spectat, ad quod non obligatur, qui Rempublicam saluam fore promittit. Sed tunc quando officium est autoritate, & utilitate publicum, quod non procedit in tutela, quæ licet sit officium publicum autoritate, tamen est utilitate priuatum, iuxta notata in *princ. Institut. de excusat. tutor.* & post Bartol. cum Platea, Alexand. Rui-no, & aliis notavit Barbosa in *l. si cum dotem. §. transfugiamur. n. 11. ff. solut. matrim.*

27 Et ideo, nisi de peculio, pater non tenetur pro tutela, quia cum peculium destinetur à patre filij obligationibus, sive profectitium, vel aduentitium sit, de quo plurima notavit Donell. *lib. 9. Comment. cap. 5.* cum pluribus, quæ in notatis cumulat Osvaldus, idem Donell. *lib. 15. Commentar. cap. 50.* & communiter antiquiores in *l. 1. ff. eodem*, ex gloss. verb. *acceptis, in l. cum*

Idem oportet. C. de bonis qua liberis, Spino, Chaldas & alij quos D. Pichardus in §. sciendum 6. *Inst. de milit. test.* ideo pater pro filio Magistratu, qui tutorem idoneum non dedit, debet solum de peculio conveniri, siue consenserit, vel non, electioni filij, quia peculium ad filij obligationes destinatum; non vero tenetur infolidum, quia id pertinet solum ad obligationem Rempubicam saluam fore, cui pater consentiendo filium eligi Magistratum, ex sua persona & bonis subiicitur.

28 Et peculium ad filij obligationes pertinere, denotat Donellus *lib. 16. comment. c. 21.* dum tradit filium ex peculio obligatum non posse liberari, si pater accepto rogaverit, sed esse necessarium, ut filius accepto roget, ex *l. an inutilis 8. §. filiusfamilias. ff. de acceptilatio. iuncta glossa ibi*, & quod in textu traditur, *tolli acceptilatio, one honorarias actiones*, est referendum ad actiones de peculio, de in rem verso, & quod iussu. Et illa verba, *cum ipse non sit obligatus*, accipit Donellus, quia pater non est obligatus infolidum, & simpliciter, sed quatenus vires peculij patiuntur.

29 Et similiter explicandus est textus in *l. is cum quo, ff. de condition. indebiti*, ne nobis obstat, quatenus tradidimus, quando contra patrem de peculio agitur, quia ipse pro filio, & dominus pro seruo amplius non tenetur *l. 1. §. fin. ff. de constit. pecun.* adhuc in *d. l. si is cum quo*, soluens pater, vel dominus, ultra peculium repetere non potest. Vnde videbatur eos infolidum teneri pro filio, & seruo; cum tamen in eadem specie traditur in *l. 2. Cod. ne filius pro patre*, posse repetere patrem, & in *l. si quis reum 5. §. idem Iulianus 1. ff. de liberat. legat.* agens de peculio, eis verbis: *patrem enim, & si quis debitorem existimaverit, at tamen loco esse conditionalis debitoris, quem solutum repetere non ambigitur.*

30 Sed tamen nihil nobis poterit obesse. *l. si is cum quo*, quia ipsa quaestio de qua ibi agitur, an repetere possit, denotat non esse obligatum, nec ultra peculium esse debitorem, quasi esset, non dubitaretur, an repetitio locum haberet; & ideo denegatur ibi ultra glossae interpretationem, quam reprobat D. Richardus in §. 1. *Instit. quibus. mod. tollitur obligatio, num. 42.* quia obligatus de peculio ultra eum non soluit errore facti, existimans plus esse in peculio, sed eum iuris errore existimans ultra peculium obligatum esse, quo casu repetitio non datur illi, qui per iuris errorem plus debito solueret. *l. cum quis 10. in princ. C. de iuris & facti ignor. l. error 9. C. ad leg. falcid.* quo modo interpretatur Pichardus *ubi proxime num. 34.* & ultra eum hanc interpretationem ego probo, & confirmo ex *d. l. si is cum quo*, eis verbis: *per imprudentiam plus, quam in peculio est, soluerit, repetere non potest, verbum imprudentiam referri ad iuris ignorantiam & imperitiam, ut dicitur imprudentia Affectoris in l. hoc edito 22. ff. quod quisque iuris, & imprudentia iudicis, in l. si per imprudentiam 5. ff. de evictionib. l. si quis 5. §. si iudex. ff. de obligat. & action. l. fin. ff. de variis & extraordin. cognit. §. ultim. Inst. de oblig. qua ex quasi delicto nascuntur.*

31 Sed ut praedicta recte procedant, necessarium est explicare textum in *l. 2. ad finem, ff. ad municipalem*, ubi in eadem specie, de qua in *l. 1. §. fin. ff. de Magistrat. convenien.* quando filius Magistratus consensu patris electus tutores dare non curavit, vel minus idoneos elegerit, nec pupilli rem saluam fore satis exegerit, vel non idoneum acceperit, tradit IC. *Pater vero ita demum obligatur, sicut fideiussores hoc nomine obligari solent.* & cum fideiussores tutorum infolidum teneantur pro tutela. Et potest eligi cum quo agatur, etsi cum tutore simul, & fideiussere infolidum

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I I.

agi non possit. *l. 1. Cod. de fideiussor. tutor. l. 3. l. fideiussores 12. ff. eod.* Si pater in casu *d. l. 2.* ut fideiussor obligatur, videtur non solum de peculio, ut praediximus, sed infolidum teneri, facit *l. Lucius 22. ff. de administr. tutor.* ubi cum tradiderit IC. patrem pro tutela, quam filius gessit, solum de peculio, vel de in rem verso teneri, exceptionem proponit, si pro filio intercesserit, quia tunc infolidum tenetur. Vnde cum in *d. l. 2. ad finem*, admittatur patrem ut fideiussorem filij teneri, dicendum in ea specie infolidum obligatum teneri.

Veruntamen animadvertendum est in *d. l. 2. in fin. ad municipalem*, non tradi teneri patrem pro filio Magistratu, qui tutorem idoneum non dedit; quasi fideiussorem tutoris: nam tunc infolidum tenetur, ex *d. l. 1. & d. l. 12.* sed quasi fideiussorem Magistratus, & de illo loqui *d. l. ad finem*, constat ex verbis illius textus in *princip. ibi: obstrictus est pater quasi fideiussor filij. & in §. consensisse*, eis verbis: *Proinde quidquid in Republica filius gesserit, pater et fideiussor praestabit.* Et ita ad hanc fideiussionem referenda sunt verba finalia *d. l. 2.* quia de illa in tota contextura agitur, tum quia non dubitatur, an pater in eo casu esset tutelae fideiussor, quia ibi non fuit filius tutor datus, sed Magistratus filius non idoneum tutorem dedit, & ita solum potuit dubitari, an pater teneretur quasi fideiussor Magistratus, quia filium suum eligi consensit, ut ex textu apparet, & hoc praesensisse videtur Accursius, etsi non ita explicuit, in *l. 1. §. fin. ff. de Magistrat. conveniend.* in gloss. *verb. de peculio*, dum tradit: *item contra ad municipalem. l. 2. §. penul. ubi equiparat patrem fideiussori, qui intercessit apud Rempubicam, sed fideiussor nullo modo tenetur; ergo nec pater, ut ibi dicit: Respondere non tenetur pater, ut fideiussor pupilli sui nomine, vel de suo aliquid dare, sed nomine filij, & ut pater, & de bonis filij, scilicet, de peculio, ut hic dicit, licet alij somnient in Parnasso.* Quod accipiendum iuxta praedicta, ut non aliter quam de peculio teneatur pro damnis tutelae, quam filius Magistratum gerens, non recte dedit; quia damnum hoc non principaliter ad Rempubicam pertinet, sed ad pupillum; cum autem verum damnum in administratione muneris ad Rempublicas contingat, tunc infolidum pater tenetur, quia consentiens filium Magistratum creari, Rempubicam saluam fore promisit, & quoad hoc fideiussor habetur, *d. l. 1. §. fin. de Magistrat. conveniend. d. l. 2. §. 1. cum seqq. ff. ad municipal.*

Cui addendum est fideiussorem Magistratus, etiam si in his, quae ad Reipublicam administrationem pertinent, teneatur, hoc est, de damnis, quae ex rebus male per Magistratum gestis Reipublicae noceant; non vero fideiussor tenetur in his, quae culpam, vel delictum respiciunt, *l. unica, C. de peculio eorum, qui pro Magistratibus. dict. l. 2. §. si filius. l. libertus 18. §. fin. ff. ad municipal. l. fideiussores 80. de fideiussor.* & quamvis culpa tribuatur Magistratus, qui minus idoneum tutorem pupillo dedit, vel per negligentiam, aut imperitiam, *l. 1. & toto tit. ff. de Magistrat. conveniend. maxime l. fin. ibi: aut non idonee cautum sit culpa eius. l. fin. ff. de variis, & extraordinariis cognitio.* talem culpam pater praestare non cogitur; nisi peculio tenus, quia fideiussoria obligatio, quae per consentum eius ad dignitatem filij contracta est, Rempubicam saluam fore promisit; non vero privati hominis, id est, pupilli. Itaque tales fideiussores cauent de Republica, non de poena, aut de multa, in quam incideret Magistratus, aut negligentia, aut culpa sua, ex dictis iuribus.

Nec contra esse videtur *l. 1. C. quod cum eo*, quae infolidum tradit teneri patrem, qui filium Decurionem

esse voluit, & postea à Magistratibus fuit pupillo filius tutor constitutus; quia vltra quam diuersa species est, quando filius Magistratus tutorem minus idoneum dedit, vt in iuribus supra expensis, ab eo casu de quo *in d. l. 1.* quando filius ipse tutor constitutus, etiam ibi consensus patris non solum interuenit in electione decurionatus, verum etiam in tutelae constitutione: sic enim accipiendus est textus, vt denotant verba, *quod si voluntate eius filius Decurio sit creatus, & à Magistratibus tutor constitutus.* vnde cum interuenit consensus in vtroque casu: nam, semel Decurio & tutor fuit constitutus, ideo pro tutela insolidum tenetur pater, cum ad vtrumque munus voluntatem accommodauerit, scilicet, & ad decurionatum, & tutelam, & cum tutela sit munus civile, in cuius fideiussione promittitur rem pupilli saluam fore *l. 1. cum pupillus 2. ff. rem pupilli saluam fore,* quemadmodum in fideiussione Magistratus Rempublicam saluam fore. Sic ad exemplum huius muneris introductum intelligitur & illud tutelae, in qua venit, vt res pupilli salua sit, non verò poena, id est, vt fideiussor tutoris teneatur ad ea, quae veniunt in actionem tutelae, quae rem persequitur; non autem ad ea, quae veniunt in rationibus distrahendis, quae est poenalis, in quam non se obligat, sed in causam rei pupilli seruandae, ex quo pater insolidum obligatur in casu *d. l. 1. C. quod cum eo,* ex consensu, quem ad tutelam accommodauit, & hanc interpretationem tradit D. Franciscus Amaya *in l. 1. C. de Decurionibus, lib. 10. num. 27.* veram dicens, & totum triduum in eius meditatione consumpsisse.

35 Vnde venit explicanda *l. si filius 7. ff. de tutelis,* vbi filio tutore constituto pater insolidum tenetur, & distinguendum est: nam si non agnouit filij tutelam, pater solum tenetur de peculio; si verò tutelam agnouit, & approbauit, tunc insolidum tenetur pater, quemadmodum *in d. l. 1. C. quod cum eo.* Nec contra facit *l. Lucius 22. ff. de administr. tutor.* vbi etiam filius familias sciente, & consentiente patre tutelam administravit, solum datur aduersus patrem actio de peculio, & de in rem verso, in quorum iurium concordia valde fatigantur, post antiquiores, Hotomanus *ad l. 1. C. de remiss. pignor.* Cuiac. *tr. 7. ad Africanum, in l. mandasti 46. ff. de negot. gestis.* Anton. Faber *in Iurisprudentia Papin. tit. 12. princ. 1. illat. 16.* Pacius *centur. 5. q. 76.* Donellus *ad rubric. C. quod cum eo, n. 50. & seq.* post Bart. plures, quos refert Barboza *in l. si cum dotem 23. §. transgrediantur, ex n. 8. ff. soluto matrimonio.* Platea, Pyrrhus, Corneus, Albericus, & Cumanus, quos refert D. Amaya *in d. l. 1. C. de Decurion. n. 29. & 30. cum seq.* qui omnium solutiones reprobant, & num. 36. antiquorum differentiam inter tutelam datiuam, & testamentariam admisit: nam in testamentaria tutela fideiussio necessaria non est, quia fides & diligentia tutoris à defuncto approbata, quae non tam ex bonis, quam ex moribus spectanda, textus *in princ. & §. 1. de satisfactione tutorum. l. testamento 17. ff. de testamentaria tutela;* & fides quam de tutore testamentario defunctus concepit, pro vinculo cedit cautionis, vt alias tradit Papinianus *in l. si impuberi 13. §. finali, de tutoribus, & curatoribus datis ab his, & in hoc casu testamentaria tutela procedit d. l. Lucius.* Nota verba *Caium Seium filium familias testamento filio suo tutorem dedit.* Quo casu cum filius tutor testamentarius nominatus cautionis vinculo liberetur, pater tutelae consentiens, nisi expressè cauerit, non tenebitur nisi de peculio, quia non debet obligari plusquam filius, nec ad obligandum patrem eius scientia, & consensus sufficere, vt tradit *ibi* Iurisconsultus, quoniam expressus debet esse animus se obligandi.

Contra verò est in datina tutela, in qua procedit textus *in d. l. si filius familias 7. ff. de tutelis,* vt constat, *ibi. Si filius familias tutor à Praetore datus sit.* quae requirit latitudinem, ne pupillorum bona à tutoribus diminuatur, vel consumantur, vt insinuant omnia iura, quae supra expendimus: ideo necesse fuit eis à Praetore vberius & cautiùs promideri, ne alias si minus idonee pupillo caueretur, Magistratus in subsidium conueniatur, ex titulo *de Magistratibus conueniendis;* pater verò filij tutoris ob tutelam malo à filio administratam, regulariter nisi de peculio non tenetur, nisi pater tutelam agnouerit, quia tunc insolidum tenebitur, vt *in d. l. si filius 7. ff. de tutelis,* quod ex patris consensu & pupillorum fauore inductum, ob quam causam multa in iure admittuntur specialia, *l. penult. §. cum igitur. C. de necessar. seru. heredib. instir. & notat Amaya in d. l. 1. C. de Decurionib. n. 37.*

Quae omnia iura necessarium fuit explicare, vt sine 37 contouersia constet patrem insolidum teneri, quando consensit dignitati filij familias in eis rebus, quae ad publicam utilitatem spectant, vt praeter iura supra adducta, Baetolium & reliquos antiquiores, in eis tenebantur Corneus, Cumanus, Alexander, Ruinus, Palacios Rubios, & alij, quos refert Barboza *l. cum dotem. §. transgrediamur, num. 10. & seq. ff. solut. matrim.* Platea, & Lucas de Peña *in locis supra relatis.* Rodericus Suar. *in l. 2. princ. tit. de comperendinar. §. queritur vlt. terius, num. 10. & 11.* Cuiacius, D. Pichaldus, Donellus & alij, quos refert, idem comprobans D. Amaya *in d. l. 1. C. de Decurionib. num. 2. & per totam,* quibus addendi Iason, Boerius, Decius, Cassaneus, Romanus, Barbatia, & Calcaneus, quos refert Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 345. num. 8. cum seq.*

Quod magis procedit, si consideres quod traditur 38 *in l. 1. §. pro infante. C. de hon. & munerib. non continuand. lib. 10.* vbi tradit tunc pro infante, cui dignitas delata, patrem non teneri, quando infans dignitatem habere non potest, ex ratione ad finem textus, *ibi: Cum ad ea tantum qua mandari possunt, voluntatem dedisse videatur.* & idem probat *l. Lucius 21. §. Imperatores, ff. ad municipal. & ex Codice Theodosiano, Cuiacio, & aliis tradit D. Amaya in d. §. pro infante,* qui inde dubitat de sententia & lectione, *l. Imperatores, penult. ff. de Decurionib. & adeò vrgetur, vt eam non iuterprete- tur, & litteram mendolam tradit, de illaque non agimus, quia nostri instituti non est.*

Igitur si pater ideo excusatur, quia non videtur 39 contentire dignitati, quae filio prohibita est, propter aetatem, quia infans filius erat, inde fit, vt cum Ordo Equestris conferatur etiam infantibus, ex dispensatione Regis in Ordine Alcantarae, & in aliis, quia à Pontifice solet fieri dispensari, vt experientia compertum, pater pro filio infante, qui ad Equestrem Ordinem adsumptus, ad erogationes eius dignitatis debeat teneri.

Octauò denique id confirmatur, quia, vt certum 40 est, pupilli nulla possunt considerari merita, vel seruitia, vt Ordinis equestris insignia & dignitas conferatur, nisi respectu patris, vel ad eius petitionem concessio fieret, & tandem sufficiat patrem videre, & permittere filio eam dignitatem dari, & non contradicere, & protestari, imò potius in sua domo habere, & alere, vt ex eo quamuis absens fuerit, cum dignitas collata sit, videatur approbare, & ratum habere, id sufficit, vt ad dignitatis erogationes, & substituti praestationem teneatur, ex *dist. l. 2. ff. ad municipal. eis verbis: Consensisse autem pater decurionatus filij videtur, si praesens nominationi filij non contradixit, proinde quidquid in Republica filius gesserit, pater vt fideiussor praestabit. l. honores 7. §. ad decurionatum. ff. de Decurionib. eis*

eis verbis : Ita demum pater non consentit , si contrariam voluntatem , vel apud acta Praesidis , vel apud ipsum Ordinem , vel quo alio modo contestatus est . & idem probant l. spurij 6. §. pater. ff. eodem. l. i. C. de filiisfamilias , & quemadmodum pro his parentes teneantur , libro 10. ibi : Consentire autem etiam is videtur , qui non testificatus dissentire nominationi , facit l. si filius 7. ff. de iudicis , eis verbis : Si quidem pater tutelam agnovit , solidum debet teneri . & iterum ibi : agnovisse autem videtur , sine gesserit , sine gerenti filio consensit .

41 Et necessarium est , ut excoletur pater eo invito dignitatem filio conferri , l. filiis 5. C. de Decurionibus. lib. 10. ibi : Sanè si ad nominationem filij consensum non accommodaveris , ob administrationem ipsius minime conveniri poteris . & probatur ex l. Lucius 21. ff. ad municipalem . ibi : Invito patre . l. si filius 3. C. ne filius pro patre , eis verbis : Invito patre Decurio creatus sit .

42 Nec obstat praedictis l. filiusfamilias . §. inuitum . ff. de Procurator . dum tradit , inuitum accipere debemus non eum , qui contradicit , verum eum quoque , qui consensisse non probatur . & idem probat l. inuitum , ff. de servitut. urban. praed. Quia ultra quam in correctioribus codicibus , ibi : Non eum , legitur non tantum eum , & denotat aperte ita legendum text. in d. §. inuitum , ibi : Verum eum quoque , quasi non solum , qui contradicit , inuitus censetur , sed qui non consentit . & ultra id dictionem non , pro non solum accipi multoties in iure , denotant l. non enim 38. ff. ad SC. Trebell. l. ne cum filio 16. ff. de furtis , ubi aperte constat , & ita interpretantur d. §. inuitum , Anton. Augustinus lib. 2. emendatio . cap. 1. Gilbertus Regius lib. 2. enantiophanon . cap. 10. Iulius Pacius lib. 19. Isagog. tit. 4. num. 7.

43 Sed tamen in hoc casu solum eo quod pater non contradicit , videtur consentire , d. l. honores 7. §. ad decurionatum . ff. de Decurionibus . & ideo etiam si pater absens esset , aut ignorans , & postea cognita electione munus agnovit , vel consentiendo , vel non repugnando , argum. d. l. filiusfamilias 7. ff. de tutelis . ex Petro Barbola , Donello , D. Pichardo , & aliis probavit Amaya in d. l. i. C. de Decurionibus . num. 5. Nam , etsi qui tacet , consentire non videatur in praedicialibus , ut ex l. inuitum , ff. de servitut. urban. praedior . notarunt Doctores ibi . Alex. lib. 7. conf. 84. ad fin. Menoch. conf. 573. num. 12. Surdus decis. 302. n. 3. & conf. 349. n. 4. Couarr. pract. 15. vers. quinto deinde . Cassanate conf. 39. num. 23. hoc tamen limitatur favore Reipublicae , pupillorum , & pia causa , ut ex Romano conf. 311. num. 5. cum Socino , Mandelo , & Tiraquello notavit Augustinus Barbola axioma 217. num. 5. quem sequitur Amaya ubi proxime , qui ex eo tradit procedere l. cum ostendimus 4. §. fin. ff. de fideiussor. tutor. ubi fideiussores à tutoribus nominati , si praesentes sint , nec contradicant , tenentur , ac si specialiter se obligaverint , quod ea ratione procedere existimant Doctores , propter favorem pupillorum , & patientiam fideiussorum , & ex Gutterio , Zuñillos , Azevedo , Bobadilla , Auenda 10. Heringio , Farinacio , Morla , D. Pichardo comprobat D. Amaya d. num. 5. & ex Zephala lib. 3. conf. 437. tradit testes approbationis , quos dicimus de abono , minime remanere obligatos , nisi expressè deficientibus fideiussoribus se obligaverint soluturos ; sed limitandum in causis pupillorum & Reipublicae , & ita practicum , & decisum in Pintiana Cancellaria .

44 Et ultra Amayam pro obligatione patris pro filio in hoc casu , ut consentire videatur , notanda , quae ex Decio , Zephala , Campegio , Afflicto , Canetio , Bartolo , Baldo , Camerario , Freccia & aliis tradit Surdus decis. 62. num. 14. ut pater videatur consentire in om-

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I l.

nibus , quae sunt utilitatis filiorum , & consensum trahi ad omnia coniectiva actus , & illi annexa , quis unquam admittere poterit , patrem non consentire dignitati Equestri filij , pro quo regulare est , ut praediximus patrem petere hoc beneficium à Rege , & impetrare , & quamvis absens foret cum filio dignitas Equestris collata , approbavit filium obtinuisse , cum in domo habeat , & viderit deferre Ordinis insignia , nec contra protestatus , quibus addenda verba Stephani Gratiani 1. tom. disceptatio . cap. 166. num. 9. dum tradit patrem obligatum ceteri pro expensis necessariis , quas aliquis faceret pro filio existente in studio . l. sed Iulianus , §. quod dicitur . ff. ad Maced. & iudicet haec verba : Quasi hoc cesserit in illius utilitatem , cum scientia filij sit iustitiae patris , & dignitas unius , gloria , & laus alterius , §. generaliter , in fin. ubi glossa verb. occasionem , Auth. constitutio , de dignitat. gloss. in d. §. quod dicitur , in verb. solebat , in fine .

45 Haec autem omnia , quae iuri consona , ita procedunt , ut pater insolidum teneatur , si bona filij non possederit , quia existentibus bonis filij , primò in eis excussio facienda , ut aperte comprobatur l. i. C. de Decurionibus . lib. 10. ubi loquens cum filio , qui ad dignitatem nominatus , tradit eis verbis : Nam in hac parte vice fideiussoris pater accipitur , sed non ante , nisi suis propriis rebus excussis . Nam etsi regulariter in omnibus fideiussoribus admissum , ut in voluntate sit creditori , quem ex reo , vel fideiussore velit constituere , l. 3. l. iure 5. C. de fideiussor. ante novam constitutionem , Auth. presente . C. eod. de quo plurimos congestit Ovvald. in notat. ad Donell. Comat. cap. 48. litt. I. cum seq. Gutierrez . de iuram. confirmat. 1. p. cap. 23. Attamen in nostro casu cum pater pro dignitate filij , ut fideiussor simpliciter non habeatur , sed pro fideiussore indemnitate , non absolute debitor censetur ; sed conditionalis , si ex filij bonis consequi non possit , quod Reipublicae intersit , ita ex pluribus iuribus Platea , Valenzuela , Hippolyt. de Marfilis , Heringio , Gama , Flores de Mesa , Azevedo , Avilesio , & aliis probavit Amaya in d. l. i. C. de Decurionibus , num. 6. 7. & 8. & hanc obligationem patris ad onera dignitatis filij ex Parisio , Platea , Ioanne Lupo , & Sebastiano Monticulo probavit Paschalius de viribus patriae potestatis 1. p. c. 6. num. 81.

46 Nec obstat quod supra num. 7. & 8. expendimus , patrem non debere pro filio teneri , ex tit. C. ne filius pro patre , ex tit. C. ne vxor pro marito , cum aliis ibi expensis , quia in hoc casu ex sua obligatione pater convenitur , quia permisit filium eligi ad Magistratum , & munus publicum , ex rationibus supra expensis , alias regulariter pater pro filio non tenetur , vel è contra , ex dictis titulis , & l. 2. tit. 29. part. 4. l. 5. tit. 13. p. 5. l. 15. tit. 10. l. 9. tit. 1. p. 7. & quae ex Bartolo , Baldo , Saliceto , Alexandro , Georgio , Mario , Muta , Petro Gregorio , Duñas , Menochio , & aliis pluribus tradit Mastrillus de Magistr. lib. 1. c. 28. num. 16. cum seq. Iafona in §. actiones , num. 67. Inst. de action. Baiard. ad Iulianum Clarum , q. 86. Cavallus resolut. criminal. casu 149. num. 16. & casu 250. Farinacius in praxi delict. 1. p. q. 24. num. 2. & per totum . Gregor. Lopez in dict. l. 2. gloss. 11. Couarr. lib. 2. par. c. 8. Paschalius de patriae potest. 4. cap. 5. per totum , qui omnes tenent patrem nec pro debito , aut delicto filij teneri , & quando pater pro delicto filij , quem officio praeposuit , vel dominus pro delicto famuli , aut serui , videndi Farinacius dict. q. 24. num. 49. & seq. Chaldas Pereir. de extinctione emphyteusis , lib. 4. c. 19. BarBosa in l. si mora 10. n. 38. ff. soluto matrimonio . Menochius lib. 2. de arbitrar. casu 345.



ALLEGATIO CXIII.

Officia duo exercens, pro illis duobus ad onera tenetur.

- 1 Duobus in locis idem ipse stare non potest.
l. si ut certo. §. si duobus vehiculum, ff. commo-
dat.
- 2 Onere duplici quis non debet pro eadem re gra-
uari.
l. navis onusta, §. cum autem, ff. ad leg. Rhodiam
de iactu, §. n. 27.
l. Stricho 36. in fin. ff. de usufruct. legat.
l. Titia cum testamento 35. §. qui inuita, ff. de
legat. 2. §. n. 27.
l. unum ex familia 69. §. si rem. ff. eod.
l. 1. §. interdum, ff. ad l. falcidiam.
- 3 Onera plura eodem tempore quis subire non tene-
tur.
l. si cum dotem, §. si pater. ff. solut. matri-
mon.
- 4 Persona due in eodem considerantur ex diuersis
qualitatibus, n. 5. & 6.
l. si consul. 3. ff. de adoptionib.
Actio & passio in eodem concurrere non pos-
sunt.
l. debitori. C. de pactis.
l. Vranus, ff. de fideiusoribus.
l. 2. ff. de stipulat. seruorum.
- 5 l. tutorem, ff. de his quibus ut indignis.
l. si non subscripsisti. C. de admin. tutor.
l. 1. §. solet. ff. quando appellandum sit.
l. duorum, ff. de operis libertorum.
l. Procuratores, §. si plures. ff. de tribut. act.
c. ex litteris, de probation.
cap. cum in Ecclesiis, de concess. Prabend.
lib. 6.
cap. postulasti, eodem tit.
- 6 Duplex persona in eadem potest considerari.
- 7 Persona eadem potest diuerso iure censi, ex di-
uersis causis.
- 8 Officia duo, licet coniungantur in eadem persona,
retinent suas qualitates.
l. 2. C. de omni agro deserto, lib. 11.
l. si pariter. ff. de liberali causa.
l. si plures, ff. de pactis.
l. alimenta, §. Basilice, ff. de aliment. legat.
cap. cum autoritate, §. licet, de concess. Prabend.
in 6.
- 9 Factum idem ex diuersis qualitatibus duo potest di-
uersa delicta producere.
l. si adulterium cum incestu 38. §. 1. ff. ad l. Iuliam
de adulter. §. n. 20.
l. vim passa, §. prescriptione, ff. eod.
l. 1. C. ad l. Flavianam de plagiaris.
- 10 Salaria duo percipere potest, qui habet duo officia,
si pro quocumque est salarium, & officia non sint
incompatibilia.
l. binos, C. de Aduocat. diuers. iudic.
l. his scholaribus, C. de dignitatib. lib. 12.
- 11 Onus qui sentit, debet commodum sentire, & econ-
tra.
l. secundum naturam, ff. de regul. iuris.
- 12 Plura cui committuntur, plura exiguntur.
l. si mihi & Titio, in princ. ff. de leg. 1.
l. Titius, §. qui Marco, ff. de ann. lega-
tis.
- 13 Artes duas exercens utriusque oneribus subdi-
ciatur.
c. postulasti, de concess. Prabend.
l. legatis, §. si unus, ff. de legat. 3.
- 14 Domicila duo potest quis habere, & in utroque
onera subire tenetur.
l. lex Cornelia, §. si tamen, ff. de iniuriis.
l. eius qui 27. §. fin. ff. ad municipalem.
l. Labeo, ff. eodem.
l. assumptio, §. iuris prudentibus, ff. eodem.
l. 1. C. de municipib. lib. 10.
l. privilegia 6. C. de incolis.
l. 5. tit. 9. lib. 7. Recopil.
Bona possidens in duobus locis, in utroque est colle-
ctandus.
- 15 Fenda duo quis acquirere potest.
cap. 1. tit. de vasallo qui contra constituit. Lo-
tharij.
cap. 1. §. illud 1. de prohibet. feud. alienat. per Fe-
dericum.
Fenda duo habens, eo priuandus, pro quo seruitia
non exhibuerit.
- 16 Lucra duo percipiens, ad duo onera pro illis tene-
tur: beneficia duo obtinens debet utriusque ser-
uire in digniori per se, in alio per substitutum, si
sint incompatibilia.
Concil. Trident. sess. 24. c. 4.
- 17 Dignior semper debet preferri.
- 18 Beneficia duo qui obtinet, debet illorum onera su-
bire, etiam si sint unita; si tamen unio non sit per
viam incorporationis.
- 19 Unio beneficiorum censetur facta sine preiudicio
onerum.
- 20 Seruitia personalia duplicia quando domini à va-
sallis petere possunt.
l. 1. & toto tit. C. ne quis liber inuitus, lib. 11.
l. unica. C. ne opera à collator. exig. lib. 10.
l. 1. & 2. Cod. ne rustici ad vllum obseq.
lib. 12.
Auth. de mandatis Princ. §. illud.
Auth. de collatorib. §. ad hoc iubemus.
Auth. ut Indices sine quoquo suffrag.
l. nunquam, ff. de priuatis delictis.
l. adulterium cum incestu, §. inter stuprum, ff. ad
leg. Iul. de adulter.
- 21 Seruitia alicuius dignitatis censentur realia.
l. cum fundo 36. ff. de seruit. rusticor.
l. cum fundus 13. ff. comm. pradior.
l. finali, §. vltim. ff. de contrah. emptio. & num.
seq.
- 22 Obligatio seruiendi personaliter est mixta.
l. fin. §. mixta, ff. de muner. & honorib.
l. forma, §. is vero, ff. de censibus.
Onus reale transit in exemptos cum re.
c. verum, de foro competenti.
Clerici in Gallia in oneribus realibus eorum sacra-
laribus conueniunt, licet non admissus sit in
Hispania.
l. qui aliena 34. ff. de negot. gestis.
l. unus ex sociis 34. ff. de seruit. rustic. præ-
dior.
- 23 Consiliarij excusati bello personaliter assistere.
l. 7. & 8. tit. 4. lib. 6. Recop.
l. 1. tit. 1. lib. 6. Recop.
- 24 Regis decreta omnino seruanda.
l. final. C. de legibus.
- 25 Vicarij qui habent plures lanzas, pro omnibus
seruire debent.
- 26 Ministeria diuersa quis potest explere per substi-
tutum.

27. Onere duplici grauaturs quis ex diuersis cau-
sis.
28. Feudatarius domino seruitia exhibere debet, quan-
do ex sua causa, vel suorum bellum gerit.
l. illam. 19. C. de collation.
Authent. de non eligendo secundo nubentes. §. cum
igitur.
Authent. de triente & semisse. §. & considera-
mus.

De materia precedentis questionis, utrum
qui officium, & stipendium habet in Aula
regia, & simul Equestris Ordinis fuerit
miles, si teneatur personaliter Regem ad
bellum comitari pro officio & seruitio,
quod circa eum exercet, etiam debeat in
militia Ordinis substitutum prestare.



T qui debet Regem personaliter
sequi ad bellum ob ministerium,
& seruitium, quod exhibet in Au-
la regia, etiam si dignitate Eque-
stris Ordinis condecoretur, com-
pellendus non sit substitutum mili-
tem Ordini Equestri exhibere suaderi videtur; quia
quemadmodum quis stare non potest in loco, in quo
alius stat, ita nec idem ipse in duabus partibus, ar-
gum. l. si ut certo. §. si duobus vehiculum. ff. commoda-
datis, cum ibi notatis, & cum substitutus, vt in alle-
gatione precedenti tradidimus, propter defectum, vel
impedimentum personæ præstetur, cum in hoc casu,
quasi de Regis familia, iste Regem debeat cum per-
sona sua comitari, non debet pro seruitio personali
quod exhibet, amplius teneri.

2. Tum, quia non debet quis pro eadem re, id est, sua
persona, duplici onere grauari. l. nauis onusta 4. §. cum
autem, ff. ad l. Rhodiam de iactu. l. Stichus 36. in fin. ff. de
usufructu legato. l. Titia cum testamento 35. §. qui in
vita. ff. de legat. 2. l. vnum ex familia 69. §. si rem. eo-
dem. l. i. §. interdum. ff. ad leg. Falcid. & ultra ordina-
rios in eis iuribus comprobarunt Federicus de Senis,
Romanus, Decius, Parisius, Alexand. Socinus, Crauet-
ta, Vincentius de Franchis, Menochius, Molina, Pere-
grinus, Surdus, Tuschus, Farinacius, & alij, quos cu-
mulat Augustinus Barbofa axiomate 165. n. 1.

3. Vtcrius, quia idem quod procedit respectu eius-
dem rei, & personæ, etiam locum habet in eodem tem-
pore, vt qui onere plura eodem tempore subire non
teneatur, l. si cum dotem. §. pater matrimonio. Federicus
de Senis conf. 151. num. 4. vers. præterea nemo. Tuschus
pract. lit. O. concl. 137. & facit in terminis consilium
Oldradi 134. vbi cum miles qui à Barone, vasallo Re-
gis Gallia feudum haberet, iuberetur à Rege ad bel-
lum Gasconia personaliter ire, & Barone expeditio-
nem belli, vt Regem comitaretur, fecit expensas, &
ipsi militi indixit certam præstationem pecuniarum
pro illis expensis ratione feudi, cum idem Baro requi-
sisset dictum militem, vt cum eo ad exercitum Regis
Gallia proficisceretur, consuluit Oldradus militem,
qui personaliter, & de mandato Regis ad exercitum
iret, non teneri ad impositionem Baronis pro expen-
sis belli. Vnde si in hoc casu non tenetur feudatarius
Baroni, quia debet mandato Regis obsequi, & cum
suam personam ad bellum exhibeat ad alias expensas
non obligatus, multo magis, qui de familia Regis no-

stri eius mandato ipsum comitari personaliter tene-
tur, non debent obligari ad expensas substituti, vt per
illum deseruiant Equestri Ordini militari.

4. Sed nihilominus contraria sententia pluribus fun-
damentis probatur, vt qui propter seruitium, & sti-
pendium Aula regie tenetur personaliter Regem ad
bellum comitari, adhuc teneatur diuerso respectu, id
est, propter equestris Ordinis dignitatem, substitutum
prestare, qui pro illa deseruiat in Ordinis militia,
quando ipse idem Eques non possit personaliter bello
interesse cum militibus Ordinis. Idque videtur com-
probari, quia in eadem persona duæ & diuersæ perso-
næ considerantur ex diuersis iuribus, & qualitibus,
l. si consul. 3. ff. de adoption. vbi quod magis est actio,
& passio, quæ in vno, & eodem concurrere non pos-
sunt. l. debitori. C. de pactis. l. 2. ff. de stipular. seruior.
l. Vranus, ff. de fideiusoribus. c. vltimo, de institut. D. So-
lorzanus tom. 1. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 21. num. 6. addu-
cens Senecam lib. 5. de benefic. cap. 9. adhuc respectu
diuersi iuris personæ publicæ & priuatæ admittitur,
vt possit Consul, vel præses filiusfamilias apud seip-
sum emancipari, vel in adoptionem dari.

5. Et faciunt vulgaria verba textus in l. tutorem. ff. de
his quibus vt indignis, ibi: Discreta enim sunt iura,
quamuis plura in eandem personam deuenierint, aliud
tutoris, aliud legatarij, l. si non subscripsisti vt fideius-
sor 25. C. de administrat. tutor. l. 1. §. solet, in fin. ff.
quando appellandum sit. l. duorum. ff. de operis libertor.
l. procuratores. §. si plures. ff. de tributor. action. c. ex lit-
teris, de probation. c. cum in Ecclesijs, & c. postulasti, de
concess. prubend. lib. 6.

6. Et in variis casibus hanc personarum differentiam,
& duplicitem in eodem subiecto notarunt Lopus
allegat. 99. ex Coccino, Marta, Tiraquello, Cancerio,
& Rotæ decisionibus in pluribus practicabilibus cum
Bartolo, Abbate, Calderino, Baldo, Castrensi, Decio,
Fulgosio, Romano, Cassaneo, Menochio, Gratiano,
Seraphino & aliis pluribus, probauit D. Salgado de
supplicatione ad Sanctissimum 1. p. c. 12. n. 16. & 2. p.
c. 15. à n. 28. vsque n. 46. & multis etiam probat D.
Solorzanus de Indiar. iure, tom. 1. lib. 2. cap. 21. num. 7.
vsque ad num. 15.

7. Nec obstat vulgare illud axioma, quod eadem res
& persona non potest diuerso iure censerit, quia id
non procedit, quando diuersi respectus considerantur;
tunc enim ex illorum diuersitate in eadem persona ius
diuersum, & consideratio procedit, vt probarunt Ant.
Monach. decis. Florentin. 67. num. 9. Rota apud Fari-
nacium 669. num. 3. 1. p. recentiorum, & Augustin.
Barbofa axiomat. 135. num. 7. & probarunt supra re-
lati. Vnde in eadem persona recte poterit considerari
diuersa obligatio, alia comitando Regem quasi dome-
sticus Aula regie, & propter officij stipendium; alte-
ra, vt miles Equestris Ordinis, vt debeat vtrique sa-
tisfacere.

8. Facit doctrina glossæ, & aliorum in cap. 1. ne sede
vacante, & in l. 1. ff. de legat. 1. vt quando in eadem
persona adiuicem iunguntur duo officia, vtrumque
retinet iura sua, sequitur Bartol. in l. si conuenerit. §.
nuda. ff. de pignoratitia action. Ferrer. vol. 2. conf. 242.
num. 13. D. Valenzuela conf. 69. num. 32. vbi etiam
num. 37. vt quoties considerantur duæ personæ in eo-
dem subiecto, potest vna iuuare alteram, & supple-
re quod in se non habet. l. 2. C. de omni agro deserto,
lib. 11. quemadmodum & vnus homo potest se iua-
re altero, qui per se solus præualere non posset. l. si
pariter. ff. de liberal. causa, l. si plures, vbi Doctores,
ff. de pactis. l. alimenta. §. Basilica. ff. de alimentis legat.
cap. cum autoritate, §. licet enim, de concess. prubend.
lib. 6. ex Bartolo, Benedicto de Plumbino, Hieronymo

Gabriele, Surdo, Igneo, Mynfingero, Baldo, Menochio, Parisio, Gratiano, Rotæ decisionibus, & aliis probauit D. Solorzano *d. cap. 21. n. 13.* vnde duplex dignitas, vel officium, aliud in aula Regis, alterum Equestris Ordinis, non debent confundi, sed vtrumque suam dignitatem, & naturam retinere, vt qui illa simul habuerit, ad vtriusque onera teneatur.

9 Sed & quod plus est, cum in vno & eodem facto diuersæ qualitates intercedunt, non pro vno, sed pro pluribus factis cõsiderentur, vt ex vno delicto ratione diuersæ qualitatis, plura delicta censentur, vt in adulterio cum incestu coniuncto, quia licet reus adulterij remissionem obtinuerit, pro incestu puniri potest, vt ex *l. si adulterium cum incestu 38. §. 1. ff. ad l. Iuliam de adulteriis, l. vim passa 39. §. prescriptione. ff. eodem. l. 1. C. ad l. Flauianam de plagiariis*, & aliis pluribus in Cancellaria Granatenli, me iudice, decisum, & latè per 35. numeros probaui *1. decis. 50.*

10 Maximè, quia ille, in quem concurrunt duo officia, vel dignitates, & pro quacumque est salarium assignatum, potest percipere duo salaria, imò ei debentur, si salarium pro quolibet officio constitutum sit, cum is, qui gerit duo officia, duas personas repræsentet, gloss. in *l. matriculam. C. de agent. in reb. lib. 12. Auth. vt iudicet sine quoquo suffragio, §. illud*, cum Bartolo, Angelo, Iacobo de Beluiso, Menochio, Guillermo Benedicto, & aliis probauit Mastrillus *lib. 1. cap. 21. n. 72.* idque maximè procedit, quando officia non sunt incompatibilia, vt in hoc casu, argumento *l. binos. C. de Advocat. diuers. indic. Couarr. var. resolution. lib. 3. cap. 13. n. 6.* cum Bartolo, Alexandro, Baldo, Capiocio, Platea, Ponte, Alberico, & aliis idem Mastrillus *vbi proximè num. 74. cum seqq.* ex Auilefio, Bobadilla Azeuedo, Sesse, Surdo, Fontanella *decis. 248. num. 8.* ex *l. his scholaribus. C. de dignit. lib. 12.* cum Paulo de Castro, & Caputaquensi, Auendañ. *de exequend. mandat. c. 4. num. 37.*

11 Et cum ex iuris regulis, qui sentit commodum, debeat sentire onus, *l. secundum naturam 10. ff. de reg. iur.* Oldrad. Anchar. Alexand. Menochius, Tufchus, & alij, quos refert Barbosa *axiomate 169. num. 3.* Meritò cum vnus & idem commoda vtriusque officij consequatur, videlicet stipendium pro Aula regie feruitio, & ex hoc personaliter Regem debeat ad bellum comitari, & in Equestri Ordine dignitatem, honorem, & decem millium marapetitorum stipendium, quod dicitur panis, & aquæ, & multi ex Equitibus habeant commendas Ordinis, quarum reditus sunt magnæ quantitatis millium, vel duorum millium, & vltra aureorum militiæ Ordinis, oneri debent subiacere, & saltim si in illa non possint personaliter bello interesse, substitutum præstare. Nam sicut vtriusque officij quis emolumentum habet, ita etiam in vtroque officio onus subire debet, ex pluribus tenet Decius *in cap. ex litteris, de probat. ex num. 67. vsque ad num. 72.*

12 Deinde iurat doctrina Bartoli *in l. si mihi, & tibi 12. ff. de legat. 1.* vt quando plurima iura deueniunt ad vnum, ille solus facere debet, quod poterant plures, & multis confirmat Tranquillus *tract. de nobil. cap. 28. num. 12. & de retractu lignag. §. gloss. 18. num. 21. & sequentib.* Et si plura iura ad vnum deueniant, vnum per alium non confundi, sed vnumquodque manere illæsum, & in suo robore, ex *l. si mihi & Titio, in princ. ff. de legat. 1.* Bartolo, Castrensi, Imola, Alex. Iafone, & Crauetta probauit Surdo *decis. 110. num. 8. & decis. 155. num. 3.* & ex *l. Titius, §. qui Marco, ff. de annuis legat. ex Platea probauit Auendañ. de exequend. mandat. cap. 4. num. 37. vers. Terriò.* Et ex doctrina glossæ *in l. Presbyteri, verb. honoris. C. de Episcop. &*

Cleric. cui plura committuntur, plura exiguntur, probauit Balzar de feud. lib. 2. tit. de pace Constantia. vers. quoniam, n. 9. Thomas Accius *de ludo scaccorum q. 12. num. 74.*

Præterea fauet Romanus *cons. 422. vbi ex cap. postulasti, de concess. præbend. l. legatis. §. si vnus. ff. de leg. 3.* & aliis iuribus, Ioanne Andrea, & pluribus probat vnum exercentem duas artes ligari constitutionibus ambarum & oneribus subiici, quando exercitium vtriusque est separatum & diuersum ab alio, vt in nostro casu, quia valde differunt esse domesticum Aula regie, vel militem ordinis Equestris.

Et addenda est doctrina glossæ, & ibi Imolæ *in cap. omnes Principes, de maioritat. & obedient. vt qui habet duo domicilia & vicinatas, vt quis potest habere, l. lex Cornelia 5. §. si tamen. ff. de iniuriis. l. eius qui 27. §. fin. ff. ad municipal. ad vtriusque onera teneatur, vt ex l. Labeo, l. assumptio, §. iuris prudentibus. ff. ad municipal. probauit Gregorius Lop. in gloss. magna, ad medium, quæ est gloss. 9. tit. 28. part. 3. & ex l. 1. Cod. de municip. lib. 10. l. privilegio 6. Cod. de incolis, notauit Amaya *ad libros voluminis, in l. ciues 7. Cod. de incolis, lib. 10. num. 118.* Et propter bona, quæ quis possidet in alio oppido, quàm in illo in quo moratur etiam in loco bonorum tributa soluere debere, expressè probat *l. 5. tit. 9. lib. 7. Recop. vbi ex glossa, Bartolo, Socino, Deciano, Crauetta, Didaco Perez, & Auendaño probauit Azeued. in dict. l. 5. & quamuis idem in l. 10. tit. 14. lib. 6. Recop. num. 6.* contra Petrum de Antiboli admittat opinionem Egidij, vt qui est vicinus vnus loci, & in alio habet bona, non teneatur ad onera, nisi pro loco, in quo habuerit bona: sed tamen si in vtroque bona habuerit, admittit in vtroque posse collectari. Nota verba: *Neque est quis duplici onere collectandus, vno in ciuitate, vbi degit, alio in ciuitate, vbi bona sita, sed in illo tantum pro bonis ibi existentibus, & in loco vbi vinit, pro bonis ibi possessis per eum.* Igitur dupliciter & in vtroque loco est collectandus respectu bonorum vtriusque, & idem dicendum circa duas, vel plures dignitates, vt omnium onera subire debeat.*

Rurfus, quia cum idem ipse plura feuda ab eodem domino, & à pluribus dominis acquirere potest, *c. 1. tit. de vasallo, qui contra constitut. Lotharij Regis, c. 1. §. illud el 1. de prohibet. feud. alien. per Federicum. Schraderus de feud. 4. p. cap. 3. n. 9.* & si pro quolibet feudo feruitium non exhibuerit, vel canonem nõ soluerit, feudo priuandus: quod aded verum, vt si quis ab eodem domino plura feuda habuerit, & vnicus canonem non soluerit, vel feruitia non exhibuerit, licet aliorum feudorum oneribus satisfaciatur, dubitatur vtrum propter defectum vnus feudi, omnibus, quæ ab eodem domino habet, priuandus. Et verius est, vt solum illo feudo priuari debeat, pro quo soluere cessauit, non aliis, gloss. *in cap. ad Apostolica. §. præter hoc, verb. reprehendi, de sentent. excomm. & probauit Schraderus de feud. p. 9. c. 6. n. 81.*

Sed etiam in terminis nostræ quæstionis probant plures Doctorum traditiones, vt qui duo lucra percipit, ex eis ad duo onera teneatur, vt notarunt Felinus, Ioannes Andreas, & Baldus *in cap. cum olim, de re iudicata, & in specie, vt qui debet ex duabus causis personaliter interesse, debeat in digniori alium substituire, cum ex se non possit eodem tempore inferuire, notauit Gratianus disceptationum tom. 5. cap. 894. num. 23.* vt qui habet duo beneficia, ad vtriusque onera teneatur, in alio ex se, in altero verò per substitutum. Nota verba ibi: *Obrinens autem dignitatem & Canonatum, seu portionem in eadem Ecclesia, an teneatur per se ipsum subire onera vtriusque beneficii, vel satisfaciatur dispo-*

dispositioni Concilij d. sess. 22. cap. 4. in fin. si personaliter deseruiat in Canonatu, seu dignitate: per substitutum verò in portione, non obstante consuetudine contraria Ecclesie, dicendum est, quod debet deseruire oneribus vtriusque beneficii per se ipsum, dummodo sint compatiblea, & eodem tempore non prestentur: nam percipit duplices fructus & distributiones, Ioannes Andreas in cap. cum alium olim, vbi Felinus, num. 1. de re indicata; vnde duplex onus subire debet, & duarum personarum vicem prestare.

17 Ex quo cum incompatibile sit in nostro casu, vt Regem personaliter comitetur ad bellum, & idem in militia Ordinis assistat, debet Regi tanquam digniori personam exhibere: at verò quoad militiam Equestrem Ordinis substitutum prestare.

18 Suffragatur etiam quod tradit Nicolaus Garcia de benefic. 3. part. cap. 2. num. 502. cum sequent. vt quauis qui habet dignitatem & Canonatum in eadem Ecclesia, teneatur personaliter vtriusque onera subire, nec satisfaciatur, si substituatur in vna; tamen quando seruitia ita concurrunt, vt ab eadem persona eodem tempore prestari nequaquam possint, porrò facultatem substituendi in seruitio Canonatus alium Canonicum, qui eo tempore seruitio non sit obstrictus non esse denegandam, quoties impedimentum iustum fuerit, & probat ex declaratione sancte Congregationis Concilij in causa Saguntina, & in alia Abulensi, & vna Burgenfi, & decreto 18. Concilij Compostellani, idque tradit procedere Nicolaus Garcia n. 506. etiam si duo beneficia, quæ in eadem persona concurrunt, sint inuicem vnita, dum facta sit vnio æquè principaliter, nam tunc velut duo beneficia obtinentur, & vtriusque onera prestanda; secus verò cum portio, vel Canonatus vniretur dignitati perpetuè & accessorie per viam incorporationis, quia tunc portio & Canonatus deficit, & eius titulus extinguitur, & sic eius onera dubent cessare. Quod cum in presenti non procedat, quia per se, & separata consistant munera Aulae regie, & dignitatis Equestris, & obligationes per se diuersæ considerantur, ideo vtriusque satisfieri oportebit.

19 Cui conuenit decisio Seraphini 787. num. 4. in nouissimis vitæ, vbi vnione facta Monasterij, vel Ecclesie, adhuc durant onera vtriusque, & ponit exemplum in Dicecesi Burgenfi, quod sequitur, & comprobatur Marta in compilatione decisionum 6. tom. verb. vnio, cap. 46. qui tradit etiam si beneficia vnita sint, adhuc sine præiudicio annata vnionis censeatur.

20 Vterius, etiam si seruitia personalia extra consuetudinem & conventionem à vasallis domini non possint extorquere, l. vnica. C. ne opera à collator. exigantur, lib. 10. l. 1. & 2. C. ne rusticum ad vllum obseq. reuocentur, lib. 12. l. 1. & toto titulo, C. ne quis liber inuicis, lib. 11. Auth. de mandatis Princip. §. illud, Auth. de collator. §. ad hoc iubemus, Auth. vt indices sine quoquo suffragio, in princ. cum Bartolo, Platea, Alexandro, Tulcho, Riccio, Gregorio Lopezio, Baeza, & alijs P. Solorzanus 2. tom. de Indiar. gubernat. lib. 2. cap. 1. num. 26. & 27. & cap. 28. num. 50. tamen respectu diuersorum iurium, vel possessionum duo seruitia, & collectæ eidem personæ componi possunt ratione bonorum, vt supra probauimus num. 13. & vltra notarunt Bartol. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10 Baldus in l. etiam, C. de execution. rei indicata, Roland. val. 1. conf. 3. 2. num. 7. Natta consil. 520. n. 24. Camillus Vistarinus in repetit. l. 1. ff. solut. matrim. num. 177. Cancr. lib. 2. variar. cap. 6. num. 170. & D. Ioann. Solorzanus d. lib. 1. c. 18. num. 3. adducit illud, quod apud Plutarchum Hibicus dicebat Antonio: Si vis duas collectas, da duas messas. Et pluralitas

actum in vno subiecto concurrens non confunditur nec impedit duplicem præstationem operari, l. si adulterium cum incestu, in princip. & §. inter stuprum, ff. ad l. Iul. de adulterijs. l. nunquam, ff. de priuatis delictis. ex quibus in terminis notauit Albericus de Rolatis de statutis, q. 141. num. 4. & addenda quæ supra adduximus num. 8.

Præsertim, quia seruitia ob aliquam dignitatem debita censentur realia, vt notarunt Ilernia, Præpositus, & Afflictis, quos refert Schraderus de feudis 6. p. c. 6. num. 18. qui adducit l. cum fundo 36. ff. de seruitur. rusticor. prædior. l. cum fundus 13. ff. commun. prædior. ideo ratione rei transit onus, vt qui dignitatem habet, reculare non possit, arg. l. fin. §. vltim. ff. de contrahend. emptio. vbi communiter notatur.

Et saltem hæc obligatio inseruendi personaliter in bello, vel dandi substitutum, quando iustum impedimentum est, munus mixtum, & obligatio censeri oportet, quia munera mixta sunt, quæ respiciunt ministeriū personale, & patrimonij, quæ respiciunt sumptus, & erogationes l. final. §. mixta. ff. de muner. & honoribus, & cum dignitate ad quemcumque transferuntur, ex d. l. fin. §. vltim. & quando ratione rei persona grauatur, onus mixtum censetur, Agidius de collectis, num. 8. qui reprobatur Iasonem, qui non reale, sed personale dicebat, & esse mixtum tenuerunt Festus de astim. & collectis, c. 2. num. 52. Guillelmus de Cuneo tract. de muneribus, num. 16. Ferrerus de gabellis, num. 502. & videndi Rolandus, & Natta, quos refert Leo 2. p. decis. Valent. 159. num. 9. & facit l. forma. §. is verò, ff. de censibus, & quæ ex pluribus notauit D. Solorzanus 2. tom. de Indiar. gubernat. lib. 2. cap. 26. num. 12. & hoc casu onus cum re transit, idque etiam si res, cui onus annexum, transeat in exemptum, quia illum etiam tenet & sequitur onus reale. c. verò, de foro competentis, vnde in Gallia practicatur in actionibus & oneribus realibus posse Clericos coram iudicibus secularibus conueniri, quasi magis res ipsæ, quam personæ conueniantur. l. qui aliena 34. ff. de negot. gestis, ibi: Sententia prædio datur. l. vnus ex socijs 34. ff. de seruit. rusticor. prædior. eis verbis: Tamen quoniam non persona, sed prædia debentur, licet non admissum in Hispania, vt tradit Barbosa de iure Ecclesiastico, lib. 1. c. 39. §. 2. n. 107.

Denique: nam si contra admitteretur, videbatur violari dispositio omnium regalium decretorum in hoc casu, ex quibus aperte insinuat, qui à Regis patrimonio, vel liberalitate duo officia, aut plura, vel commoda habet, duplici, & multiplici oneri in militia Equestri subiaceret: vt si Eques Ordinis habeat commendam, etiam si personaliter militiæ intersit, debet pro commenda alium substitutum militem prestare, & expressè etiam decretum est, vt qui duobus Senatibus, vel pluribus inseruierit, pro vnoquoque milite substitutum præstet, & ego qui Ordinis Equestris Diui Jacobi insigni condecoratus, etiam si obtulisset bello personaliter interesse, tamen propter munus publicum, quo in supremo Senatu fungor, cum excusatus sum personaliter in bello assistere, ex l. 7. & 8. tit. 4. lib. 6. Recop. qua excusantur, qui iuste occupati, & expressè Regis nostri decreto excusantur Consiliarij, vt personaliter bello assistant, & debeant substitutum prestare, iuxta l. 1. ad finem, tit. 1. lib. 6. Recopilar. quamuis propter Ordinem Equestrem, substitutum qui pro me deseruiat, exhiberim; tamen propter munus Senatus supremi alium substitutum, & propter Senatum falis, in quo assisto, alterum exhibui, vt tres præstiterim substitutos diuersorum munerum ratione.

Quæ omnia à Rege nostro decreta videntur impro-

bari & contemni, si in hoc casu respectu diuersæ qualitatatis duo onera, id est, feruendi personaliter, & per substitutum, non iniungantur, quod ferendum non est: nam, vt traditur in l. fin. C. de legibus, ibi: *Quis tanta superbia tumidus est, vt regalem sensum contemnere audeat.*

25 Quod vltra regia decreta consuetudine, & experientia comprobatur: nam qui duos maioratus possederit, quibus iniunctum milites, id est, *lanzas*, ad bellum Regi præstare, quamuis ad bellum personaliter Regem comitetur, qui possidet maioratum, adhuc milites præstare debet, & apud Vizcainos, qui certa militaria stipendia possederint, quæ dicimus *lanzas mareantes*, si plures vni conferantur, adhuc, et si ille in classi nauali personaliter assistat, pro aliis stipendiis debet seruitium exhibere per alios substitutos, vt notum est.

26 Nec obstant, quæ contra fuerunt expensa *num. 1. cum seqq.* quia quod traditur non posse vnum & eundem in diuersis locis, & ministeriis assistere, facile excluditur: non enim admittimus, nec requirimus eiusdem præsentiam & personam in diuersis actibus, scilicet Regem comitari, & in ordine per se militare, sed substitutum Ordinis militiæ præstare, quod facile admittendum, vt in exemplis supra adductis.

27 Rursus facilius excludendum vulgare axioma, vt non debeat quis pro eadem re duplici onere grauari, de quo *num. 2.* quippe in hoc casu non grauamus duplici onere Equitem Ordinis militaris domesticum Aulae regie pro eadem re, sed pro diuersis, videlicet, officiis, & muneribus, vt satis probauimus, quo casu ipsa iura, quæ pro contrario expensa, aperte admittunt: nam in l. *Titia cum testamento. §. qui in vita. ff. de legat. 2.* filius hæres institutus potest conueniri actione de dote, vel pro legato, si amplius in actione, quam in legato, vel è contrario continetur, & respectu illius qualitatis diuersæ, duplici subiicitur obligationi, & idem traditur in l. *navis onusta. 4. §. cum aurum. ff. ad l. Rhodiam de iactu.*

28 Denique, nihil contra facit consilium 134. Oldradi, quia diuersè procedit, vt ex illo apparet, & quaestio cui teneretur miles feudatarius obedire, vel Regi qui ad bellum euocauit, vel domino feudi. Tum & miles ad seruitium ibi obligatus erat, non vt pecunias daret ad expensas in bello faciendas à domino feudi; sed quod magis est, feudatarius eo casu teneretur dominum feudi comitari, quando gerit bellum propter se, aut propria, vel suorum causa, sed quando dominus feudi Regis vasallus stipendia ab eo consequitur, vt militet, tunc feudatarius domino feudi seruitia præstare non cogitur, quia hoc nullo iure, nec constitutione cautum reperitur, argum. l. *illam. 19. & ibi Iason, C. de collation. Auth. de non eligendo secundo nubente. §. cum igitur. Auth. de triente & semisse. §. & consideremus*, & cum personaliter interesse non possit miles in casu d. consilij Oldradi, cum à Rege vocaretur, ideo rectè procedit, quod in eo consultum fuit, & quando dominus feudi non gerit bellum pro se, sed stipendiis Regis, non teneatur feudatarius ad seruitia domino exhibenda, in terminis notat Schraderus *de feudis 6. part. capite 6. numero 66.*

ALLEGATIO CXIV.

Princeps potest vasallum innocentem
periculo vitæ exponere pro
communi bono.

- 1 *Innocentem occidere non licet.*
Exodi cap. 23.
Deuteronomij cap. 20. & 24.
Peccatum ex nulla causa faciendum.
c. faciat 22. q. 2.
Apostol. epist. ad Roman. c. 6.
- 2 *Princeps, vel Respublica semper debet ciuem innocentem defendere.*
- 3 *Princeps non habet arbitrium occidendi subditos iniuste.*
Dominium in corpore subditorum Principi non concessum.
Domino non est datum in seruos ius vitæ, necisque, sine causa legibus probata.
l. 1. ff. de his qui sunt sui.
- 4 *Innocens iniuste damnatus ad mortem, potest resistere iudici, & ministris, vt poenam iniustam euadat.*
Carcerem potest frangere, & fugere iniuste damnatus, & carceris custodes occidere, si aliter mortem iniustam euadere non potest.
- 5 *Homo non est dominus membrorum suorum, sed cunctos.*
Homo occidere se non potest nisi iubente Deo.
l. liber homo. ff. ad legem Aquil.
Homo se occidere non potest religionis, vel castitatis conseruanda causa.
- 6 *Actus directe tendens, vt quis se occidat, non potest esse licitus.*
c. non est nostrum 23. q. 5.
- 7 *Christus Dominus noster innocentissimus morti oblati pro redemptione generis humani.*
D. Ioannis c. 11.
- 8 *Manus exponitur periculo vulneris pro defendendo capite.*
- 9 *Membrum putridum abscindendum, ne noceat aliis.*
- 10 *Princeps medicus Reipublicæ censetur, & Medicos debet imitari.*
- 11 *Princeps potest cogere vasallos periculo mortis in bello exponere pro defensione patriæ.*
l. nullus. C. de cursu publico, lib. 12.
l. 3. 4. & 5. tit. 19. p. 2.
- 12 *Obsides dantur pro causa publica, vt si non impleantur promissa, occidi possint.*
c. ex rescripto 9. de iureiurando.
- 13 *Princeps, cum exegerit publica utilitas, poterit promissa, & conventiones cum hostibus factas non implere.*
- 14 *Romani ciues suos hostibus occidendos tradere solebant pro Reipublicæ utilitate.*
Deditionis ciuium Romanorum forma.
Mancinus improbè à Romanis deditus Numaninus.
l. ultim. ff. de legationibus.
- 15 *Mancinus innocens erat, & iniuste deditus.*
Cicero expenditur in oratione pro Cecinna.
- 16 *Ciues sunt Patria debitores, vt periculo vitæ pro ea se exponant, & ad id possunt compelli.*
- 17 *Patria se offerre debet ciuis, vt pro ea moriatur, & plura exempla.*

- 18 Occidere inuasorem pro sui defensione potest quis omittere cum vita sua periculo, quando occidendus est valde utilis Reipublica.
- 18 Principes adeo credebantur domini vite vasallorum, ut ab illis consequi solebant licentiam se occidendi.
- 20 Medici possunt cogi, ut assistant in loco ubi degant, cum vita periculo tempore pestis, ut infirmi curentur.
- 21 Officium suum nemini debet esse damnosum.
l. sed & si quis, ff. quemadmodum testament. aperiamur.
l. post legatum, §. Aduocatum, ff. de his, quibus ut indignis.
l. videlicet, ff. ex quibus causis maiores.
l. inter officium, ff. de rei vindicat.
- 22 Abbas potest iubere Religiosis cum vita periculo, quod pertinet ab bonum Religionis.
Abbas potest precipere subditis & Religiosis, ut tempore pestis infirmis ministrent, etiam cum vita periculo.
- 23 Principem posse ciuem innocentem pro publica vilitate morti exponere, qui tenuerunt.
- 24 Princeps, vel Respublica potest innocentem trahere Tyranno, ut ciuitas non destruat.
- 25 Innocentes pro communi salute occisos esse, exemplis sacra Scriptura confirmatur.
lib. 2. Regum cap. 20.
lib. 4. Regum cap. 11.
Innocentis mors facilius defendi potest ex communi bono, quam circa causam publicam mendacium.
Deus multoties punit innocentes propter nocentes.
- 26 Innocentis mortem permittere ad publicam salutem, non respicit peccatum cooperandi in morte, sed solum Respublicam saluam facere.
Necessitas facit licitum quod aliam non licet.
- 27 Dominos non abuti dominio seruorum publice interest.
- 28 Innocens iniuste damnatus non potest resistere iustitie ministris, si ex eo graue scandalum sequeretur, vel si iudex ex actis nocentem inueniret, licet priuata sciat non deliquisse.
l. si quis seruum alienum, ff. de interrog. action.
- 29 Martialis expenditur.

Princeps, vel Respublica, utrum possit vasallum, vel ciuem innocentem morti certa exponere pro publica vilitate.



FERI id non posse suadet, quia grauissimum peccatum est innocentem morte afficere, Exodi cap. 23. ibi: *Insonem & innocentem non occides.* & Deuteronomij capite vigesimo & vigesimoquarto, probauit Adamus Contzen libro decimo. Politicor. capit. undecimo. §. 4. & circa eius vitam iniuste operari, quia ex nulla causa peccatum faciendum. c. faciat 22. q. 2. Apostol. epist. ad Romanos, cap. 6. ex D. Augustino, D. Valenzuela, D. Solorzanus 2. tom. de Indiar. gubern. lib. 1. c. 15. num. 35.

Et innocentem potius semper defendi oportere, quam mortis periculo exponi, probarunt Molina de

inst. & iur. tom. 4. disputat. 10. num. 6. Lessius de iustit. & iur. cap. 9. dub. 7. Soto lib. 5. de iust. & iure quest. 1. art. 7. qui in terminis loquuntur, ut etiam pro communi vtilitate Reipublica non liceat innocentem mortitradere.

Quia Respublica, sine Princeps & Magistratus non habet ius ad arbitrium suum occidendi, aut mortis periculo exponendi suos subditos. Ratio, quia non competit Reipublica, aut Principi, dominium in corpora subditorum, sicut non licet domino in seruos suos ius vite, necisque potestatis exercere, sine eius iura legibus cognita. l. 1. ff. de his qui sunt sui. Ergo multo minus Princeps, vel Respublica id in homines liberos poterit exercere, quomodo argumentatur Layman 1. tom. Theolog. Moral. 3. p. c. 2. in princ.

Et adeo innocentis mors vitanda, ut si quis iniuste damnetur ad mortem, possit resistere iudici, & iustitie ministris, D. Thom. 2. 2. q. 65. art. 4. Sotus lib. 5. de iust. q. 6. art. 4. D. Couarr. lib. 1. variar. cap. 1. num. 13. Syluester in summa verb. accusatio. q. 16. & ex Luca de Pena, Hippolyto, Puteo, & aliis tradit Couarr. ubi proximè, iniuste damnatum ad mortem, qui aliter non potest euadere pœnam iniquam, posse licite, ut se tueatur, custodes carceris occidere.

Facit etiam, quia homo ipse non est dominus membrorum suorum, nec vite, sed Deus; homo verò solum custos est membrorum & vite. l. liber homo, ff. ad l. Aquil. & ideo seipsum interimere nullo modo potest, nisi iubente Deo, ita ex D. Augustino, D. Thoma, Concilio Bracharensi, Theodoro, Optato Meluitano, & pluribus sacra Scriptura locis probauit Pater Layman 1. tom. Theolog. Moral. 3. p. de iniusta latione corporis, cap. 1. num. 3. Et ex causa Religionis conseruanda non licere alicui sibi mortem inferre, nec mulieri castitatis seruanda causa, Archidiaconus in cap. non est 23. q. 5. quam refert & sequitur Baiardus ad Iulium Clarum q. 68. n. 115.

Et in terminis, ut nec pro salute Reipublica licitum sit se certa, & voluntaria morti offerre, probauit Amescua de potestate in se ipsum, lib. 2. cap. 2. ubi adducit num. 1. Durandum, & Petrum Nauarrum, & num. 11. refert eundem Durandum, Menochium, & Ioannem de Lignano, quasi nullus actus directò ad mortem tendens possit esse licitus, nec per vllam circumstantiam iustificatur, ut ex cap. si non licet, cap. non est nostrum 23. q. 5. ex Diuo Augustino, Soto, Simancha, D. Couarr. & aliis Amescua lib. 1. cap. 8. & pluribus probauit Fagundez in quinto precepto Decalogi, cap. 1. per totum, relatis D. Chrysofomo, D. Augustino, Sancto Thoma, Molina, Lessio, Castro, Turriano, & aliis, nouissimè tenuit Pater Lugo de iust. & iure, disp. 10. sect. 1. num. 1. & sect. 4. num. 105. & 106. Igitur quòd ipsi ciui non licet vitam contemnere, etiam pro Reipublica tutela, multo minus licebit Principi, vel Reipublica ciuem innocentem exponere certa morti.

Sed tamen contraria sententia, ut liceat Principi, vel Reipublica vasallum & ciuem innocentem pro salute communi omnium, & publica tutela morti exponere, pluribus comprobatur, & eo maximè. Primò, sicut Deus innocentissimum & inculpabilem Christum filium suum pro redemptione generis humani acerbissima morti exposuit, ut deleteret, & lueret omnium peccata, ipseque Christus volens se obtulit, ut nos saluaret, & denotat illud Ioannis c. 11. *expedit vobis, ut vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat.* Nam quamuis dictum ab improbo Pontifice Caïpha; tamen ut traditur in Euangelio, *semetipso hoc non dixit, sed prophetauit,* & omnium sanctorum Patrum communis sententia est

- ex littera sacra ab Spiritu sancto illam sententiam proferri.
- 8 Secundò facit, quia sicut manum exponimus periculo ad protectionem, & conseruationem capitis, si ei vulnus imminet: ita etiam potest exponi ciuis, qui est membrum Reipublicæ, ad eius & Principis tutelam, salutem, & incolumitatem publicam consequendam, vt tradit D. Thom. 1. par. 9. 6. art. fin. Ioannes de Terra Rubea in tractatu contra rebelles, artic. 32. vers. 1. Calistus Ramirez in tract. de lege Regia. §. 31. n. 13. & de obligatione membrorum protegendi caput cuiusdam Poëtæ carmine refert Petrus Andreas Cannonherius *Aphorismorum Politicorum Hippocratis*, pagin. 213.
- 9 Tertiò suffragatur, quia sicut homo, quamuis non sit dominus membrorum suorum, sed custos, vt nuper notauimus; tamé si aliquod membrum corpori obnoxium esse incipiat, secundum rectam rationem illud abscindit, ac tollit, permittente Deo, ne totum corpus patiatur, aut omninò pereat, vt ex D. Thoma comprobatur Laym. d. c. r. n. 1. vers. assertio secunda. Ergo paritate Princeps, aut Respublica vasallum, aut ciuem vt membrum, ex cuius abscissione communis salus & tutela omnium dependet, poterit morti exponere.
- 10 Quartò, Princeps, qui medicus publicæ salutis censetur, vt ex Leonardo Botallio de *Medici & agrimunere*. Ioanne Langio, Alberto Galeoto, Pótano, & aliis probauit Petrus Andreas Cannonherius, facta cõparatione de Medico ad Principem, ad l. 1. *Aphorismorum Hippocratis*, in medica, & politica interpretatione, pag. 445. Quemadmodum peritus Medicus secat, & vrit membrum pro totius corporis salute, ne eius contactu pereat: ita etiam Princeps qui ex suo munere subditorum salutem mederi tenetur, & publicæ vtilitati studere, poterit vasallum mortis periculo exponere, & illud membrum abscindere à Republica pro illius tutela.
- 11 Quintò. Ita etiam Princeps potest cogere omnes vasallos vt in bello periculo mortis se exponant pro defensione patriæ, l. nullus. C. de cursu publico, lib. 12. l. 3. 4. & 5. tit. 19. p. 2. sine sit bellum defensiuum, vel offensiuum, dum iustum sit, vt ex Bañes, Gregorio de Valentia, Leonardo Lessio, Amescua, Martienzo, & aliis probat D. Solorzano 2. tom. de *indiar. gubernat. lib. 1. c. 13. num. 63*. vbi adducit plura testimonia sacre paginæ, *Genes. c. 14. & lib. 1. Regum c. 23. 25. & 26. & lib. 2. cap. 10. 11. 12. & 18. & lib. 3. cap. 15. 16. & 20. & lib. 4. Regum cap. 3. lib. Iudith. cap. 15. & 20. Zacaria cap. 14. Osee cap. 10. Machabeorum lib. 1. cap. 1. 3. & 4.* vbi in decem casibus, bellum motum & ad id populum compulsum fuisse videmus.
- 12 Sextò. Ex eadem publicæ vtilitatis ratione procedit, vt pro fœderibus Regni, aut alia causa, quæ publicum statum conducit, obsides possint & soleant hostibus vasallos, & ciues à Principe, & Republica dari, vt cap. ex rescripto 9. de *inuisurando*. Hostiens. Panormitano, Imola, Baeza, D. Conarr. Osvaldo, Paulo Iouio, Marta, & alijs pluribus satis probauit 1. *pedicif. granatens. 9. num. 1. 3. 4. & seq. vbi n. 7.* ex Halicarnasseo, Sabellico, Pichardo, & alijs pluribus probauit in obsides vitæ, necisque potestatem concessam illis, quibus obsides tradebantur, nisi pacta & conuentiones seruarentur, quasi ita dicti, vt ob fidem seruandam dati essent, occidere permissum, nisi promissa implerentur.
- 13 Et cum ob publicam vtilitatem liceat Principi promissa hostibus, & conuentiones cum eis factas non adimplere, Menoch. *consil. 307. n. 41.* vbi rectè & pluribus probauit quantum Principi liceat propter Regni commune bonum, & subditorum vtilitatem, & probat idem Menochius *consil. 102. 156. 181. 241. 250. 264.*

403. 411. 426. 721. & 724. Vnde consequenter colligi videtur posse Principem & Rempublicam vasallum, seu ciuem innocentem pro publica salute morti tradere, cum non impletis fœderum conuentionibus obsides detinentium arbitrio & morti subiiciantur.

Septimò, id similiter suadet consuetudo illa, quam 14 Romani in tua Republica obseruare consueuerunt pro expianda religione iuramenti, quod non impleuerunt ciues, & Consules hostibus dare, & tradere, vt illos, si vellent, occidere hostes possent, & per faciales deditio exequabatur, vt Sp. Posthumius, & Iulius Veturius Consules traditi Samnitibus, & nudi, vincitque hostibus dederentur, & formam deditio nis, & Cornelij Aruinæ facialis verba post alios refert Sabellicus lib. 5. *Ennead. 4. ibi: vt populus Romanus impio sit scelsre solutus, hostes homines vobis dedit.* Et Mancini deditio nostris Numantinis facta, quia à fide, & conuentione cum Hilpanis inita Romani descuerunt, refertur in l. *ultim. ff. de legationibus*, & eius mentionem fecerunt Titus Liuius lib. 54. & 56. Cicero lib. 3. *de offic. & lib. 3. de Oratore*, Florus lib. 7. *epit. 56.* Velleius lib. 2. Amianus Manilius lib. 14. Sabellicus lib. 4. *Ennead. 4. & lib. 4. exemplorum c. 7.* Preculphus tom. 1. *Chronicon lib. 6. cap. 3.* Pancirolus lib. 3. *var. lection. cap. 44.* Rosinus lib. 3. *antiquitat. Romanor. cap. 9. vers. cum maximas*, vbi refert: prædictiones Mancino factæ, ne ad Numantiæ expugnationem profilirent. Ex nostris Episcopus Gerundensis lib. 7. *Paralip. Hispan. Marian. lib. 3. de rebus Hispan. c. 7. 8. & 10.* Pineda, alios referens, lib. 9. *Monarchia c. 15. §. 6.*

Hi enim omnes, qui in similibus traditionibus pro 15 Republica dediti innocentes erant; quia quod in pace, vel fœderibus fœderant, vtile fuit Reipublicæ Romanæ, vt ex Authoribus supra relatis aperte cõstat: sed quando à periculo Romani enaserant, & ipsis conduceret pacem, vel fœdera violare, deditio ciuium eorum periculum, vt piaculum falsæ Religionis, & fidei exhibebant & latè notauimus in d. *decis. 9. à n. 52. vsque 61.* & innocentes esse illos quos in hoc casu hostibus dederunt, inde colligitur, quia nulla capitis minutione notantur, nec ius ciuitatis amittebatur, vt de Mancino refert Cicero in *oratione pro Cecinna, ad finem*, eis verbis: *Quid? quem Pater Patratus dedit, aut suus populus, quo iure amittit ciuitatem? Vt religione ciuitas soluatur, ciuis Romanus traditur, qui cum est acceptus, eorum sit, quibus est deditus, si non accipiunt, vt Mancinum Numantini, retinet integram causam, & ius ciuitatis.*

Octauò. Adedò Reipublicæ debitores esse ciues, vt 16 pro communi bono Patriæ ad fœdera faciendâ, aut aliud quod omnium incolumitatè respiciat, Princeps vel Respublica, qui in ipsos potestatem habent, aliquos ciues tradere possent, & periculo vitæ exponere pro tutamine aliorum, & huius periculi subeundi pro Patria ciues debitores sunt, vt tradit Diuus Thom. 2. 2. q. 70. art. 3. quod ex Tannero, Bannez, & Filliocio comprobatur doctissimus Pater Diana tom. 5. *resol. moral. tract. 4. resol. 23.* statuens nõ solùm posse hoc à Principe, vel Republica vasallo, aut ciui præcipi, sed etiam illum cogere, adedò vt si ciuis obtèperare recuset, poterit vt nocens puniri & occidi; quia Respublica ad quoduis debitum & virtutis officium potest subditum ciuem cogere, & ante Dianam tradiderat Laym. 1. tom. *Theolog. moral. 3. p. tract. 2. de iniusta latione corporis. c. 1. n. 4.* ibi: *quod ipsum Respublica, vel Princeps non minus, quàm alia virtutum officia præcipere poterit, si ille postea recuset, nocens iam esse incipit, vt veluti contumax ac rebellis morte affici possit, dummodo spes nulla supersit, quamuis cum multorum sanguine Rempublica*

nam liberandi. Et addenda sunt verba Socratis de Patria debita obedientia, retulit Plato in *Catone*, ibi: *ac siue mandaueris te verberari, siue in vincula conisci, siue in praelia miseris, ad vulnera excipienda, mortemque subeundam, parendum est omnino.*

- 17 Nonò facit: quia non solum debet ciuis & vasallus obtemperare Principi, aut Reipublicæ, qui illum exponit periculo, sed etiam pro omnium salute caput suum deuouere, & se morti offerre, vt fecerunt plures, Brut. Decius, & alij plures, quos referunt Valer. Maximus *lib. 5. c. 6.* & Bapt. Fulgos. *eod. lib. 5. c. 6.* & de Aristodemo Mefeniorum Rege, qui filiam suam pro patriæ salute occidit, & seipsum postea interemit, vt refert Pausanias in *Mefeniis*. Et de Codro Rege Atheniensium tradit Herodotus. De Risace refert Polienus *lib. 7.* & idem de Lælio Pratore vrbano, & de Deciiis patre & filio tradit Frontinus *lib. 4. Historia c. 5.* Alia exempla refert Amescua *de potestate in seipsum, lib. 2. c. 2.* eorum qui pro patria se morti obtulerunt, & relatis Turriano, Lessio, Azorio, Maldero, Soto, Valentia, Bañez, Aragonio & Salonio, Lorca, & Baccano tenuit R. P. Diana *d. tom. 5. resolut. 23.* Itatens, *ciuem innocentem teneri se tradere Tyranno id postulanti pro salute Patrie, qua alia ratione salua esse non possit, non solum quia tenetur quisque pro bono communi Reipublicæ etiam temporali mortem oppetere, sed etiam, quia alias hoc ipso satis incipit esse perniciosus ciuis, & causa moralis interitus ipsius Reipublicæ.* De quo etiam dubitet Amescua *d. lib. 2. de potestate in seipsum, c. 2. n. 11.* cum seqq. vbi contrariis argumentis respondit, tamen quod probauimus communitari calculo admissum est, & maioribus fundamentis fulcitum.
- 18 Decimò. Vterius inuat illius dubitationis resolutio, de qua plures Theologi, an si quis ab alio, qui ipsum inuaderet, vitam defendere posset illum occidendo, an possit non occidere, & vitæ suæ dispendium facere, & constituunt, si ille, quem occidere poterat, valde utilis esset Reipublicæ, non debere illum occidere pro defensione sua, etiam si inde vitam amitteret, quia Reipublicæ utilitas præualet, pro qua potest & debet quis vitam suam deuouere, vt ex Eleazaro, Sansone, Cynægyro Atheniensi, Caio Attilio Romano, Horatio Coclite, Leonida, & aliis pluribus cum Herodoto, Liuiio, Dionysio Halycarnasseo, & Valerio Maximo notauit Amescua *dict. lib. 2. cap. 1. num. 16. cum sequent.* vbi quamuis negauerit licere, certæ morti se exponere pro patria, tamen admittit, posse quem periculo etiam proximo se tradere; dum tamen possit esse spes euadendi, & intentio se tuendi.
- 19 Qui etiam notat adeo Principes cenferi dominos vitæ vasallorum, vt soleret antiquitus ab illis consequi, vasallos licentiam se occidendi, quia, vt refert Dion. in *vita Hadriani*, ille dedit veniam Euphrati Philosopho, vt præter infamiam & ignominiam cicutam biberet, iunctis, quæ ex Platone *lib. 9. de legibus*, Cicerone, *1. Tusculani*. Quintiliano *declamatione 4.* tradit Amescua *de potestate in seipsum, lib. 1. c. 3. n. 35.* vbi etiam retulit Massilia coram sexcentis viris causas voluntariæ mortis reddi, & examinari, & ex nostris ad hoc adducit Guillelmum Benedictum in *cap. Rainutius. §. mortuo itaque testatore, el primo, n. 48.*
- 20 Vndecimò, idem confirmat quod de coactione medici spiritualis, & corporalis tradunt Doctores, tempore pestis posse Rempublicam cogere illos, & Magistratus, ne recedant à loco, vbi resident, imò potius, vt assistant ibidem curationi ægrotantium, Sacramentorum & iustitiæ administrationi diligenter incumbant, etiam si verosimiliter contagionis periculum eis imminet, Ripa *de peste c. 7. n. 26.* Nauarr. Emanuel. Ioan. Bapt. Larrea *Allegat. Fiscal. Pars I I.*

Rodrig. Rutil. Benzon. & Amescua, quos pro hac sententia refert D. Solorz. *2. tom. de Indiar. gubern. lib. 1. c. 13. n. 67.* qui inde tradit per totum caput posse Regem nostrum Hispanum cogere Indos ad effossionem & operationem metallorum, & vt se ad eam conducunt, quamuis vitæ periculum, & salutis dispendium ex tali effossione & operatione proueniat, quia publica utilitas illarum Prouinciæ in tali operatione metallorum consistit, non minor, quam in agricultura, & totius Monarchiæ Hispanæ commercium, & vires inde procedunt, cui publicæ utilitati cedere priuatorum incolamitatem congruum est.

Et inde certum est medicum spiritualement, & corporalem, & Magistratum posse cogi non recedere à locis vbi pestis lues serpit, etiam si magnum vitæ dispendium imminet, vt quisque muneribus suis fungatur. Nec poterit argumentum elidi ex eo quòd prædicti teneantur ex officio; medicus spiritualis ad Sacramenta adiministranda, corporalis ad ægrotantium curationem, & Magistratus ad regimen, & iustitiæ administrationem, quippe etiam prædicti teneantur ad quælibet incommoda pro muneris obligatione, & officiorum exercitio, non tamen obligati sunt in euidenti vitæ periculo se constituere, quia non adeò damnosum illis officium suum debet esse, argum. *l. sed et si quis, ff. quemadmodum testament. aperiant. l. post legatum, §. Adnotatum. ff. de his quibus vt indignis. l. videlicet. ff. ex quibus causis maiores. l. inter officium. ff. de rei vindicat. ex Surdo, Moneta, Tulcho, & aliis probauit Valasco axiomatum iuris littera O. num. 15.* sed tamen illud quod est muneri connexum, & pertinet ad salutem communem, non possunt reculare, de quo vltra prædictos videndus doctissimus R. Pater Diana *5. tom. Moralium tractat. 12. resolut. 23. c. 24.*

Facit, posse Abbatem obligare Monachum, vt patreat eius præcepto, etiam cum mortis periculo, quando dirigitur præceptum ad commune bonum Religionis. Ita Caiet. *3. tom. opusc. tract. 9.* & ex Patre Suarez, & Patre Vasquez probat Tamburinus *de iure Abbat. tom. 2. disput. 21. quest. 8. num. 1.* quasi superiores, ad quorum curam pertinet bonum commune sustinere, possint ad illud consequendum quælibet inbere cum periculo vitæ, quæ vt priuati cedere debet utilitati publicæ. Et ideo *ibi num. 3.* ex eodem Caietano, Emanuele, Roderico, Sancio, Suarez, Bonacina, & aliis tradit posse Abbatem tempore pestis præcipere subditis, & Religiosis contagio ægrotantibus, tam in temporalibus, quam spiritualibus cum periculo vitæ ministrent, quia id pertinet ad conseruationem status religiosi, & communis boni.

Duodecimò denique hanc sententiam vt possit ciuis innocens à Principe, vel Republica omnium subditorum salute, & publica utilitate morti exponi, in terminis tenuerunt plures, vt constat ex Molina *de iustit. & iur. tom. 1. tract. 1. disp. 25. n. 1.* agente de Principis potestate, ibi: *Item cum ratio postulauerit, exponere poterit non solum suorum subditorum bona, sed etiam personas pro bono communi.* Et eiusdem sententiæ Sotum, Victoriam, Aragonem, Gabrielem, Vazquium, Lorcam, Agiam, Amescuam, Calistum Ramirez, & Camillum Borgellum refert D. Solorz. *d. 2. tom. lib. 1. c. 13. n. 62.* Adde plura, quæ ad hoc cumulauit Fagundez in *quinto præcepto Decalogi cap. 12. n. 11.* & nouissimè Pater Lugo *de iustit. & iur. tom. 1. disp. 10. sect. 4. c. 5.*

Sed eiusdem opinionis eam sequutus refert Tannerum, Bañez, & Filiucium Diana *tom. 5. Resol. moral. tract. 4. resolut. 23.* & ad idem cumulat Petr. Nauarrum, Lopezium, Cordubam, Valentiam, Lessium & alios

Pater Laym. hoc etiam admittens 1. tom. Theologia moralis, 3. p. de iniusta lesione corporis c. 1. n. 4. dum tradit si Tyrannus ciuitatem certè oppressurus sit, nisi innocens aliquis supplicio tradatur, debet ille hosti postulanti vltro se dedere, & Princeps, & Respublica iungere potest & cogere, vt supra notauimus. Et addit Layman. ex Molina tom. 4. de iust. & iure, disput. 10. in hoc casu malum non esse, si Respublica Tyranno petenti innocentem, statim directè tradat, non vt is occidatur, sed vt Respublica seruetur, cum hoc non sit cooperatio formalis ad homicidium, sed tantum permissio.

25 Vltèrius hoc etiam Insinuat Petrus Greg. lib. 7. de Republica c. 20. n. 40. vbi de Principis potestate tradit, propter bonum publicum posse subditum viuum mortuum facere. Et valde consonat, quod notauit Magister Marq. in Gubernatore Christiano lib. 1. cap. 14. col. 6. pag. 75. vbi probat rectius defendi posse mortem innocentis, quàm circa causam publicam mendaciū; quia si ciuitas ab inimico obsideretur, & ille vt ciuitatem liberam relinqueret, peteret vitam ciuis etiam innocentis, poterat pro salute ciuitatis ille occidi. Et confirmat exemplis sacrae Scripturae lib. 2. Regum c. 20. vers. 22. vbi in vrbe Abelæ caput Sebæ filij Bocti Ioaibo petenti, vt ab obsidione ciuitatis desisteret per murum proiectum. Et lib. 4. Regum c. 10. vers. 7. in vrbe Samaria Duci Iehu, vt eum placarent ciues, septuaginta filios Regis Achab occiderunt, & eorum capita posuerunt in cophinis, & miserunt ad Iehu in Iezrael. Et multoties ab ipso Deo innocentes cum nocentibus puniuntur, vt pluribus exemplis sacrae Scripturae probauit Marquardus in tract. de Indeis 3. part. cap. 12. num. 15.

26 Nec quæ contrà expensa obstare poterunt; quia non negamus iniustum esse innocentem occidere; sed tamen in hoc casu non probamus eius mortem, sed solum permissionem ex causa publicæ utilitatis, vt supra ex Molina notauimus, quia qui ciuem innocentem exponit, & tradit mortis periculo pro salute omnium ciuium, non intendit illum occidere, sed Rempublicam saluari. Nec est cooperatio formalis ad homicidium, sed tantum permissio, & causa incolumitatis Reipublicæ, & salutis omnium subditorum, licitum facit, quod aliàs non esset, vt de necessitate traditur multa ex ea permitti, quæ aliàs iure diuino & humano sunt prohibita, vt ex pluribus iuribus & Doctoribus probauit Augustinus Barbofa axiom. 157. ex quo soluitur difficultas, vt ex nulla causa peccatum fieri debeat, quippe ex Molinae ratione hæc permissio, vt tradatur, & occidatur ciuis pro salute omnium ciuium, non attingere peccatum, nec respicit mortem innocentis, sed Rempublicam saluam facere; multoties enim ab ipso Deo innocentes patiuntur cum nocentibus, ex iustis causis, vt supra animaduertimus num. precedenti.

27 Deinde minus obstabit Principem & Rempublicam non habere potestatem in corpora ciuium; quia diuersum est, quod admittimus, vt permittant exponi ciuem, vt salua ciuitas reddatur: nec hoc pertinet ad potestatem in corpore, sed ad tutelam publicam, vt membrum abscindatur, ne totum corpus pereat, vt notauimus num. 9. & 10. & diuersum longè est quod obiecimur, non licere dominis iniuste in seruos suos seruire; quia ibi excessus consideratur, & interesse Reipublicæ, ne quis sua re malè vtatur, quod aliter in nostro casu procedit.

28 Nec quod de innocente iniuste damnato, vt possit resistere iustitiæ ministris, in aliquo nostram sententiam retardabit: quia ea opinio non procedit, quando grauissimam oriretur scandalum Reipublicæ, vt ex predictis supra num. 4. Dino Antonino. Armilla, Ta-

biena tradit Thomas Sanchez respons. moral. tom. 2. lib. 6. c. 4. dubio 17. n. 1. vbi etiam defensionem naturalem in innocente cedere Reipublicæ utilitati videtur. Et etiam limitat num. 3. quando aliqua iusta causa posset iudicem excusare, veluti si quem priuata scientia innocentem sciebat, tamen ex actis nocens apparuit, potest condemnari, ita iusta salutis publicæ ratio innocentem periculo rectè exponit. Et huic Thomæ Sanchez traditioni alia valde singularis adicienda, vbi ex punitione innocentis liberatur qui nocens fuit, vt in casu, quod ex facto à Rege Carolo II. refert Ioann. Andreas in cap. si verò, vers. publici latrones, num. 33. de pace iuram. firmand. Si pater in crimine quod ei, & filio tribuebatur, crimen fateretur, vt filium liberaret, & pater vltimo supplicio affectus esset; postea verò per liquidas probationes reperiri delictum fuisse commissum à filio iam liberato, amplius pro delicto filium non molestandum, cum satis sit pro eo maleficio patrem pœnam sustinuisse, tradit Sebastianus Tapia in repet. l. fin. C. de impuber. n. 8. & probauit Paschalius de viribus patriæ potestatis 3. p. c. 1. num. 17. qui respondet textui l. qui seruum alienum, ff. de interrogat. action. quæ contrà facere videbatur.

Denique ad rem non pertinet, non posse aliquem se occidere pro salute publica, vel Religionis, quamuis de hoc plures contrà senserint, quos refert Amescua d. lib. 2. cap. 2. Quippe aliud est te morti tradere, etiam ob timorem periculi, vel ob aliam causam, de quo Martialis rectè cecinit lib. 2. Epigram. 62.

Hostem cum fugeret, se Fannius ipse peremit.

Dic mihi, non furor est ne moriari, mori.

Vel parere Reipublicæ, quæ ciuem & membrum eius corporis exponit pro salute communi; quia tunc iam ex Laymanno, & aliis pluribus animaduertimus, ciuem, qui in hoc casu non paruerit, ex innocente fieri nocentem & rebellem, & puniri posse.



ALLEGAT. CXV. & VLT.


Principis quæ sit potestas, vt alterius quæsitum tollat.

- 1 Principis potestas quando limitatur, intelligendum nolle quod iniustum, facere.
- 2 Princeps de potestate ordinaria non tollit contractus & vltimas voluntates.
3. Testamentum 10. C. de testamentis.
Authent. de nuptiis. §. disponit. collat. 5.
- 4 l. si à te. Cod. de pactis inter emptorem & venditorem.
l. si donationem. C. de reuocand. donation.
l. causas 16. C. de donation.
- 5 Rescripta gratiosa Principum in præiudicium tertij non admittenda.
l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico.
l. quoties. C. de precibus Imper. offer.
l. nec filio. ff. de natalibus restituend.
- 6 Contractus & dominia à iure gentium non debent Principis rescripto tolli.
l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure.
Ius gentium idem quod naturale.
§. ius gentium, Inst. de iure naturali.
l. 31. tit. 18. p. 3.
l. omnes. C. si contra ius, vel utilitatem publicam.
- 7 Iura naturalia & gentium sunt immutabilia.

§. sed

- ¶ sed naturalia, Instit. de iure naturali.
 Princeps tollere non potest que sunt iuris naturalis, vel gentium.
 l. 1. de constit. Principum.
 §. sed quod Principi. Institut. de iure naturali.
 l. 2. tit. 1. p. 2. & n. 10.
- 8 Rescripta contra ius tertij non observanda.
 l. rescripta. C. de precib. Imper. offer.
 l. nec damnosa. C. eod.
 l. iubemus. C. de sacros. Eccles.
 l. omnes. C. si contra ius, vel utilitat. publ.
- 9 Pontifices nolunt valere rescripta contra ius partium.
 c. causam que 18. de rescriptis.
 c. rescripta 15. 25. q. 2.
- 10 Hispano iure non admittuntur rescripta contra ius partis.
 l. 31. tit. 18. p. 3.
 l. 1. & totus tit. 14. lib. 4. Recop.
- 11 l. 2. & 3. tit. 14. lib. 4. Recop.
- 12 Princeps ex potestate absoluta non rescindit contractus, nec ultimas dispositiones.
- 13 Potestatis plenitudo est potius tempestatis.
- 14 Principi qui concedunt potestatem ad contractus, & dispositiones testamentarias rescissionem, & num. 15.
- 15 Principi licet ius de futuro tollere.
- 16 Princeps potest novam formam dare in successione iuris futuri.
- 17 Maioratus in iure futuro an possit Princeps mutare.
- 18 Maioratus consentiente possessione an possint à Principe mutari.
- 19 Princeps dato cambio successoribus, an mutet maioratus.
- 20 Pontifex potest suspendere vacationem beneficiorum.
- 21 Princeps an possit legitimare illegitimos in præiudicium legitimorum.
- 22 Princeps potest mutare maioratum qui fieret ex donatione regia.
 l. qui fundos. C. de omni agro deserto, lib. 11. & num. 47.
- 23 Donationes que ex regio Patrimonio procedunt, possunt ex eius voluntate reuocari.
 l. 15. tit. 10. lib. 5. Recop.
- 24 Donatio que post unum alteri fit, quamvis in primo non potest reuocari, an possit in secundo ante acceptationem.
- 25 Maioratus factus ex regia facultate, an possit à Principe mutari.
- 26 Decisum pro absoluta potestate Principis in maioratus mutatione.
- 27 Clausula Ex certa scientia, & plenitudine potestatis, quid operentur ad reuocationem maioratus.
- 28 Opinio que fuerit probabilis, sufficit pro iustitia rescripti.
- 29 Presumitur pro iustitia eius, quod Princeps concessit, ut non admittatur probatio in contrarium.
- 30 Opinionem probabilem inducere potest quod à Consiliariis doctis Principis consultitur.
- 31 Maioratus conuersus ex causa matrimonij prohibetur.
 l. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. expenditur.
- 32 Consuetudine an possit Princeps inducere, ut mutet contractus, & ultimas voluntates.
 c. per venerabilem, qui filij sunt legitimi.
- 33 Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.
- 24 Facultates ad obligationem rerum maioratus consuetudine admittuntur.
- 35 Consuetudine violari non potest quod iuris naturalis, vel gentium.
 l. 5. tit. 2. p. 1.
 Consuetudo rationabilis esse debet, nec valet contra ius naturale, vel gentium.
- 36 Rescripta quibus admittitur dominium, vel facultas testandi sunt contra ius gentium, & iniusta censentur.
 Domina, & libera eorum dispositio sunt iuris gentium.
 l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure.
 l. 30. tit. 18. p. 3.
 l. 2. tit. 1. p. 2.
- 37 Populi salus suprema lex est.
 Princeps ex causa que publica utilitatis principaliter potest alicui dominium adimere.
- 38 Princeps ex causa, que respicit priuatam utilitatem, non potest contractus rescindere, vel testamenta.
- 39 Litibus finem imponi publice interesse quomodo accipiendum.
- 40 Princeps ex causa, que illi iusta videatur, potest dare facultates, ut bona maioratus hypothece census supponantur.
- 41 Regis Henrici clausula testamenti potuit dispositiones maioratum mutare.
 l. 11. tit. 7. lib. 5. Recop. & n. 46.
- 42 Publicam utilitatem respicere debet regendi ratio.
- 43 Facultates que dantur in consilio Camera ad obliganda bona maioratus defenduntur.
- 44 Alienationis rerum maioratus prohibitio procedit à iure civili.
- 45 Princeps que iuris civilis disponere potest, & defensiones & exceptiones illius tollere.
 l. si quis 3. §. si is pro quo, ff. quod quisque iuris. §. 2. Instit. de fideicommiss. heredit.
- 46 Princeps ex l. generali potest iuri tertij inferre præiudicium.
- 47 Maioratus ab ipso Rege ex bonis suis in fauorem priuati factus potest ab illo mutari.
 l. qui per fundos. C. de omni agro deserto, lib. 11. & num. 23.
- 48 Facultates quibus capitula matrimonialia confirmantur, ex quibus diuiduntur, contrahentium maioratus defenduntur.
- 49 l. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. explicatur, & num. 32. 50. 51. & 52.
- 50 Lex poenalis & correctoria non extendenda.
 Matrimonij capitula obseruanda.
 l. diui. C. de natural. liber.
 l. 24. tit. 11. p. 4.
- 51 Legis extensio ex identitate rationis magis comprehendens, quam extensio dicenda.
- 52 Legum difficultas indiget regia declaratione.

De Principis potestate, an locumbabeat circa derogationes contractuum, & mutationem ultimæ dispositionis, & fundationes Maioratum.

 M agimus de Principum potestate, non intendimus illam impugnare, quasi non possit, sed ut nolit, quia semper Principes que iusta fuerint, videntur disponere, & sua potestatis vim ad iuris regulas reformare, ne tertio nocere possint, & suis

rescriptis enuntiant mandata, quæ iniuriam irrogant, non adimplenda, de quo vide plura, quæ circa hanc rem, & quando possit agi de summi Pontificis, & Principum sæcularium potestate, ego notavi 1. part. decis. Granatens. 8. n. 1. per totum.

2 Et primò, vt non possint, vel nolint Principes ius acquisitum ex contractibus subditorum, vel dispositionibus testamentariis rescindere, probatur, non solum iure communi, sed etiam nostro regio, quibus omnibus iuri tertij Principè nolle derogari testantur.

3 Facit l. si testamentum 10. C. de testamentis, vbi expressè traditur, si testamentum iure factum sit, & hæres sit capax, autoritate rescripti nostri rescindi non oportet. & iuuat vulgaris regula in Authentica de nuptiis. §. disponat, collat. 4. vt dispositio testantium, vt lex habenda, & addit eis verbis: Nec si sacram impetret formam, quod nobis aptissimè conuenit.

4 Secundò etiam in contractibus expressè docetur, l. si à te 7. C. de pactis inter emptor. & venditor. eis verbis: Si à te comparauit is, cuius meministi, & conuenit, vt intra certum tempus soluta fuerit data quantitas, sit res inempta, remitti hanc conuentionem rescripto nostro non iure petis. l. si donationem 3. C. de renouanda donationibus, ibi: Si donationem iure fecisti, hanc autoritate rescripti nostri rescindi non oportet.

5 Quod etiam similiter procedit in gratiis Principum, & rescriptis, vt ex illis nolit præiudicium inferre tertio, vulgaris l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. l. quoties. C. de precibus Imperatori offerendis. & non posse à Principe fieri quod alterius præiudicium continet. Probatur l. nec filio. ff. de natalibus restituentis, ibi, Nec potest, iunctis, quæ pro eius dictiois explicatione notauit Augustinus Barbosa dictione 268. num. 3.

6 Cuius rei ratio est, quia cum dominia, quæ ex contractibus & dispositionibus testamentorum, proueniunt à iure gentium, l. ex hoc iure. ff. de inst. & iure, quod ius est, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, §. ius gentium, Instit. de iure naturali, idem esse ius gentium, quod naturale, vt rectè probauit Donellus lib. 1. commentario. iuris, cap. 6. & constat apud nos l. 3. tit. 18. p. 3. eis verbis: E contra el derecho naturel seria si diessen por privilegia las cosas de un home a otro, non auiendo hecho cosa por que las debiesse perder aquel cuyas eran, vbi Gregor. Lopez gloss. 1. tradit, Ius gentium apud omnes generaliter dicitur ius naturale, quia naturali ratione inductum. l. omnes, fin. C. si contra ius, vel utilitatem publicam; iuncta glossa, verb. generali iuri, vbi ex prædicta ratione non posse dominia ex Principum rescriptis abdicari, traditur.

7 Cum ergo Principes licet sint domini iuris ciuilibus, non tamen potestatem habent contra ius naturale & gentium, quia iura naturalia, quæ apud omnes gentes sunt immutabilia, §. sed naturalia, Inst. de iure naturali, ideo illa, quæ ad ius gentium, & naturale pertinent mutare, & pro suo arbitrio disponere non valent, quia populus, qui in Principem potestatem transtulit, non potuit plus iuris trāsferre, quam quod ille haberet circa ius ciuile, non verò ius naturale, & gentium violare, quia id in illo populo, aut Republica non permillum, vt post antiquiores ratiocinatur Anton. Faber in Iurisprudencia Papimiani, tit. 2. princ. 6. illation. 2. & addendi Antonius Petra de potestate Principis, c. 2. n. 24. & 35. D. Couarr. Practicar. c. 1. Nauarr. in c. nouit, de iudiciis. notabili 3. num. 119. Suarez de legibus, lib. 3. c. 2. n. 3. qui alios referunt, & Dom. Valenzuela tom. 1. consil. 69. n. 149. Hi omnes hanc principum potestatem à populo, vel Republica dimanasse tenuerunt ita restrictam, vt dominia subditorum sine causa legibus probata adimere non possint, & ultra textum vul-

garem in l. 1. ff. de constit. Principum, §. sed quod Principi. Inst. de iure naturali. ibi: Populus ei, & in eum omnem potestatem transtulerit. Nobis aptissimè probauit l. 2. tit. 1. p. 2. vbi populos in Principes transtulisse potestatem tradit, non tamen ad illud vt possent dominia à priuatis abdicare.

8 Cum ergo ad rationem & iustitiam, & naturalem æquitatem, cui congruit nemini iniuriam fieri, aut dominium rerum suarum abdicari, rescripta Principum sint referenda, ideo pluribus constitutionibus, & legibus semper curarunt, ne ex illorum rescriptis aliquid iuri contrarium procedat, vt præter Iura suprà adducta colligitur ex l. rescripta. l. nec damnosa. C. de precibus Imperatori offerendis. l. iubemus. C. de sacrosanct. Ecclesiis. l. omnes. C. si contra ius, vel utilitatem publicam, vbi iubetur iudicibus, vt nullum rescriptum, nullam Pragmaticam sanctionem, nullam sacram annotationem, quæ generali iuri, vel utilitati publica aduersa esse videatur in disceptatione, cuiusmodi litigij patiantur proferrari, sed generales sacras constitutiones modis omnibus non dubitent obseruandas.

9 De iure Canonico idem summi Pontifices disponunt in c. causam que 18. de rescript. c. rescripta 15. 25. q. 2. eis verbis: Rescripta contra ius elicitata ab omnibus iudicibus præcipimus refutari, nisi forte aliquid est, quod non ledat alium, & prosit petenti, vel crimen supplicanti- bus indulgeat. & idem traditur in cap. dicenti, vers. omnes, eadem causa & questione.

10 Sed etiam Hispani iuris documenta manifestè probant Principum potestatem, quæ in commune subditorum bonum inducta, non procedere, vt damnus, & iniuriam inferant priuatis. l. 2. tit. 1. part. 2. l. 3. 2. tit. 18. p. 3. & Catholici Religiosi & iustissimi nostri Reges Hispaniæ suis legibus edixerunt omnia rescripta, quæ dicimus cedulas, o provisiones, non valere contra ius, vel tertij præiudicium, quamuis in eis decernatur adimpleri non obstantibus legibus, aut ordinationibus regiis, & etiam ex quibuscumque clausulis derogatoriis non valeant. & quia valde notanda sunt verba l. 1. tit. 3. 4. lib. 4. Recopilat, nota ibi: Porque acæce, que por importunidad de algunos, o en otra manera nos otorgarenos, o libraremos algunas cartas, o alualaes contra derecho, o contra ley o fuero usado, por ende mandamos, que las tales cartas o alualaes, que no valan, ni sean cumplidas, aunque contengan que se cumplan, no embargante, qualquier fuero o ley, o ordenamiento, o otras qualesquier clausulas derogatorias.

11 Et idem quod ius tertij, & damnus partium expressim deciditur l. 2. & 3. dist. tit. 14. lib. 4. vt nulla rescripta, quæ lædant ius tertij, valere possint, quamuis istarum legum derogatio fiat, aut quibuscumque clausulis confirmetur, & per totum titulum idem in omnibus legibus decernitur, & suadet inscriptio d. tit. 14. ibi: De las provisiones y cedulas que se dan contra derecho, y en perinyzio de partes.

12 Quorum iurium traditionem, & non posse Principem ex potestate absoluta contractus & ius partium adimere, & mutare dispositiones testamentarias, quæ æquitati, & legibus conueniunt, Doctores communiter in dict. l. si testamentum, & alij plures, quos referunt, eandem sententiam tenentes, Fortunius Garcia in l. Gallus. §. & qui si tantum, ex num. 28. ff. de liberis, & posthumis. Anton. Gabriel lib. 3. communium, tit. de iure non quasito, conclus. 1. num. 1. in princ. Peregrinus de fideicommiss. art. 52. num. 127. qui dicit communem, & contrariam communiter reprobari. Fachinæus lib. 8. controuers. cap. 63. Gilkenius in l. causas. C. de transactionib. Antonius Petra de potestate Principis, cap. 24. num. 16. Moneta de commutatione, cap. 5. num. 8. & c. 9. num. 59. & Rosenthal de feudis, cap. 7. concl.

concl. 48. n. 8. ex nostris Hispanis eam opinionem firmiter admiserunt, Pinellus ad l. 2. C. de rescindenda 1. p. cap. 2. ex num. 19. Sarmiento lib. 1. selectar. cap. 8. Mendoza de pactis, lib. 1. c. 5. num. 39. Padilla in Authentico. Res que, n. 116. C. communia de legatis. Menchaca controuersiar. illustr. cap. 5. num. 22. D. Couarr. lib. 3. variar. cap. 6. Gregorius Lopez in l. 3. tit. 13. p. 6. gloss. 2. q. 31. Anton. Gomez in l. 40. Tauri, n. 89. Burgos de Paz in proem. legum Tauri, num. 327. & consil. 9. num. 29. Ioann. Garcia de nobilitate, gloss. 12. n. 80. in terminis D. Molin. lib. 1. de Hispanor. primogen. cap. 8. num. 31. & lib. 3. cap. 3. num. 27. & lib. 4. cap. 3. per totum. & additio ad Molinam d. cap. 8. num. 28. Molina Iesuita de iustitia, & iure, disputat. 134. & 649. Aluarrado de coniecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 4. n. 66. Mieres de Maiorat. in princip. 2. p. num. 460. Mexia ad legem Tolet. 2. p. fundamento 17. Paz de Tenuta, cap. 34. num. 115. Matienzo in l. 7. gloss. 7. num. 8. tit. 7. lib. 5. Recop. pluribus, vt solet, D. Castillo lib. 2. controuers. c. 28. & lib. 3. cap. 28. D. Valenzuela consil. 69. num. 102. nouiter Hermosilla in l. 5. gloss. 1. ex n. 14. tit. 5. p. 5.

13 Et hanc Principum plenitudinem potestatis dixit Pinellus tempestat. & Sarmiento lib. 1. selectar. c. 8. num. 18. inuehit contra Doctores, qui eam inducere intendunt, eis verbis: Principibus ipsis reuuentibus, & legibus contradicentibus adulari non desunt. & Antonius Faber d. tit. 2. principio 6. illation. 2. confutation. 2. tradit grauer peccare Doctores, qui hanc supremam potestatem, & absolutam Principibus persuadent, & eam reprobendam tradit Molina d. lib. 3. de primogeniis, cap. 3. num. 27. ibi: Quod dum magis excogitatur, maiori firmitate comprehenditur, atque retinetur.

14 Verumtamen contraria sententia, vt liceat Principi ex causa qua ipsi iusta videatur, contractuum conuentiones & dispositiones testamentarias mutare, ex plurium traditionibus confirmatur, iuxta qua notarunt Menochius consil. 956. num. 9. & seq. Rodolphinus de suprema Principum potestate, cap. 6. num. 146. Fufarius de substitut. q. 623. num. 7. Moneta de commutat. ult. voluntat. cap. 6. n. 73. & c. 9. num. 645. Rouitus lib. 1. consil. 15. num. 27. Marius Cutellus de donationib. tract. 2. p. 6. num. 44. 45. & 46. Marta de success. legali 4. q. 1. art. 1. num. 31. cum seq. & q. 4. art. 4. num. 16. Cancer lib. 3. variar. cap. 3. num. 6. innumeris, quos refert additio ad Molin. d. lib. cap. 8. num. 28. Topius de potestate Princip. secularis. §. 6. n. 1. & 22. Peregrinus ubi supra & lib. 1. consil. 4. n. 14.

15 Rursum in terminis d. l. si testamentum. C. de testamentis, notauit Baldus in eo textu, & in l. rescripta. n. 10. C. de precibus Imperatori offerendis. Iason lib. 2. consil. 236. num. 9. & 10. & vol. 4. consil. 107. per totum. Schraderus lib. 1. consil. 9. n. 66. Zephalus lib. 1. consil. 3. n. 18. cum seq. n. 23. & 24. & lib. 6. consil. 12. n. 24. Ponte consil. 152. n. 24 & 25.

16 Deinde, quia quando commutatio substitutionis non refutat ius de presenti & in esse, sed dubium & de futuro, vt regulare est in omnibus maioratibus, quando in posterum & in futurum datur noua forma succedendi, tunc istud Principi licere, tenuerunt Bartol. in l. Gallus, §. & quid si tantum. num. 14. ff. de liber. & posthum. & ibi Castrensis ad finem. Socinus n. 22. & communiter Doctores, Angelus in l. Antiochenus, ff. de priuileg. creditor. Zephalus consil. 12. n. 19. d. consil. 152. ex num. 1. vsque ad 22. Abbas in c. nouit, de iudiciis, num. 26.

17 Et derogari potuisse à Principe ius de futuro, & noua forma in successione dari, tenuerunt Antonius Petra de potestate Principis, cap. 30. per totum, maxime n. 30. vers. tertio, & n. 35. vers. sed premissis, & in Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

terminis Marta de successione legali 1. part. q. 23. art. 3. n. 38. cum seqq. & 3. p. q. 1. art. 3. n. 13. vsque ad 20. vbi tradit hanc esse communem opinionem, & sapius à Rota approbatam, & idem Marta in 4. p. q. 4. art. 4. n. 31. cum seqq. Surd. consil. 407. num. 42. & potuisse fieri vnionem feudi, & nouam formam successoribus dari, quibus solum competebat ius de futuro, & ex Iafone & aliis probauit Ziriacus tom. 2. controuers. 312. n. 20. Cutellus de donationibus, tract. 1. discursu 2. p. 6. num. 155. Addendi Zephalus lib. 1. consil. 3. n. 18. 23. & 24. & lib. 6. consil. 17. n. 26. Mieres de Maiorat. 1. p. q. 26. n. 92. & consentiente feudatario posse feudum à Principe mutari, probarunt Rouitus lib. 2. consil. 76. n. 1. & 2. Andreas Gregorius in repetitione feudali, c. 10. n. 2.

18 Et quoties regularis dispositio à Principe agnaticia fit, cum tamen præiudicium temporale foeminarum fit, quando deficientibus masculis agnatis foeminae admittendae, vel cum foeminae in locum agnatorum admittuntur, quia tunc substitutionis locus non est certus, & inuariabilis, sed quod de futuro potest contingere, ideo derogationem dispositionis à Principe fieri posse, tenuerunt Innocentius in cap. que in Ecclesiis, num. 3. vers. sed tunc, de constitutionibus. Curtius iunior consil. 1. num. 14. Becius consil. 54. num. 55. Ponte d. consil. 154. num. 8. lib. 2. eis verbis: Itaque, quia nomen totum tollit, sed dilatat successionem agnatorum per habilitationem foeminae. Zephalus vol. 1. consil. 28. num. 70.

19 Sed in terminis maioratus vltra prædictos probauit expresse Gregorius Lopez in l. 3. tit. 13. p. 7. gloss. 2. q. 28. Mieres de maioratibus 1. p. q. 44. num. 76. & pluribus Ponte ubi proxime, num. 4. vsque n. 8. & d. lib. 2. consil. 152. num. 16. quod maiori fundamento procedit, quando ex consensu possessoris maioratus, qui vere ius habet de presenti, commutatio dispositionis fieret, quia tunc non videtur agi de præiudicio tertij, cum nullum in vita possessoris vere ius quaesitum sit, vt tradit D. Couarr. lib. 3. variar. cap. 6. num. 1. Gregorius Lopez in l. 2. tit. 15. p. 2. gloss. 10. & in l. 8. tit. 4. p. 5. gloss. verb. diesse. Burgos de Paz in proemio legum Tauri, num. 26. Menoch. consil. 993. n. 11. Rouitus lib. 2. consil. 76. n. 2. vbi pluribus probat, Principem consentiente possessore mutare posse formam feudi antiqui in præiudicium eorum, qui in eo comprehenduntur.

20 Idque maxime procedit, quando cambium daretur successoribus maioratus, propter mutatam formam successionis. Tapia decis. 20. num. 14. 15. & 16. Ponte d. consil. 152. n. 28. & quamuis contrariam sententiam neruose defendit Molina, vt Princeps mutare non possit dispositiones testamentarias, tamen videtur admittere id posse fieri dato cambio successoribus maioratus. lib. 4. de Hispan. primogen. cap. 3. num. 6. vers. Nam & Princeps.

21 Confirmatur vltèrius hæc potestas, qua Principibus Doctores solent tribuere, ex doctrina Bellameræ decis. 751. & 752. vt possit Pontifex beneficia vacatura ex alicuius promotione, suspendere vacationem, vt retineat prouisus etiam in præiudicium patrõni, cui competere debebat præsentatio, & idem tenuit Puteus lib. 1. decis. 347. in correctis. Seraphinus decis. 1410. num. 18. & decis. 1445. num. 2. & 3. videndi D. Couarr. pract. c. 36. num. 12. & Gratian. tom. 3. disceptationum cap. 458. num. 8. cum sequentibus, qui ad hoc plura cumulat.

22 Præterea in eis terminis vacationum beneficiorum tradit idem Martinus Andreas decis. 48. num. 2. & 3. & confirmat ex legitimationibus: nam illam potest facere Princeps in præiudicium legitimorum qui in maioratu succedere debent, & substituti in defectum aliorum, qui decederent sine filiis

legitimis, quia Princeps utitur iure suo, Felinus in cap. qua in Ecclesiarum, num. 49. de constitutionibus, Curtius iunior conf. 1. num. 22. Socinus lib. 2. conf. 226. num. 10. vers. adduco etiam, Peregrinus de fideicommiss. art. 52. num. 154. Moneta de commutat. ultim. volunt. cap. 9. num. 577. & conducunt quæ generaliter de legitimatione illegitimos in præiudicium legitimi, qui ex eo magis proximum ius habebant, pluribus notarunt Surdus conf. 1. num. 28. & conf. 571. num. 37. cum sequenti, Fularius de substitutionibus q. 408. n. 1. usque ad num. 7. Marta de successione legali. 1. p. q. 18. art. 3. ex num. 19. & art. 8. num. 13. Marius Cutellus de donation. tract. 1. discursu 2. particula 6. num. 156. & 158. & plures de hoc ego cumulaui 1. part. decis. Granat. 8. num. 13. & 14. & per totam.

23 Deinde id sine difficultate procedit, & ab omnibus qui contra tenuerunt, admittitur, quando maioratus fieret ex donatione ipsius Principis, quia tunc sine causa potest substitutiones maioratus mutare, quippe cum illa concessio procedat ex mera gratia & voluntate Principis, ut poterat reuocari, etiã nouam dari formam, l. fundos, C. de omni agro deserto, lib. 11. Baldus in l. nuptia. ff. de Senatoribus. Angelus in l. Antiochensium, ff. de privilegiis creditorum, Peregr. de fideicommiss. art. 52. num. 132. Gloritus responso 6. num. 3. & 4. Medices decis. Senensi 41. num. 17. & 18. Menochius d. conf. 993. num. 9. Decius conf. 190. Rouito d. conf. 15. num. 21. cum seqq. Bellonus conf. 28. per totum, Marta de success. legali 1. p. q. 18. art. 3. num. 2. & 23. Ponte vol. 2. conf. 7. ex num. 15. Pinell. in l. 1. C. de bonis maternis 3. p. num. 61. Valasc. consult. 119. num. 12. & consult. 132. num. 15. Cabedo 2. p. decis. 75. num. 12. Valasco loquens de lege mentali, consult. 119. num. 12. & consult. 132. n. 15. Petra de potestate Principis c. 32. §. 2. num. 33. & 34.

24 Quod maiori ratione procedit ex legibus Castellæ, quibus expressè cauetur donationes quæ ex voluntate Principis processerunt, posse ad illius nutum reuocari. l. 15. tit. 10. lib. 5. Recop. nota verba. Tenemos por bien y mandamos que se hezieren por sola la voluntad de los Reys que se puedan de todo reuocar. & ita in terminis in nostro Regno maioratus ex donationibus Regum factos posse ab illis mutari, & nouam formam successionum constitui, quasi qui potest in totum tollere, facilius valebit reformare. Molina, qui contra Principis potestatem tenuit, etiam in hoc casu posse fieri, admittit Molina lib. 4. de primog. c. 3. n. 23. Paz de tenuta, c. 57. num. 263. & pluribus D. Castillo 5. tom. c. 89. num. 93.

25 Suffragatur doctrina Bartoli in l. qui Roma, §. Flavianus Hermes, ff. de verbor. obligat. vbi tradit donationem factam alicui, ut post eum alius substituatur, quamuis respectu primi donatarij, cui facta, non possit reuocari; tamen respectu secundi ante illius acceptationem mutari potest, quod etiam tenuerunt Cumanus, Aretinus, Imola, Socinus, Alex. & Iason in eo textu. Bald. in l. si a socero. C. de iure dotium. Angelus in l. quoties. C. de donat. que sub modo. Couarr. lib. 1. variar. cap. 14. num. 17. Iulius Clarus §. donatio, q. 13. vers. secundus est articulus. & quamuis Antonius Gomez in l. 40. Tauri, num. 34. Molina lib. 4. de primog. c. 1. num. 73. tradiderunt facta donatione ad maioratum acceptatione primi vocati, non posse illam reuocari; id verò quando sine dubio procederet, locum habere non poterit, quando concurrunt in Principe, ut in hoc casu qualitas legislatoris, & donatoris; & quamuis ex donatore non possit fieri reuocatio, tamen fieri potest, ut legislator, ita notauit Bald. l. nuptia. ff. de Senatorib. & sequitur cum aliis Fontanella de pactis nuptialibus, claus. 4. gloss. 5. num. 22.

Rursus etiam confirmatur eo casu, quo maioratus fuerit in regio rescripto, quod dicimus facultad Reata, quia tunc cum ex privilegio, & concessione Principis procedat maioratus institutio, sicut Princeps potest privilegium reuocare ex sua voluntate, licet alteri ius quæsitum sit, poterit maioratus ex regia facultate instituto nouam formam succedendi constituere, & antiquam limitate, ut probarunt Innocentius, Panormitan. Cardinalis, Imola, Felinus, Decius, Alex. & alij, quos refert, & sequitur D. Couarru. lib. 3. variar. c. 6. num. 1. & addendi Burgos de Paz in proemio legum Tauri, num. 327. Auendano in l. 27. Tauri, gloss. 1. n. 5. Angulo de meliorationib. ad l. 11. gloss. 2. num. 9. Robles de representatione lib. 3. c. 5. num. 26. & 27. Tapia decis. 20. num. 11. & aliis relatis D. Petrus Noguer. alleg. 32. num. 131. & in terminis quando ex privilegio Regis fieret maioratus Greg. Lopez in l. 3. tit. 13. p. 9. gloss. 2. colum. 9.

Et quamuis Molina lib. 3. de primog. c. 3. num. 17. 26 contrariam admittat sententiam, tamen idem fatetur aduersus illum esse communem opinionem, & expressè Molinam reprobant Ponte d. conf. 152. num. 4. usque ad 26. & fundamenta Molinæ esse nullius roboris, & contra admittere omnes Regni Doctores, & decisum in supremo Senatu Italiae Tapia dict. decision. 20. & tradit doctissimus Noguerol vbi proximè.

Quod maximè locum habet, si Princeps substitutis, quos excludit à successione, cambium dederit, quod dicimus Recompensa. D. Molina lib. 4. de primog. c. 3. num. 6. vers. nam aut Princeps, Tapia vbi proximè num. 14. 15. & 16. Ponte d. conf. 152. num. 28. vers. dixi quarto, & vers. cum igitur. Præsertim quando rescriptum, quod circa id Princeps expedierit, habeat clausula, Ex certa scientia, Proprio motu, & de plenitudine potestatis, vel quando substituti citati fuerunt, quod etiam esset necessarium, tamen ex plurium sententia suppleri debet, licet non procederet citatio ex prædictis clausulis, Anton, Gabr. lib. 2. commun. tit. de citatione, conclus. 1. num. 347. Gratian. tom. 3. disceptation. cap. 458. num. 28. Bartol. in l. Gallus. §. & quid si tantum, num. 14. ff. de liber. & posthum. cum pluribus Petra de potestate Principis, cap. 32. num. 12. Fusarius de substitut. quest. 408. num. 141. Peregrinus de fideicommiss. art. 23. num. 46. & 49. Marefcotus lib. 3. variar. cap. 20. num. 98. Castillo lib. 3. controuers. c. 27. num. 14.

Sed etiam quamuis id controuersum esset circa Principis potestatem, tamen negari non potest, ex prædictis rationibus, & Doctorum autoritatibus esse opinionem probabilem, ut in terminis uotauit Molina d. lib. 3. de primogeniis cap. 3. num. 26. & 27. & eo casu quo Princeps aliquid disponit cum opinione probabili, eius factum, & potestas non potest impugnari, quia ex probabilitate opinionis satis iustitia tuadetur, ex traditis per Suar. de legib. lib. 5. cap. 18. cap. 20. Vasquez opusc. de restitutione cap. 6. §. 3. dub. 5. n. 78. & doctè probauit P. Diana tom. 1. Moralium tract. 3. resoluit. 21. & firmatur ex doctrina D. Thom. 2. 2. quest. 88. art. 12. ad secundum, vbi tradit quando dubitaretur, an causa dispensandi esset iusta, vel non, sufficit eam proponere superiori, & ab illo approbari, ut iuste obtinere videatur ille, cui concessa, & conscientia securus sit, sequitur Thomas Sanchez in summa lib. 4. cap. 44. num. 6. & in Moralib. lib. 4. cap. 2. dub. 6. num. 2. & 3. Moneta de commut. vlt. volunt. c. 6. num. 111.

Conducit doctrina Panormitani in cap. qua in Ecclesiarum, num. 14. de constitut. vbi post Innocentium tradit præsumi pro facto Principis, ut sit validum, &

& iuste concessum, adeo vt non admittatur probationi contrarium, & notabiliter tradit hæc verba, quia hoc dictum in practica seruatur, etiam si Papa rescriberet contra ea que sunt iuris Gentium. Quod sequitur & comprobatur Brunus *cons. 1. n. 13.* & illis quæ de opinione probabili notauimus, addenda plura quæ ex Bartolo, Decio, Alexandro, Turrecramata, Syluestro, Nauarra, Lessio, Corduba, Menochio, Rosello, Tabiena, Thoma Sancio, Nauarro, Reuerendo & docto Patre Diana, & aliis pluribus notauimus 1. *part. alleg. 61. num. 10. & 11.*

31 Et nulli dubium esse potest sufficere pro opinione probabili ultra prædicta, rescriptum & facultatem Principum expedire cum consilio doctissimorum Senatorum, vt semper sunt, qui assident in consilio iustitiæ, & Camera, ex traditis per Iserniam in *cap. 1. n. 16.* vbi Afflictis *num. 27. tit. qui successor. feud. dare teneantur.* Capicius *decis. 166. num. 7.* Roland. *cons. 1. num. 67. vsque 93. vol. 2.* Berreta *cons. 134. num. 33.* Schradertis *cons. 1. num. 514. volum. 1.* Tiberius Decianus *lib. 2. consil. 41. num. 28.* & præsumptio est pro eo quod à Senatoribus consulitur, & à quocumque iudice fit. *l. 2. C. de officio civil. indic. Baldus in l. 2. C. vbi pupil. educar. deb. & in l. iubemus, §. sic. versic. ego addo. Cod. de sacrosanct. Ecclesiis.* Menochius *lib. 2. præsumption. 75. n. 1. cum sequentibus,* & in terminis rescripti regij & facultatis, Molina *lib. 2. de primogen. cap. 6. num. 27.*

32 Postremò in huius rei comprobationem maximum fundamentum pro Principis potestate præstat, vt possit maioratum successionem, & substitutiones mutare. *l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil.* vbi expressè prohibetur in substitutis ad plures maioratus posse in vno & eodem coniungi duos maioratus, quorum quilibet attingat, vel excedat summam annui redditus sex milium aureorum, vt ex hoc debeat substitutus in fideicommissio omninò excludi, & fundaciones maiora- tum & clausule ex Principis potestate & dispositione rescindantur. Nota verba legis: *Sin embargo de qualesquier clausulas condicionales y llamamientos, que en los dichos mayorazgos se contengan; y sin embargo de qualesquier leyes y derechos, que a favor de los hijos mayores pueda auer y ellos puedan pretender, porque en quanto a efecto, desto de nuestro proprio motu, y poderio Real absoluto los renuocamos damos por ningunos, y de ningun valor y efecto quedando ensu fuerça y vigor quanto a todo lo demas.* cuius legis dispositionem & iustitiam latè exornat D. Castillo *tom. 3. controu. c. 28. & lib. 5. c. 177.* & infra de illa agendum.

33 Vnde confirmari potest illorum sententia qui tenuerunt, ex consuetudine hanc Principum potestatem firmari, vt possit consuetudo iustam reddere hanc vltimæ voluntatis derogationem à Principe fieri, ex traditis à glossa *verb. consilium, in fine, in l. qui habebat. ff. de manumiss. testament.* Bald. *lib. 1. cons. 267. num. 8. vers. premitto, & vol. 5. consil. 457.* Crauetta *cons. 135. n. 3.* Zephalus *cons. 58. n. 55.* Brunus *lib. 1. consil. 196. n. 2.* Felinus in *cap. super litteris, de rescriptis n. 8.* Men. de *arbitrariis casu 201. n. 27.* Maurus *all. 16. n. 1. p. 1.* D. Couarr. *lib. 2. var. c. 7. n. 2.* Marecot. *lib. 3. var. cap. 10. num. 97.* Sanchez de *matrim. lib. 8. dispnt. 21. num. 16.* Farinac. in *posthum. 1. tom. Decius 65. num. 1.* Moneta de *commutat. cap. 5. num. 251. & 252.* Guttier. *Canonic. quæstion. lib. 2. cap. 15. num. 39.* doctissimus Pater Diana *moral. 4. part. tit. 4. resolut. 53.*

34 Quod expressè videtur probari in *cap. per venerabilem 13. qui filij sint legitimi;* ibi: quod autem super hoc Apostolica Sedes plenam habeat potestatem, ex illo videtur quod diuersis causis inspectis cum quibusdam minus legitime genitis, non naturalibus tantum, sed adulte-

ritis etiam dispensauit. Et in terminis nostri casus aperte consuetudo Regum nostrorum circa commutationem substitutionum maioratus comprobatur, ex *d. l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil.* ex verbis, quæ supra retulimus, & de consuetudine, vt Principes concedant facultates ad limitationem maioratum, vt super illorum bonis census constituantur, etiam contra voluntatem institutoris primogenij, testantur D. Molina *lib. 1. de primogen. cap. 8. & 28. cum seq. & lib. 3. c. 23. num. 22. & lib. 4. cap. 3. num. 5.* Mieres de *maioratibus 4. p. q. 1. limitat. 1. num. 111. cum seq.* additio ad Molinam *d. cap. 8. num. 28. vsque 32.* Tapia *decis. 20. Ponte vol. 2. consil. 152. num. 24. & 25.* Menochius *consil. 993.* Rouitus *lib. 2. consil. 15.* qui in terminis Maioratus Hispaniæ scripserunt, & pluribus ex nostris D. Petrus Noguero. *allegat. 32. num. 163. cum sequentibus.*

In hoc igitur opinionum & rationum conflictu eam resolutionem censeo admittendam, vt hæc quæ Principi potestas à Doctoribus permittitur circa derogationem & commutationem fundationum maioratum, & obligationes contractuum tunc procedat, quando interuenerit causa publicæ utilitatis æque principaliter, iuxta quod notatur communiter in *l. venditor. §. constat. ff. communia pradiorum. l. item si verberatum, §. fin. ff. de rei vindic. Lucius. ff. de euictionib. l. serui, C. ex quibus causis serui pro premio,* quia nisi ex causa, quæ respicit ius publicum, non potest alicui ius suum, & dominium Princeps adimere, vt expressè dicitur *l. 2. tit. 1. p. 2. eis verbis: e si por auentura gelo ouiesse a tomar porraz on que el Emperador ouiesse menester de facer alguna cosa en ello que se tornasse a pro comunal de la tierra. lib. 31. tit. 18. part. 3.* ibi: *fueras ende si el Rey las huiesse menester por facer dellas, o en ellas alguna labor, o alguna cosa, que fuesse a pro comunal del Reyno,* vbi ex Azone, & Socino comprobatur Gregorius Lopez in *gloss. 3. & 4. adducens l. 5. tit. 26. part. 2.* & pro explicatione *d. l. Lucius,* pluribus comprobatur D. Amaya ad *tit. C. de amonis, in l. 1. C. de fundis limitrophis, n. 19.* vbi multos refert.

Sed ex causa utilitatis priuatæ nullo modo posse Principem adimere ius suum & dominium alicui inuito, etiam si pro priuati iure in hoc casu cambium dederit, vt in terminis notauit Mendoza de *partis lib. 1. cap. 5. num. 53.* Pinellus in *rubrica C. de rescindenda vendit. 1. part. 2. per totum,* nec de plenitudine potestatis, quam potius de plenitudine tempestatis, tradunt Doctores, Crauetta, Zafius, Duarenus, Matheacius, Antonius Faber, Menchaca, Thesaurus, & alij, quos refert & sequitur Osvaldus ad *Donellum lib. 5. comment. cap. 3. in notatis litt. A.* & in terminis mutationis dispositionis maioratus notauit D. Molina *lib. 3. de Hispan. primogenis cap. 3. num. 17. & 20. & lib. 1. cap. 8. num. 31.* D. Couarr. *lib. 3. var. cap. 6. n. 9.* D. Valenzuela *cons. 179. num. 147.* Addendi plurimi quos refert Hermosilla in *l. 53. gloss. 1. num. 41. tit. 5. part. 5.* & quæ eruditè, & doctè notauit Magister Marquez in *Gubernatore Christiano lib. 2. c. 29.* Petra de *potestate Principis cap. 24. num. 16.* & alij, quos supra retulimus.

Quod quasi contra ius Gentium sit alicui inuito dominium rerum suarum adimere, vel dispositiones testamentarias, aut contractus rescindere, nulla consuetudine potest firmari. *argum. cap. fin. de consuetudine,* vbi DD. communiter, *l. 5. tit. 2. part. 1. & ibi Gregor. Lopez gloss. 13.* tradit ex communi sensu omnium interpretum hanc consuetudinem non valere, videndi Abbas in *d. cap. fin. num. 13.* Rochus de Curte de *consuetudine sect. 5. num. 9.* Crauetta *consil. 643. num. 3.* & licet multoties id ex Principum potestate, & vt eis

blandiretur admissum fuisset, vt pro libito suo aliquibus dominium rerum suarum abdicari subditi pateretur, id non est referendum ad consuetudinem præscriptam, quæ iusta & rationabilis esse debet. *cap. consuetudines 1. cap. ex parte 10. de consuetudine. l. 2. ibi, vt rationem vincat. C. qua sit longa consuetudo*, vbi communiter Doctores notarunt, & vt rectè notauit Baldus in *l. de quibus, num. 22. C. de legibus. Consuetudo qua de vitiis facit mores, non valet, quoniam inest vitium à radice, mala enim adinuenta, malaque consuetudines, nec ex longo tempore, nec ex longa consuetudine confirmantur.*

38 Maximè, quia rescriptum Principis, vel facultas, ex qua dominium alicui adimitur, & in alium transfertur, censetur contra ius Gentium, ex quo dominia, dispositiones testamentariae, & contractus processerunt, argumento *l. ex hoc iure. ff. de inst. & iure*, vbi communiter notatur, & similia rescripta quasi contra ius Gentium, & iniusta non valent, *glos. in l. ult. C. si contra ius, vel utilitatem publicam. l. 30. tit. 10. part. 3.* vbi Gregor. Lopez *gloss. 2.* pluribus comprobatur. Vnde etiam si ex causa publica Princeps possit adimere ius partis contractus, & vltimas dispositiones mutare; id tamen facere nunquam debet, nisi dato cambio illi, cui damnum irrogatur, vt ex *l. 2. tit. 1. p. 2. & Magistro Marquez*, & aliis plurib. notauimus *vbi proximè.*

39 Solùm igitur prædicta Princeps facere debet, si interuenerit publica utilitas æquè principaliter, quia tunc salus populi, quæ suprema lex ex est, admittere potest, vt præiudicium tertio inferatur, vt priuatorum commoda cedere debeant publicæ utilitati, idque solum procedere debet, vt in specie *d. l. 7. tit. 7. lib. 5. Recop.* quando generalis utilitas Regni suaderet, ne plures maioratus in vnum concurrerent, cum generalis dispositio respicit commune bonum, ne fundatorum memoriæ obsolescant, confusis & permixtis maioratibus, & vt plures sint Equites, qui Regni decorem, & Regis seruitium possint sustinere, & augere, vel si in maioratu regulari, in quo castrum & ars continuatur in regnorum confinibus, aut littore maris, in quo maximum esset periculum inuasionis hostium. Tunc Princeps dato bono cambio possessori maioratus, poterit sibi castrum retinere, & munire ad maiorem tutelam, & Regni defensionem, vt de fundis limitrophis qui in confinibus hostium erant, solebant militibus assignari, vel eos defenderent, ablati ab antiquis possessoribus, ita interpretatur *l. Lucius 11. ff. de euiction. D. Amaya ad titulum C. de annoniis, ad l. 1. C. de fundis limitrophis, num. 14.* Vel si hoc casu posset ex fundatione primogenij regularis scemina succedere, Princeps reducere velit ad successorem agnationis, vel masculinitatis, vt masculi, qui potius apti sunt ad exercitium belli & armorum, possent meliùs castrum illud sustinere & defendere, quia ex causa publicæ utilitatis potest Princeps adimere subditis res proprias, vt ex Fachinæo, Petro Gregorio, Mastrillo, Peregrino, Riccio, Castillò, Mieres, Matienzo, Menoch. & aliis pluribus probauit Amaya *d. num. 19.* vel si inter aliquos Proceres, & Magnates Regni esset discordia, & factiones, quæ statum publicum, & quietem turbare valerent, posset Rex aliqua in illorum statibus & maioratibus disponere, & mutare ad illorum concordiam, & publicam quietem, & bonum commune, vt Imperator Carolus Quintus, cum extra Regnum migraret, decreuit lites quæ inter Proceres & Magnates Regni erant pro tempore suæ absentia, suspendi oportere, vt constat ex ordinationibus Cancellariæ Granatensis, vbi de hoc rescripta referuntur. Et quibus & similibus causis, quæ omnino respiciunt principaliter publicum statum, hæc Principum pote-

tas procedit ex iustis causis & rationibus, quas supra expendimus.

Vnde admitti non potest illorum sententia, qui 40 tenuerunt posse Principem mutare vltimas dispositiones & contractus, ex causa principaliter respiciente utilitatem priuatorum, si ex ea in consequentiam publica utilitas consequeretur, vt in pluribus casibus euenit, si vtangeretur maioratus, quorum augmentum & utilitas etiam respicit publicam utilitatem, vt notauit Molina *de Hispanor. primogeniis lib. 1. cap. 11. n. 3. 4. & 5.* mutaretur institutio primogenij, vt quæ separata erant, concurrerent in vna persona, vt maioribus diuitiis domus, & status crederet, vel si qui nouum primogenium instituit, & alteri applicare intenderet, eius formam mutando, propter augmentum, vel eius aggregationem, vnde iustam causam proponunt, vel vt matrimonium inter aliquos Proceres fieret, aut si lites inter illos possent euitari, ex mutatione formæ fundationis, quasi publicè interlit, finem litibus imponi. *c. finem litibus, de dolo & contumacia.* Quia nunquam ista possunt iustè Principem inducere, vt dispositiones testamentarias & contractus in præiudicium eorum, quibus ius acquisitum, rescindat, cum maioratus alicuius maioribus diuitiis augeri nihil principaliter ad publicam utilitatem pertinet, sed ad priuatum illius familiæ splendorem, & augmentum, & quod traditur, Primogeniorum institutiones, & conducere ad utilitatem publicam, id generaliter de omnibus primogeniis accipiendum, non verò de vno, aut alio, quia potius publicè interest ne in vna & eadem persona plura primogenia coniungantur, ex *d. l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* & quæ supra notauimus *num. 32.* & infra dicemus circa illam *n. 49. cum seq.*

41 Quod etiam procedit in eo quod traditur, ad publicam utilitatem pertinere finem litibus imponi, quia respicit, quod decreta, & leges, quæ generaliter lites computant, & illis finem imponunt. At verò quod pertinet ad litem alicuius causæ specialis, vt in ea quæ possent oriri in eo primogenio, in quo, ne lites oriantur inter successores, eius mutatio intenditur, id generaliter non pertinet ad casum *c. finem litibus*, sed ad priuatam successorum utilitatem, etsi quo publica consideratur, hæc non principaliter, sed accessoriè, & in consequentiam attendi oportet, vt ex ea velit, & possit Princeps dispositiones & contractus rescindere, aliàs in quacumque lite ei permittendum contra ius tertij alicui dominium suum adimere, vt litis iudicium finiatur, quod nullus admittere poterit, & ipsa solum ex utilitate publica, quæ principaliter respicit publicum & commune bonum, id Principibus suadendum, iuxta quæ ex pluribus notauimus.

42 Nec prædicta poterit excludere, quod regulariter apud nos admissum, posse dari facultatem ex causa quæ videtur iusta dominis Consiliaris Camerae, vt supra bonis maioratus aliqui census constituantur, de quibus Molina *lib. 1. de primogeniis, c. 8. n. 28.* vbi Additio ad Molinam *d. num. 28.* statuit esse proximam consuetam supremo Consilio Camerae istas concedere facultates, & de hoc testatur Mieres *de Maiorat. 4. p. q. 1. limitat. 1. num. 111. cum seqq.* de quo videndi Padilla *in l. vnum ex familia. §. si de falcidia, num. 20. vers. sed nec valere. ff. de legat. 2. Ponte vol. 2. conf. 152. num. 24. & 25.* & idem D. Molina *d. lib. cap. 8. num. 4.* dum agit de rescriptis, & facultatibus quæ expediuntur in Consilio Camerae circa capitula matrimonialia eorum, qui habentes maioratus, in quibus primogeniti debent succedere, & in contractu matrimonij conuentio fit, vt maioratus diuidantur inter filios, ex quo institutiones primogeniorum mutantur, quemad-

modum

modum fit in l. 7. titulo 7. libro 5. Recopilation. in qua diuisiones fiunt contra illorum constitutiones.

43 Et iuuat prædictam & absolutam potestatem, quam Principi aliqui Doctores tribuunt, l. 11. tit. 7. lib. 5. Recop. vbi mentio fit de clausula testamenti Regis Henrici, quæ donationes regias ad maioratus refert, & illorum substitutiones ad filios donatariorum limitat, & illorum descendentes, ita vt si sine liberis illi decesserint, rescindit maioratum, & donationes ad regium Patrimonium, & coronam redire statuit, vnde videtur Principi ius esse suppressere, & immutare maioratus.

44 Sed tamen verissima & tenenda nostra sententia est, vt non debeat, nec valeat Princeps primogenia & contractus mutare, nisi ex causa, quæ ad publicam vtilitatem principaliter pertinet, quia tunc priuati cedere debent communi bono, quasi illud sit regiminis essentia, & scopus Principatus, vt omnes Politici, & iuris Doctores testantur, & nouiter probauit doctè & piè, Religiosus, & eruditus Pater Ioannes Eusebius in Theopolitico 2. p. lib. 1. cap. 3. & omnes iuris traditiones quas supra expendimus num.... hanc Principis potestatem ex norma communis boni regulandam tenuerunt.

45 Quod verò notauimus consueuisse dari facultates à dominis Cõsiliariis Camera, vt bona maioratus possint obligari ex iusta causa, quæ Senatoribus videatur ex illa posse permitti, faciliem expeditionem habet, quippe in hoc casu semper attenditur ad concessionem facultatis, quod ipsi primogenio vtile sit, de quo verosimiliter eius institutor concedere vellet, si tempore labente bona infructuosa redderentur, & in aliis, quæ fructuosiora, commutari possent: aut si possessor maioratus se sustinere non possit, aut aliqua seruitia ad Regis, & Regni vtilitatem exhibere, nisi obligatio bonorum maioratus fieret, quo casu tali limitatione facultas conceditur, vt non ante possint hypothecæ supponi bona maioratus, nisi bonis liberis deficientibus, eius qui possessor est maioratus.

46 Tum & intra quatuor, aut plus annos onus iniungitur, vt fiat redemptio ex fructibus maioratum census, qui super illo facultate regia constitutus, & in supremo iustitiæ Senatu antiquior Cõsiliarius Camera in iura habet delegationem à Principe ad expignerationem maioratum, & redemptionem centuum, quem dicimus Iuez de desampenos de mayorrazgos, quo casu nullo modo forma successionis à Principe mutatur, aut voluntas instituentium infringitur, sed pro tempore ad subleuandas necessitates possessoris, pecunia, quæ hypothecæ subiicitur, representatur statim intra breue tempus reddenda maiorati.

47 Tum etiam, quia prohibitio alienationis, vel hypothecæ rerum maioratus non procedit à iure naturali, vel gentium, sed à iure civili, circa quod rectè Princeps ex voluntate, & potestate sua disponere potest, argum. l. si quis 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque iuris, vbi Princeps concessit alicui, ne aliquis contra eum exceptione vtatur, quia licet defensionem naturalem tollere non potest, rectè tamen ex principali potestate valebit excludere civilem exceptionem, vt notarunt Rodericus Suarez allegat. 12. num. 54. Ruinus volum. 3. consil. 80. num. 4. & vol. 4. consil. 171. num. 5. & 12. Crauetta consil. 109. num. 2. & consil. 164. num. 18. Burlatus consil. 299. n. 17. Curtius iunior consil. 174. num. 9. Rolandus à Valle vol. 2. consil. 66. num. 13. idque etiam in Præiudicium tertij, & sine causa Princeps disponere

potest, iuxta prædictos, & Becium vol. 1. consil. 129. num. 5. Parisius vol. 4. consil. 1. num. 38. & 39. & addendi plures, quos refert Augustinus Barbola clausula 175. num. 2. & cum à iure civili procedat institutio fideicommissi, & restitutio, vt non alienatum successori restituatur, ex §. 1. Instit. de fideicommiss. hered. & in terminis nostris, vt possit à Principe de illis disponi, agnoscunt Peregrinus de fideicommiss. art. 1. numero 6. Matheacius de fideicommiss. lib. 1. cap. 1. numero 7. Parisius volum. 2. consil. 1. numero 61. vsque ad 63. Bardellonus consil. 20. num. 26. Merito Princeps ex causa, quæ ipsi iusta videbitur, poterit grauiamen hypothecæ concedere, & permittere, præsertim iuxta doctrinam & verba Becij consil. 39. num. 55. vbi loquens de illis, qui hanc Principum potestatem restringunt, tradit procedere, quando in totum vellet tollere, secus si vellet minuire, moderare, vel differre. & addendi Cephalus volum. 1. consil. 28. numero 70. Molina lib. 4. de Primogen. cap. 3. num. 17. Mieres 1. part. q. 44. num. 76. Ponte lib. 2. consil. 54. num. 8.

Quod verò pertinet ad l. 11. tit. 7. lib. 5. Recop. quæ 48 continet clausulam testamenti Regis Henrici, qua limitantur maioratus, nihil ad rem facit, quia, vt ibi apparet, maioratus ab ipso Rege in eò casu fundatur, rerum, quas Princeps ex bonis regalis Patrimonij donauerat, & eodem modo sicut regulariter potest primogenij institutor illud restringere, limitare, & extendere: ita Rex Henricus, vt illorum bonorum maioratus institutor, facere rectè potuit.

Sed etiam per viam legis generalis, vt prædicta 49 clausula pro lege obseruari iubetur. d. l. 11. rectè potest Princeps ius priuatis quæsitum tollere, & abdicare, vt probauit D. Castillo tom. 5. controuers. 2. part. cap. 177. num. 2. vers. eisdem, vbi se refert ad ea, quæ notauit idem tom. 3. controuersiar. cap. 27. num. 19. Et quod nullam dubitationem habet, quia cum illarum rerum maioratus regius dici possit, iuxta prædicta num.... in bonis ab ipso Principe donatis rectè poterit reuocationem successionis minuire & reformare, etiam ex interuallo post donationem, Baldus l. nuptia. ff. de Senatoribus, per l. qui fundos. Codice, de omni agro deserto, libro 11. Angelus in l. Lucius, ff. de euictionib. Decius consilio 190. Calcanicus consilio 52. numero 7. Bellonus consil. 28. per totum. Cabedo 2. part. decis. 75. num. 12. cum sequentibus.

Deinde, quod supra retulimus ex Molin. de Pri- 50 mogenit. lib. 1. cap. 8. numero 34. facultates dari in casu contrahendi matrimonij, vt maioratus contrahentium, etiam si in eis primogeniti succedere deberent, inter filios illorum maioratus diuidantur, nihil magis turbat nostram sententiam, quippe id procedit iuxta publicam vtilitatem, quam supra considerauimus procedere principaliter, ne in eadem persona plures maioratus coniungantur, & memoria fundatorum obsolescat, ex l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopilation. Quod magis fauet foundationi primogenitorum, ne in totum oblitterentur, & ex bono communi principaliter, non verò vt Princeps rescindat vltimas dispositiones; potius verò inde adiuuat, & sustinet, ne pereant, & obsolescant aliorum maioratum concursu & aggregatione, quod rectè admittendum; non verò vt ex priuata vtilitate maioratus mutetur in causis de quibus supra num....

Denique quia d. l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. variis modis 51 à Doctoribus accipitur: nam cum limitet dispositiones testamentarias, & maioratum institutiones, dubium



dubium est, an debeat ultra casus ibi expressos/extendi, & non extendendam decisionem *dict. l. 7.* ultra casum ibi expressum, quando per matrimonium in una persona iunguntur duo, vel plura primogenia, non verò quando id euenerit per causam successionis, pluribus probauit Perez de Lara *de annuatiariis, lib. 1. cap. 5. ex n. 13. cum omnibus sequentibus.* ubi admittit, ut alij casus non expressi *in d. l. 7.* sint definiendi iuxta ius commune, & testatorum dispositiones, quod etiam probarunt Mierex *de maiorat. 1. p. quest. 30. num. 84. & 2. part. 9. 4. illatione 8. num. 317.* Dom. Valencuela *consil. 69. num. 46. cum sequent. & consil. 83. num. 133. usque num. 141.* & D. Christophorus de Paz *in tract. de Tenuta, cap. 37. ex num. 189. usque ad n. 201.* constanter tueretur *dict. l. 7.* solum procedere quando maioratus per matrimonium iunguntur, iuxta verba *dictæ legis,* ibi: *Por via de casamiento,* ita ut ex contrahentibus uterque maioratum possideat tempore contractus matrimonij, vel sit immediatus successor cum spe certa, inuariabili, & immutabili successionis, non verò, si post nuptias contractas, vnus ex coniugibus durante matrimonio in maioratu successerit, & ideo multo minus admittendus generaliter casus, ex quo plures maioratus per successionem coniugantur, & idem de simili lege Portugaliæ probauit Melchior Phæbo *2. p. decis. 151.*

52 Quorum fundamenta sunt, quia *dict. l. 7.* quæ restringit, limitat, & rescindit dispositiones testamentarias, quasi exorbitans, odiosa, & correctoria, non extendenda ultra casum in quo loquitur & disponit, ut matrimonium sit causa immediata concursus successionis primogeniorum, & in correctoriis non potest fieri extensio, propter identitatem rationis, præsertim, qua cum peruenerit coniungi maioratus per matrimonium, quando contrahentes tempore matrimonij successores sunt, facile possunt disponere de bonis maioratus per capita matrimonialia, facultates & rescripta Principum, de quibus egimus supra *num.* & providere ne ad aliam lineam maioratus transeat, diuidendo primogenia, & pacta matrimonialia seruanda sunt, & maiorem firmitatem habent, quam ceteri contractus. *l. diu. Constantini. C. de natural. liber. 1. 24. tit. 11. part. 4.* & cum valde visitatus esset casus successionis, ut per illam, quod magis frequens est, maioratus coniungantur, Princeps qui de casu solito & præfenti non disposuit, omittere videtur, & relinquere dispositioni iuris, argum. *l. cum prator. ff. de iudiciis. l. commodissime, ff. de liberis, & posthum.* nec extensio admittenda *c. 1. de temporibus ordinat. lib. 6. iuncta gloss. verb. Italia.*

53 Sed tamen contraria sententia, ut non solum casus quando tempore contractus matrimonij ex illo maioratus coniunguntur, sed postea, siue ex causa matrimonij, vel ex alio titulo plura primogenia cumulantur, procedat dispositio *dict. l. 7.* defendit pluribus constanter D. Castillo *tom. 5. contr. 2. p. c. 177. per totum,* quia odiosa & pœnalis non accipienda, sed fauorabilis, cum ad publicam utilitatem respiciat, ut in ea exprimitur maioratum concursus prohiberi ad commune bonum Regni pertinere, ut sint plures, qui in maioratibus succedant, ut Regis seruitium, & decorem sustinere possint, & quia hæc rationis identitas procedit in quocumque casu matrimonij, vel successionis, & in lege pœnali & correctoria extensio fit propter identitatem rationis, quia tamen iudicatur extensio legis, sed comprehensio illius casus propter legis rationem, quod latissime pluribus, & valde probat D. Castillo per multas paginas & numeros 39. *in dict. cap. 177.*

54 Et quamuis validissimus assertor sit huius senten-

tia, & plurimos & multa referat, tamen *num. 13. ad finem* tradit: *Sed quia articulus est admodum difficilis, & controuersus, pro vna & altera parte potest, ac solet defendi.* & idem Castillo ibi *num. 38. dict. l. 7.* tradit eis verbis: *Semper tamen profiteamur articulum esse difficilem, & dubium, adeoque controuersum, ut regia declaratione ipse indigeat, & utile admodum Reipublicæ conueniens credimus, ut litibus, & controuersis permultis, quæ occurrunt quotidie, finis imponeretur pragmatica sanctione lata, sine lege alia condita præfatam altercationem dirimere, & quid tenendum sit in eo conflictu, ita clarè definire, ut hisce de rebus amplius dubitari non valeat, prout in materia representationis, & exclusionis fœminarum, sine conseruationis agnationis leges alias, siue pragmaticas antiquarum declarationis, in his Regnis latas, & iterum paulo post tradit ibi: *Interim tamen dum altercationes hæc lege alia non diffiniuntur, difficultatem, & ambiguitatem agnoscimus.**

Ex quo in re tam dubia & controuersa, ad litteram obseruandam dispositionem *dict. l. 7.* nec extendendam ultra casus, in quibus expressè loquitur, ut minus quam possint, testamentaria dispositiones, & primogenia violentur interim quo Princeps clarè & apertè non declarauerit.




ALLEGAT. CXVI. & VLT.

De Duello.

- 1 Duellum causa rebellionis Regni Lusitani an permittendum.
- 1 Rex Catholicus quando possit duella permittere.
Concil. Trident. sess. 25. de reformat. c. 19.
- 3 Duella regulariter prohibentur.
cap. Monomachiam 2. q. 4.
c. 1. de clerico pugnante in duello.
c. 1. de purgatione vulgari.
l. vnica, C. de gladiatoribus, lib. 1. 1.
l. 8. tit. 24. p. 7.
l. 3. tit. 21. lib. 8. Recopil.
- 4 Duella non prohibentur ex publicis & iustis causis.
- 5 Bulla Pontificum quæ prohibent duella, procedunt ad vindicandas iniurias priuatas.
- 6 Bellum ut potest esse iustum ex causa publica, ita duellum quod ipsum respicit.
- 7 Bellum iustissimum est quando inferitur tyranno, vel rebellantibus vasallis.
cap. noli existimare 23. q. 1.
cap. quid culpatur 4. 23. q. 1.
- 8 Princeps potest iubere à quocumque occidi tyrannum & rebellem.
lib. Indicum c. 3.
Brutus & Cassius laudantur à Cicerone, quia occiderunt Iulium Casarem, qui primus libertatem Romanorum oppressit.
Banniti possunt permitti à Principe, ut occidantur à quocumque.
- 9 Rex legitimus, etiamsi tyrannicè dominetur & gubernet, non potest à subditis occidi.
- 10 Tyrannus potest occidi à quocumque priuato, ut ministro publica potestatis.
Duella ideo à Pontificibus & sancto Concilio prohibentur, ne aliquis ex causa priuata alium occidat, vel se in periculum vita coniciat; non verò quando causa est publica.

- 11 *Duella ex causa publica posse permitti qui tenuerunt.*
- 12 *Publica causa iustum reddit duellum, quamuis aliquod interesse priuatum sequi possit.*
- 13 *Publica causa est qua principaliter ad eam pertinet, licet per consequentiam priuatum contingat.*
Principaliter quod agitur attendendum.
l. 1. ff. de auctorit. tutorum.
l. qua actione 7. §. si quis in colluctatione, ff. ad legem Aquil.
- 15 *Publica iudicia dicuntur qua ad vindictam publicam tutelam pertinent, licet ex priuati iniuria nascantur.*
Titulus ff. de public. iudic.
l. si hereditas 10. §. fin. ff. de testam. tutel.
Paulus lib. 3. sententiarum, titulo de nuptiis.
l. in bello. §. medio, ff. de captiuis.
l. de pupillo 5. §. & velle. ff. de noui operis nunciacione.
l. testamenti 3. ff. de testam. tutel.
l. Argentarius 10. §. 1. ff. de edendo.
- 16 *In mixto attenditur quod proualeat.*
- 17 *Duellum quod certo cognoscitur effectum non habiturum, non comprehenditur censuris Bullarum.*

An duella boni publici causâ iniri, ciuesque possint exponi periculo certaminis.

- 1  quo supra Allegatione 114. admiserimus, posse Principem, vel Rempubicam propter utilitatem publicam, mortis periculo ciuem exponere, & à doctis viris his diebus in controuersiam deductum, postquam Lusitanum Regnum à nobis desciiuit, an eius causa, & propter bonum publicum, duella iniri possint, & ciues periculo certaminis exponi.
- 2 Quæstio, an Rex Catholicus, pius & religiosissimus Princeps, possit hoc duellum permittere extantibus Bullis Pij IV. Gregor. XIII. Clementis VIII. & dispositione sancti Concilij Tridentini sess. 25. de reformat. cap. 19. vbi duellorum & singularium certaminum vsus detestabilis prohibitus, & sententia excommunicationis, qui pugnam commiserint, & eorum patrini suadentes & spectatores afficiuntur aliis multis pœnis expressis in odum & prohibitionem duelli.
- 3 Sed circa eandem rem videndus text. in cap. Monomachiam, 2. q. 4. c. 1. de Clerico pugnante in duello, c. 1. de purgatione vulgari. l. unica, Cod. de gladiatoribus. lib. 11. l. 8. tit. 14. p. 7. l. 3. tit. 21. lib. 8. Recop. plura ex Iason. Iacobo Castillo, Zenedo & aliis tradit Amescua lib. 2. c. 5. n. 20. qui n. 19. Andrea Gaillio, Bertazola, Raudensi, Antonio Massa, Gallezio, Menchaca, Nauarra, & communi Theologorum sententia tradit, nec pro honore conferuando licere ingredi duellum, & addenda quæ notarunt Alciatus in tractat. de singulari certamine. Iacob Castillo, Iulius Ferretus, & Ioannes de Lignano in peculiaribus tractatibus de duello, Puteus de re militari, tit. An certamen & duellum possit concedi.
- 4 Sed tamen communi calculo Senatorum admissum, potuisse Catholicum Regem nostrum hoc duellum

permittere, quia prohibitiones quæ ex decretis Summorum Pontificum & Sancti Concilij circa duella procedunt in duellis, ex causis & iniuriis priuatis, non verò si ex causa publica pro bono Regni, & eius conseruatione, duellum suscipiatur, vel prouocetur, quia eo casu non prohibetur.

Quod ex ipsis Bullis Pontificum, qui duella prohibuerunt, manifestè constat, loqui illas in causis priuatorum, nam in Bulla Clementis VIII. vbi refert Bullas Pij IV. & Gregorij XIII. tunc prohibetur duellum, quando prætèxto causæ publicæ, priuata inimicitia vindicari intenduntur. Nota verba, *priuatæ simultates, atque inimicitias publicæ causæ intermiscendo, etiam Ducum permissu, & iterum §. 4. vt denotaret procedere prohibitionem quando in damnum priuatorum duella suscipiuntur, tradit ibi, in caput suorum fratrum impios conuètere mucrones, quo multo salubrius contra Christiani aduersarios stringi par esset.*

Si ergo tum duella dampnantur, quandò cum causa publica miscentur priuata simultates, videtur non reprobari pro publica causa. nam quemadmodum in bello plures contra alios bellum ineunt, & iustum est, quando ex causis, quibus bellum permittitur, procedit, iuxta quæ D. Thomas 2. 2. q. 75. art. 8. vers. *ad euidentiam, & ibi Caietan. agens de duello, tradit, non est ergo duellum, hoc est, duorum bellum, iniustum ex suo genere: sed potest esse iniustum ex vna parte, sed ex alia iustum, quamuis etiam ex vtraque parte iustum dari possit ex alterius inuincibili ignorantia, vt tenuerunt Alciatus & Fulgosius, quos refert, & meritò improbat R. P. Diana nouissimè 6. p. Moralium, tractatu 4. resol. 4. adductis Valentia, Becano, Lorca, Reginaldo & Villalobos.*

Bellum verò non potest iniustius excogitari, quam cum infertur Tyranno, vel vafallis, qui debitam obedientiam Principi suo negant, vel Regna vsurpant, iuxta quod ex eodem D. Thoma, & Caietano notauit D. Solorzanus tom. 1. de Indiarum iure, lib. 2. c. 13. n. 4. & c. 16. num. 25. & pluribus probauit, & doctè, idem Diana d. tract. 4. resol. 3. & faciunt verba c. *noli existimare* 23. q. 1. ibi, *Sicut rebellanti & resistenti violentia redditur c. quid culpatur 4. eadem causa & q. eis verbis: ipsa bella suscipiuntur à bonis, cum in eo humanarum rerum ordine inueniuntur, vt eos vel iubere tale aliquid, vel in talibus obedire iustè ordo ipse constringit.* iunctis D. Cou. D. Valenz. Ayala Zenaill. Medices, Luodouico Lopezio, Corduba, Menchaca, Matienzo, Azeuedo, Tulcho, Camillo Borrello, & aliis pluribus, quos refert Barbosa in collect. d. c. *noli existimare.*

Et aded iustum bellum est contra Tyrannum & rebellantem, vt ipse Princeps, cui obedientiam denegauit, possit iubere occidere illum, vt tradit Diuus Thomas distinct. 44. q. 2. art. 2. Caiet. in 2. 2. q. 64. vers. *ad hoc dicitur, art. 3. Bañez ibi, vers. dicimus secundò, Arag. d. q. 64.* vbi latè prolequitur, confirmans ex sacra scriptura, & alios referens, quia etiam cuilibet priuato licitum est occidere Tyrannum, & quoties non potest iuridicè capi & puniri qui inuadit Regna, & vafallorum libertatem opprimere tentat, potest à quocumque occidi, vt citius, & salubrius damno occurratur; ita in litteris sacris libro Iudicum cap. 3. laudatur Aod, quia occidit Regem Eglom Moabitam, qui Tyrannus populi Dei, & à D. Thom. refertur, & probatur Cicero, qui laudat Brutum & Cassium, quia occiderunt Iulium Cæsarem, qui libertatem Romanorum primus oppressit. ita ex Xenophonte, Herodoto, Plutarcho, Alexandro ab Alexandro, Caietano, Soto, Valentia, Syluestro, Sepulueda, Lessio & aliis probauit

uit Magister Marquez in *Gubern. Christiano*, lib. 1. c. 8. quemadmodum potest Princepsmittere occidi à quocumque bannitos, qui populorum pacem & quietem, & bona subditorum infestant, vt ex Syluestro, Mantua, Alexandro, Nauarr. Iulio Claro & alijs probauit Fagund. in *præceptis Decalogi*, lib. 5. c. 16. n. 8. cum seqq. vbi n. 3. disputat, an possit ex permissione mortis bannitorum occidi pater bannitus, & illos posse generaliter occidi, tenuerunt plures, qui peculiaribus tractatibus de bannis scripserunt, & nouissimè probat eminentissimus Pater Lugo de *iustitia*, & tom. 1. disp. 10. sectione 2. num. 82. & 83. & noua Pragmatica apud nos hodie permissum ex frequentia graffatorum, & de hoc videndus etiam R. P. Diana in 6. tom. tractat. 1. resolut. 21. vbi dubitat, an banniti gaudeant immunitate Ecclesiæ, vel in ea occidi valeant, stante permissione & statuto vt occidi possint.

Et addendi plures, quos refert D. Solorzanus, vt tyrannus occidi possit, tom. 1. de iure Indiarum, lib. 2. c. 14. n. 48. cum seqq. nam quod tradit, legitimum Regem etiam si tyrannicè dominetur, non posse à subditis occidi, aliter procedit quando iuste Rex fuerit, sed iniuste gubernat, & propter iniustitiam non debent Reges à subditis occidi, vel cum Regnum quod tyrannide inceptum, longo tempore & populorum tolerantia & approbatione in veram Monarchiam conuertitur. Nauarr. in c. nouit, de iudicijs, notabili 3. n. 158. Molina de *iustitia & iure*, tractatu 2. disp. 24. D. Couar. *Præct. cap. 1. n. 9. Salas de legibus disput. 7. sectione 12. num. 67. Lessius de iustitia & iure*, lib. 2. c. 3. n. 41. & c. 29. dub. 9. Calixtus Ramirez de *lege Regia*. §. 4. n. 8. Bobadilla lib. 1. *Politic. c. 2. num. 14. litt. I.*

10 At verò, quando tyrannicè Regnum vsurpatur, potest tyrannus à quocumque occidi, & bello puniri: vnde cum nihil interfit in hac causa iusta & publica, mille cum militibus, centū, vel decē, aut vnus cum alijs duellat: quemadmodum bellū pluriū & exercitus cum exercitu licitum est ita paucorum duellum. nam sicut quilibet ex vasallis exercitus nostri Regis poterit occidere tyrannum, quasi minister publicæ auctoritatis, & potestatis, quæ id permittit, ita etiam potuit pio iure publico tyrannum ad duellum prouocare, & occidere, quia prohibitio duelli ex sancto Concilio & Bullis Apostolicis fundatur iure diuino & naturali, quibus non licet proximum pro causa, vel auctoritate priuata in duello occidere, vel se exponere mortis periculo pro vindicta priuata, quod aliter procedit, quando ex causa & auctoritate publica, vt Principis minister ad duellum prouocat tyrannum, nec periculum eius, qui prouocauit, debet retardare, aut peccatum inducere; quemadmodum non consideratur in milite qui in bello certo periculo se exponit, tradit D. Couar. lib. 1. var. c. 2. n. 10.

11 Ex quo omnium communis & probata sententia est, pro defensione causæ publicæ licitum esse ad duellum prouocare, & suscipere, nec id comprehendit censuris Bullarum & Concilij, tenuerunt Nicolaus de Lyra in cap. 17. lib. 4. *Regum*. Caietanus, Nauarrus, Cardinalis Toletus, Valentia, Becan. & Maior, quos refert Layman in *Theologia morali*, lib. 3. tract. 3. p. 3. cap. 5. num. 3. vers. Tertius. Armilla, Deltius, & Petrus Nauarra, & alij, quos refert Pater Thomas Sanchez in *summa*, lib. 2. cap. 39. num. 16. & ex duello Davidis cum Philisthæo confirmat Menchaca lib. 1. *conuenerf. illustr. cap. 49. num. 15. & 16.* vbi contra Guerrerum contendit, etiam si David non pugnasset impulsu diuino, non peccaret, quia pro causa publica & honore sui Regis duellum suscepit, quod etiam tenuit Azeuedo in l. 10. num. 6. tit. 8. lib. 8. *Recopilat.* & eodem

exemplo Davidis ex Molina, Sayro & Reginaldo probauit nouissimè Pater Fragolo in *Regimine Reipublicæ Christianæ* 1. p. lib. 1. §. 10. num. 17. & pro causa publica duella permissa, tenuerunt, Pater Suarez, Azor, Valentia, Nauarra, Bonacina, Ferrarius, Filliucius & alij, quos referunt Pater Puente Hurtado, quem & plures cumulat P. Diana tom. 5. tract. 13. *miscellaneo. resolut. 27. per tot.* & nouissimè post hæc scripta refert & doctè probat idem Diana tom. 6. *Moralium*, tract. 6. *resolut. 20.* comprobans ex Caietano, Armilla, Valentia, Lyrano, Patr. Sa, & Thom. Sancio, remittens se ad alios, quos citauit 3. part. tract. 5. *resolut. 1.* plures refert etiam Fagund. in *præceptis Decalogi*, lib. 5. cap. 8. n. 37. vbi num. 51. tradit sententiam iudicis esse necessariam, vt pœnæ impositæ propter duella, incurri possint propter excommunicationem & interdictum, quod à iure habet paratam executionem.

12 Maior autem difficultas, quæ magis in hoc casu videri videbatur, illud respiciebat, quia ex Bulla Clementis VIII. prohibentur duella, in quibus prætextu publicæ causæ similitates priuata & inimicitia miscentur: vnde etiam si in hoc casu aliquis Hispanus ex nostris Proceribus pro honore & iustitia Regis Hispani ad duellum prouocaret Lusitanos, cum tamen similiter iniuriam vindicare intendat, quasi Lusitani vulgarent, aliquos ex nostris eorum factum probare, ideo videretur, iuxta dict. Bullam Clementis VIII. prohiberi duellum, in quo prætextu causæ publicæ iniuria priuata miscetur.

13 Sed adhuc dicendum est in præsentia, totam huius duelli causam publicam censeri, nec attendi oportere si quid ad vtilitatem priuatam duellantis, vel subditorum possit concludere, quippe cum eo prætextu Lusitani improbè persuadere intenderent ab aliquibus ex nostris rebellionem probare, vt in tyrannide & vsurpatione Lusitaniæ se conseruarent, inde quidquid ad priuatorum honorem posset pertinere, totum respiciebat causam publicam rebellionis, & Regni Lusitani vsurpationem, quia nullo alio prætextu voluit tyrannus improbè apud omnes exhibere, eius factionem ab aliquibus ex nostris probari, quam ostenderet inimicis Hispaniæ, quos in sui defensionem & auxilium allicere intendebat, consilio & viribus ipsorum Hispanorum posse in sua rebellionem & tyrannide sustineri, inde tota hæc res ad publicam causam pertinet, & si aliquid ad priuatos spectat, id omnino obumbratur ex iure publico, decore & iustitia nostri Regis, quæ prædicto duello defenditur, nec in consideratione oportet esse defensio priuata subditorum, quæ accessoria ex accidenti, & per consequentiam non oportet attendi, sed quod principaliter agitur, ex eis quæ notantur in §. *spadonem*, *Instit. de adoptio. l. 1. ff. de autor. tutor. cap. ad audientiam*, vbi glossa, de *prescriptionibus*. ex Tiraquello, Surdo & Mangilio, probauit Valasco *Axiomatum littera P. numero 157.*

14 Et quemadmodum sine dubio propter causam publicam duellum permissum, ita in præsentia, licet duelli victoria cedat in honorem subditorum, & calumniæ purgationem, sicut etiam quodlibet duellum, in quo nihil aliud quam publica defensio intercedit, etiam cedit in gloriam & honorem priuati, qui victoriam duelli consecutus, nec minus causa publica dicenda; ita similiter in hoc casu accipiendum circa eum, qui Castellæ Regnorum auctoritatem, Regis sui honorem, iustitiam & iniuriam publicam duello vindicare intendit, vt attendi non oporteat quod pertinet ad vltionem & iniuriam priuatam, & vsurpari aptè possunt verba textus in l. *qua actione 7. §. si quis in collectione, ff. ad l. Aquil. ibi, Siquidem in publica*

certamine alius alium occiderit, cessat Aquilia, quia gloria causa & virtutis, non iniuria gratia videtur damnum datum.

15 Similiter publica iudicia dicuntur quæ ad iuris & vindictæ publicæ tutelam pertinent, quamvis ex privati iniuria nascantur, ex toto titulo ff. de publicis iudiciis: & publica utilitas consideratur pro libertatis favore, in l. si hereditas 10. §. fin. ff. de testament. tutel. quamvis libertas respiciat statutum privati, & publicam esse nuptiarum utilitatem, traditur apud Paulum IC. lib. 3. sententiarum, tit. de nuptiis, & in l. in bello 12. §. medio. ff. de captiuis, & postlimin. reuersis. quamvis contrahentium commoditatem & nexum nuptiæ contineant, & publica causa nunciationis, quæ ex legibus inducitur, quamvis ad priuatam utilitatem, in l. de pupillo 5. §. & velle 9. ff. de nou. oper. nuntiatione, & iuris publici censetur testamenti factio in l. testamenti 3. ff. qui testamenta facere poss. etsi ad bonorum privati dispositionem pertineat, & publicam causam habere dicitur officium & ministerium argentariorum, in l. Argentarius 10. §. 1. ff. de edendo. licet officium circa utilitatem priuatorum exerceatur, & multis aliis iuris locis comprobetur.

16 Vt non minus dicatur causa publica, in qua id principaliter attenditur, etsi etiam admixta sit utilitas priuata, & similiter in hoc casu cum rebelles Lusitanos & tyrannum pro honore Regis & bono Regnorum ad iniuriam publicam vindicandam Hispani ad duellum prouocassent, etsi admisceretur iniuria priuata; tamen publica vindicta omnino dicenda, quia in mixtis illud attendendum quod præualet. l. queritur. ff. de statu hominum, iunctis pluribus quæ notauit D. Castillo lib. 5. con. rous. cap. 89. per tot. Sed omnino causa communis & publica est, cum pertineat ad defensionem honoris iuditorum Regis Hispani.

17 Postremò valde notandum, cum Hispani nostri ad duellum quod prouocauerant, comparerent tempore & loco designato, & Lusitani & eorum tyrannus ad duellum non veniret, imò non venturum certò præsumebatur, tam quia scelere rebellionis & tyrannidis coniectus non auderet improbatissimum scelus duello defendere, quam cum elatione auspiciorum vsurpati Regni vellent ignauiam suam dignitatis Regiæ auctoritate obumbrare, nolens in periculum duelli Regnum quod vsurpauerat, conuicere, nec cum vasallo Castellæ duellum inire.

18 Ex his omnibus certum est censuras Bullarum prohibentium duella, hunc casum non comprehendere. nam ad veram & realem pugnam sunt referendæ Bullæ quæ loquuntur de duello, vt ex ipsis apparet, & ideo, eo non sequuto, censuræ locum habere non possunt, ita in terminis probat ex ipsis Bullis Pater Hurtado de Mendoza in 2. 2. disputat. 170. sect. 21. §. 190. & 196. vsque §. 201. quem sequitur Pater Diana tom. 5. tract. 14. miscellaneo 2. resolutione 102. & eiusdem sententiæ Megalem, Domitolium, Delrium, Sanchez, Scortiam, Ioannem Franciscum Suarez, Naldum & Riccium, refert idem Diana 2. part. tract. 16. miscellaneo 2. resolutione 102. & tractat. 16. resol. 53. & 3. part. tract. 6. resolut. 1. vers. dico octauo. Et omnium Doctorum sententia communis, vt si qui ad duellum prouocauit, probabiliter sciat duellum effectum non habiturum, censuris non ligari. Ex quibus tam ex causa publica quæ præcessit, quam eo quod postea sequutum, factum hoc à censuris immune censendum.

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.



Secunda de Duello.

ALLEGATIO CXVII.

Duella an apud nos cum Lusitanis petmitti possint ex causa publica rebellionis Lusitanorum.

- 1 Authores, qui de duellis egerunt.
- 2 Theologi, qui de duellis tractarunt.
- 3 Duelli etymologia.
- 4 Duelli definitio.
- 5 Duellum idem, quod bellum, antiqui dixerunt.
Perduelles hostes patria, & proditores.
l. quos nos hostes 234. ff. de verb. sig.
- 6 Monomachia verbum Græcum, eius vestigia à iure ciuili, & canonico, & legibus duodecim Tabularum.
c. Monomachiam 2. q. 5.
c. 2. de purgatione vulgari.
l. qua actione. §. si quis in colluctatione, ff. ad l. Aquiliam.
l. vnica. C. de gladiatoribus.
Constitutio de pace tenenda.
Hispano iure duella admissa.
l. 1. & 2. tit. 3. p. 7.
l. 4. tit. 4. p. 7.
l. 8. tit. 14. p. 7.
l. 1. tit. 21. lib. 4. & totus titulus 8. lib. 8. Recopil. per totum.
Riepto etymologia.
Desafio etymologia.
- 7 Duellorum origo, & in ea Torreblanca impugnatur.
Ioannes Eusebius expenditur.
- 8 Duella à Barbaris inducta Demone suadente.
- 9 Duella apud omnes gentes in vsu fuisse qui notauerint.
- 10 Duellorum amantissimi Galli fuerunt.
Duella inter omnia animata, & à natura producta.
- 11 Hispani variis solemnitatibus, & reatibus duella admiserunt.
- 12 Hispanorum Regum duellorum prouocationes.
Petri Regis Aragonum duellum cum Carolo IX. Rege Gallia.
Petri Aragoni duelli prouocatio ad Ludonicum Regem Gallia.
Hispani Legati Regis Catholici eius nomine ad duellum Regem Gallia prouocarunt.
- 13 Duellum Petri Aragoni Regis cum Carolo Rege Neapolis super possessione Sicilia.
Martinus Quartus Pontifex excusatur à permissione huius duelli Caroli Quinti Imperatoris, & Regis Hispani duelli disceptatio cum Francisco I. Gallia Rege.
Duelli prouocatio Renati Ducis Anxoini contra Alphonsum V. Aragonum Regem pro possessione Regni Neapolis.
Duellum Regis Aragonum Alphonsi Quinti cum Duce Anxoini super possessione Regni Neapolitani.
Ferdinandus Catholicus Castella Rex ad duellum prouocauit Regem Lusitanum in vrbe Tauri.

- 14 Duella plura inter Hispanos antiquis temporibus, & nouioribus.
- 15 Hispanorum alia duella.
- 16 Hispani Sueri Quinonij singulare certamen.
- 17 Hispani alij duellum pugnarunt.
Marchionis de Villena singulare certamen.
Beltrandi de la Caena certamen.
- 18 Duellum Hispanorum celebre.
l. 5. tit. 4. p. 7.
- 19 Duellum coram Imperatore Carolo V. in vrbe Pini-
tiana in eius foro vltimam fuit solemne duellum,
quod in Hispania permissum.
l. fin. tit. 9. lib. 4. ordinamenti.
l. 10. tit. 8. lib. 8. Recopilat.
- 20 Duello debet precedere admonitio & diffidatio,
quod Hispani dicunt Riepto.
l. 3. tit. 8. lib. 8. Recopil.
- 21 Duellum apud Hispanos ad id maximè vsitatum
ad purgationem delictorum.
Principum licentia, vel Ducum ad duellum neces-
saria.
l. 3. §. in bello. ff. de re militari.
- 22 Prouocatus ad duellum arma eligebat.
Hispanie Rex antiquitus iudices duelli & arma
designabat.
l. 3. tit. 3. p. 7.
- 23 Arma duelli equalia esse debent, & ex consuetu-
dine Regionis, vel moribus gentium.
l. fin. tit. qualiter se quisque defendat leg. Longo-
bardorum.
- 24 Patrini eligebantur ad duellum, quorum officium
arma metiri, corpora duellatorum videre, & illos
inducere, & educere in palastra, illam desi-
gnare, & tempus quod in certamine duratur-
rum.
l. 4. & 5. tit. 4. p. 7.
- 25 Duellum nisi ex iusta causa inramento firmata non
admittendum.
l. 8. tit. 8. lib. 8. Recopilat.
- 26 Duellum, aut bellum ex utroque latere non potest
iustum esse.
Bellum potest iustum presumi ex utroque latere ex
alterius inuincibilis ignorantia.
- 27 Aequalitas esse debet inter duellatores.
Miles quamuis ignobilis, potest ad duellum No-
bilem prouocare.
- 28 Nobilis an possit Titulatum prouocare ad duel-
lum.
Superior ab inferiori potest prouocari ad duellum
ex recepta consuetudine.
l. obseruandum. ff. de officio Praesidis.
Infames & notati à iure excluduntur à duelli prouo-
catione, & qui excludantur recensentur.
- 29 Magistratus non potest ab inferiori prouo-
cari sine venia tituli, & Cod. de in ius vo-
cando.
- 30 Magistratibus, etsi malis, reuerentia exhibenda.
Magistratus, vel officialis ad duellum non prouo-
candi.
- 31 Poena statuta contra illos, qui Magistratibus ho-
norem detrahunt.
Titulus 22. lib. 8. Recopilat.
l. omne delictum, ff. de re milit.
- 32 Magistratum qui laeserit officij ratione, criminis
maiestatis secunda speciei reus est.
l. quisquis, C. ad l. Iuliam maiestatis.
Magistratibus honor & reuerentia exhibenda.
l. si quis in hoc, C. de Episcop. & clericis.
Popularis actio competit pro vindicanda iniuria
Magistratus.
- 33 Dux exercitus non potest ab inferiori ad duellum
prouocari.
Piscarius Marchio generalis Praefectus exerci-
tus Hispani Caroli Quinti duellum non acce-
ptauit.
Marchio de Comares, Praefectus urbis & propu-
gnaculi de Oran, non acceptauit duellum.
- 34 Iudex quis in sua causa esse non potest.
Iniuriam suam quilibet sine iudice non potest vindi-
care, nec duello se vlcisci.
- 35 Iure diuino duella prohibita.
Consuetudine duella probari non possunt.
c. Monomachiam 2. q. 4.
c. 1. de purgatione vulgari.
Concilium Tridentinum sess. 25. de reformatione
cap. 19.
Bulle plurimum Pontificum, quibus duella damnan-
tur, referuntur.
- 36 Iuri gentium duella repugnant.
Ius naturale idem quod gentium.
§. ius naturale, & §. ius gentium. Instit. de iure
naturali.
Hispano iure antiquo solum permissa duella in cau-
sis personalibus.
l. 3. tit. 5. p. 7.
l. 10. tit. 8. lib. 8. Recopilat.
Hispani Reges Catholici omnino duella prohibue-
runt.
- 37 Theodorici Regis verba ad duellorum detestatio-
nem.
- 38 Duelli probatio falsitatem, & fallaciam conti-
net.
Duello plures victi, qui iustitiam sustinebant, &
victores, qui iniusta defendunt.
l. 1. legum Longobardorum tit. de Monoma-
chia.
l. 8. tit. 3. p. 7.
- 39 Duella valde execratur Carolus Scribanus.
- 40 Honor vita est omnibus preferendus.
l. iusta. de manumissis vindicta.
l. Iulianus, ff. si quis omiſsa causa testam.
Nobilis non tenetur fugere, ut vita periculum
enadat, sed poterit occidere aduersarium pro sui
tutela.
Duellum pro honore tuendo licere qui tenuerunt.
- 41 Honoris conseruandi causa duellum non permit-
titur.
Iniuriam suam non debet quis propria autoritate
vindicare, sed per leges, & indices.
- 42 Duellum acceptari non potest, nec licitum fieri,
etiam pro honore conseruando.
Honorem non amittit, qui ad duelli prouocatio-
nem responderit non acceptare, quia iure prohi-
bitum.
- 43 Iniuriam repellere incontinenti licet, sed ex inter-
uallo non permittitur, sed per leges, & indices ius
suum quis persequi debet.
l. vnic. Cod. quando liceat vnicuique, explica-
tur.
- 44 Statuta Ordinum Militarium que duellum recu-
santem excludunt ab Ordine, procedunt ex an-
tiquitate institutionum Ordinum, quia eo tem-
pore in Hispania duella permissa.
- 45 Duellum non acceptans, respondens quia prohi-
bitum, non excludendus ab Ordine Equestri
Militari.
- 46 Statuta Ordinum Militarium que excludunt eum,
qui duellum non acceptauit, procedunt quando
duellum permissum, ut ex causa publica.

- 47 Duella ex causa publica permittenda.
- 48 Duello pronocare Lusitanos pro defendenda iustitia nostri Regis Castella contra Tyrannum, an liceat.
- 49 Duella ex causis priuatis prohibita
D. Iosephus Gonzalez laudatur.
- 50 Bellum iustum contra Tyrannum.
c. noli existimare 23. q. 1.
c. quod culpatur 4. 23. q. 1.
- 51 Tyrannus potest à quocumque occidi, & Princeps potest inhere & permittere occidere.
Brutus, & Cassius laudati, quia occiderunt Iulium Casarem, qui primus Romanorum libertatem oppressit.
- 52 Princeps potest permittere, ut banniti à quocumque occidantur.
Pragmatica noua Castella de morte bannitorum exornatur.
- 53 Rex legitimus, etsi tyrannicè gubernet, non potest à subditis occidi.
- 54 Dux Verganza Tyrannus Lusitania, ipse pater, & auus homagium fidelitatis Regi Castelle Philippo IV. exhibuerunt, & à quocumque vasallo Regis nostri, ut à ministro publica potestatis, occidi potest.
- 55 Publica causa reddit iustum duellum.
David, etiamsi non pugnasset contra Goliath impulsu diuino, non peccaret; quia pro publica causa sui Regis duellum suscepit.
- 56 Duelli cum Lusitanis causa an respiciant inimicitias, & emulationes priuatas.
- 57 Publica causa omnino dicenda, que respicit ius publicum, etsi aliquid priuatis contingat.
Principaliter quod agitur attendendum.
c. quanto, de iureiurando.
l. cum queritur, ff. de statu hominum, & n. 60.
- 58 l. qua actione, §. si quis in collutatione. ff. ad l. Aquiliam.
- 59 Publica iudicia dicuntur, que ad vindictam publicam pertinent, licet ex iniuria priuata nascantur.
l. in bello 12. §. medio ff. de captiuis.
l. de pupillo 5. §. & bellè. ff. de noui oper. nuntiat.
l. Argentarius 10. §. 1. ff. de edendo.
- 60 In mixtis illud attenditur quod preualet.
- 61 Duellum quo prouocans certò scit effectum non sortiturum, censuris non comprehenditur.
Lusitanos ad duellum prouocare, rebellionis causa, iustum, & permissum est.

De duellis, & quando illa Princeps permittere possit, Pro explicatione tit. 8. & eius legum lib. 9. Recop.

Authores qui de illis egerunt.



E duello, id est, duorum bello, egerunt plures, qui peculiaribus tractatibus de illo scripserunt, Alciatus de singulari certamine, Iulius Ferretus de duello, Massa Galleus de usu contra duellum, Ioannes de Lignano de duello, Iacobus Castillo in eodem tractatu. Hieronymus Mutius Iustinopolitanus in lib. de duello, & Virea in tractatu de la honrra militar. Alia plura notarunt circa duella Lucas Floronus, Lelius Cecioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I I.

cus & Vischer in tractatibus de duellis. Guido Papa singular. 303. & decisione 622. Raudensis ante consilium 1. Iosephus Ludouicus decisionib. Lucensi 1. Iacobus de Grassis in aureis decisionib. 1. parte lib. 4. capite 23. numero 23. Zerola in praxi verb. duellum. Viuio tom. 2. comm. opin. in fine tract. de feudis tom. 2. numero 85. Zenedo collect. 117. ad Decretales. Tiraquellus de nobilitate capite 20. numero 61. Gratianus tom. 3. disceptation. capite 4 10. Ramirez in explicat. Bulla Ordinis Diui Iacobi capite 13. à numero 30. Caballus tractat. de homicidio, numero 76. & cons. 9. lib. 1. Alia plura tradit nouissime Suarez ad legem Aquiliam lib. 1. capite 2. sect. 2. Paris de Puteo de re militari, tit. an certum, ut duellum possit concedi in terris Ecclesia. Petrus Bellinus de re militari tit. 2. numero 128. Constantius Rogerius de summo bono, numero 62. pagina 13. Ioann. Sonsbec ad usus feud. part. 15. numero 78. Claudius Cotera de iure, & privilegiis militum, numero 1. Medices de definitionib. definition. 13. numero 2. Hieronym. Gigas de crimine lasa maiestatis, q. 13. numero 3. & q. 18. numero 11. Laudensis de bello numero 12. Brunus de Curte de nobilit. part. 5. numero 37. Ioannes Licirier de primogenitura lib. 1. q. 25. numero 37. Addendi Hottom. lib. 2. observation. c. 15. Reinaldus Corfus indagatio. c. 10. Dantes lib. 2. Monarchia pag. 93. Angelus Matheacius lib. 1. de via iuris c. 32. n. 15. & seq. Philip. Camerarius oper. successor. centuria 2. cap. 19. 20. & 21. Mirandulanus, fufius Conradus, Viuius, Petrinus, Bellus, & alij plures, quos refert Delrio lib. 4. Disquisitio. c. 4. q. 4. sect. 2. Menchaca lib. 1. controuersiar. illustrium c. 11. num. 35. & cap. 12. & 49. per totum. Bodinus, & Bocerus, Authores damnati, quos refert Olwaldus ad Donellum lib. 17. c. 2. in notatis lit. M. ex VVitriedo & Sigifmundo Petrus Gregorius lib. 7. de Republica cap. 10. n. 13. cum Oldrado, Baldo, Decio, Socino, Signorolo, Grato, Angelo, Curtio, Guidone Papa, Iafone, & aliis D. Cardinalis Tuschus Practicar. littera D. concl. 805. 806. 807. 808. ex eodem Iafone, Surdo, Bertazola, Raudensi, Andrea Gallio, & aliis plura notauit Ameleua de potestate in seipsum lib. 2. cap. 5. n. 19. 20. & seqq. vbi multos ex Theologis refert. Addendi Mascard. de probationibus in proemio, q. 4. n. 47. Camillus Borellus, Cassaneus, Maranta, Becanus & alij plures, quos refert Cabrera de metu lib. 2. cap. 47. Pantoja in l. fin. C. de aleatoribus, num 86. Riccius collect. 616. & sua praxi decis. 634. Barbosa in remission. lib. 5. tit. 43. Ioann. Gutierrez lib. 4. practica. q. 13. alter Barbosa de potestat. Episcop. alleg. 50. n. 120. Azeuedus in l. 10. n. 6. tit. 8. lib. 8. Recop. Anton. Gomez tom. 3. var. cap. 8. n. 22. Petrus Gregor. lib. 48. Syntagm. iur. c. 16. vbi refert Belisarium & alios, qui de bello scripserunt, & plura Nauarrus in preceptis Decalogi, c. 11. n. 39. c. 15. num. 9. & 28. Ioann. Rualdus in tract. de duellis. & Dom. de Bandaron in libello de duellis, de quo memorat Carolus Scribanus in institutione Polit. Christian. lib. 1. cap. 41. cum Conrado, Platea, Hippolyto de Marsiliis, Angelo de maleficiis, Gregorio Lopezio, & aliis Bobadilla lib. 2. Politica cap. 14. num. 41. & 42. cum Tabiena, Nauarro, Alciato, Rolando à Valle, & Petro Gregorio, Salzedo in praxi cap. 100. per totum. Alexander Peregrinus in tract. de duellis. Vischer de duello prouiso. Albergate de leg. inimicitia priuata. Expillus in placito 30. vbi refert triginta & sex Doctores de duello agentes, addendus Dominicus Iafonus, qui alia tradit in Pragm. de Antefato. versiculo 2. obseru. 1. num. 67.

Ex Theologis eorum Princeps S. Thomas 1. 2. q. 38. art. 11. & post eum Abulensis lib. 1. Regum 2. part. c. 17. q. 45. Nicolaus de Lyra in dict. cap. 17. lib. 1. Reg.

Caietanus *ad. 2. 2. Dini Thomæ quaest. 75. art. 8.* idem Caietanus *in summa verb. Duellum.* Cardinalis Tole- tus, Nauarra, Valentia, Becanus & Maior, quos retu- lit Layman *in Theologia Morali lib. 3. tract. 3. part. 3. cap. 5. num. 3. vers. Tertius.* Armilla, Delrius, & alij apud Thomam Sancium *in summa lib. 2. cap. 39. n. 16.* Molina *tom. 4. de iust. & iur. disp. 7. Banez 2. 2. q. 64. art. 7. dubio 4.* Emanuel Rodriguez *in summa cap. 73. num. 1. & quaest. Regul. tom. 3. quaest. 61. art. 1.* innume- ris relatis ex Theologis doctè R. Pater Diana *3. p. mo- ral. tract. 5. resolut. 5.* & referens Megalam, Comito- lum, Delrium, Scotum, Naldum, Riccium, Ioannem Franciscum Suarez, & alios, idem Diana *2. p. tract. 16. resolut. 53. & 3. part. tract. 6. resolut. 1. vers. Dico octa- uo, & tom. 5. tract. 13. miscellan. resolut. 27. per totam,* & nouissime post hæc scripta alia refert, & doctè cu- mulat idem Pater Diana *6. part. tract. 6. resolut. 20.* Marquez *in Governatore Christiano lib. 1. cap. 23. §. 2.* vbi refert Arnisaum *de corruptio. rerum publicarum,* & alios. Henriquez *lib. 3. de excommunicatione, c. 39. num. 3.* Addendi Pater Puente, Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disp. 170. sect. 21. §. 190. 196. & §. 201.* alios refert Fagundez *in præceptis Decalogi lib. 5. cap. 8. num. 37.* Eminentissimus Cardinalis Lugo *de iust. & iur. 1. tom. disput. 10. sect. 8. num. 171.* vbi refert Bona- cinam, Lessium, & alios; doctè & piè Religiosissimus Pater Eusebius Norimberg. *in tractatu operum, & dierum, cap. 24.* vbi tribuit magnanimitati duellum despiciere, & addendus nouissimus Pater Fragofo *in Regimine Reipublicæ Christianæ 1. part. lib. 1. §. 10. num. 17.* & alij plures, qui in dispositione & mate- ria duelli statim referendi. Gregor. Richter, au- thor damnatus, in politicis *Axiom. 219.* vbi plura notauit.

Definitio duelli, & etymologia.

3 Duellum igitur quasi duorum bellum est quo ad singulare certamen causa belli reducitur, siue inter priuatos sit, siue honoris gratia, iactationis, inimicitia, ostentationis, & gloriae prætextu, siue probationis rati- one, vt duello & singulari certamine res definiatur, in quo etiam apud Catholicos vsurpanda verba Ci- ceronis *lib. 1. officior. ibi, & animi elatio, qua cernitur in periculis & laboribus, si iustitia vacat, pugnatque non pro salute communi, sed pro suis commodis, in vitio est.* Et quia in Gallia pluries duella vsitata fuerunt ex alacri, pertinaci, & bellicosa natura Gallorum, qui iniuriarum valde impatientes, & auidissimi gloriae, vt ex Ioanne de Lignano, Guidone Papæ *ad explicationem constitutionis Gallia Regis Philippi Tertij.* Petr. Greg. *lib. 48. Syntagm. iur. cap. 16. num. 8.* ideo incipiendum à sententia Ioannis Gersonis, celeberrimi Theologi, & Cancellarij Parisiensis, qui *in sermone de sancto Ludonico,* inquit, *Ex his qui duello certant, alij cupi- ditate opum mouentur, alij ambitione gloriae viri fortis, & strenui gloriae vsurpantes, verum vt primi plerum- que non falluntur; quia plerique ex eis locupletes ea rati- one facti sunt, scilicet à stultis quibusdam Principi- bus tanquam viri fortes liberaliori stipendio munerati, ita alteri fortitudinis, aut strenuitatis gloriae nunquam sunt assequuti.*

4 Definitio igitur apta duelli traditur ab Antonio Massa Gallezio *in tractatu contra vsum duelli,* eis ver- bis: *Duellum est singulare certamen, quod homines qui- dam legum contemptores specie ac nomine conseruandi, recuperandive honoris, & ignominia propulsanda, re autem vera pecuniarum, aut falsæ gloriae, seu affectatae vindictæ, vel emulationis causa, missis citro utroque libellis, ad locum & diem certum conuenientes armis à*

pronocato electis committunt. Et hanc definitionem potius admitto, etsi aliam tradiderit Medices de defi- nitionibus *2. p. definitione 13. vt duellum sit pugna corporalis deliberata hinc inde duorum plurimumve ad eruendam veritatem, purgationem gloriae, & odij exag- gerationem.* Et confirmat ex Hostiensi, Alciato, Pu- teo, Ioanne de Lignano, Iacobo Castillo, & aliis.

Vnde antiqui duellum idem quod bellum dixe- runt, & Bellona Dea, Duellona dicta, vt ex Plauto, Cicerone, Tito Liuius, & Marco Varrone notauit Pe- trus Gregorius *lib. 48. Syntagm. iur. cap. 16. num. 2.* quasi parum intersit pugnam & bellum iniri inter plures exercitus cum exercitu, vel inter paucos, vel duos; cum duella propter bellum sæpius inita, vt peri- cula, & damna communis, & publici belli eludantur cum paucorum damno, & duellatores optimi pro bel- latoribus apud Authores legimus. Et Liuius *lib. 6. Belli Macedonici,* tradit, quod *populus Romanus eo tempore duellum inisset cum Rege Antiocho,* id est, bellum, vnde perduelles, id est, hostes, qui bellum in- ferunt Reipublicæ, & proditores, quia patriæ hostes legis Maiestatis rei sunt, vt tradit Caius *l. quos nos hostes. ff. de verb. significat. ex Sexto, Pomponio, Festo, Cicerone, & aliis tradit Petrus Gregor. vbi pro- ximè.* Videndus Vischer *de duello prouiso, membro 2. & 3.*

Dicitur autem solius vnus pugna cum altero, à Græco vocabulo *Monomachia,* de quo mentio fit *in cap. 2. de purgatione vulgari. c. Monomachiam 2. q. 3.* & huius duelli, & Monomachia vestigia in iure ciuili, & nostro Hispano de iure ciuili nulla mentio huius verbi *Duelli,* sed illius *certaminis, in l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad l. Aquilianam. l. vnica. C. de gladiator.* Constitutio *de pace tenenda,* ex legibus duodecim Tabularum, colligit Oldendorpius vsum duellorum esse vsitatum, & refert Caluinus *ver. Duellum, & in l. 1. & 2. tit. 3. l. 4. tit. 4. p. 7. l. 8. tit. 14. eadem partita, & ex lib. 4. fori per totos titulos, maxime l. 1. tit. 21. d. lib. 4. fori, & titulus 8. per totum in omnibus legibus, lib. 8. Recop. vbi apud nos dicuntur Rieptos, y desafios; illud enim Riepro dicitur à repeto, quasi re- petebatur, & obiceretur, quod improbè gestum, & vindicta dignum. d. l. 1. tit. 3. p. 7. Desafio verbum di- ctum, quasi diffusum à fide quam inter te Nobiles ha- bebant, velut amicitiam, vt qui diffidatus, vel *desafia- do,* non fidat in amicitia, & fide alterius, sed ab illo quasi à periculo & inimico præcaueat, vt expressè tradit *in l. 1. tit. 12. p. 7.* & etymologiam tradit D. Se- bastianus Couarr. *in Thesaurio Lingua Castellæ. verb. Desafiar.**

Vnde originem duella habuerint, Torreblanca *in tract. de Magia c. 23. n. 3.* cum ipsis hominibus ortum existimat, & inter Cainum, & Abel incepisse, quando, vt traditur in sacra Scriptura *Genel. c. 4. Dixit Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras, cumque essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum.* Sed adhuc inde non colligitur diffi- datum in agrum venisse Abel, imò cum esset securus, in eum proditoriè consurrexit Cain, & interfecit, & hoc proditoriè factum, tradit Doctissimus Pater Ioã- nes Eusebius *in lib. Stromatum,* quem mihi dicauit, *stromat. 2. cap. 17.* vnde tam longè repetita & antiqua duelli origo non admittenda, quia licet in ipsis primò natis hominibus inuidencia, inimicitia & æmulatio originem habuit, non verò Cain ad singulare duelli certamen & pugnam pronocauit fratrem Abel, sed in- sidiosè & proditoriè occidit.

Ex quo quamuis Alciatus *de singulari certamine, c. 2.* quem plures sequuntur, tradit duella inuenta fuisse apud Græcos à Mantineis, quod improbat Antonius Massa-

Massa contra usum duelli n. 8. qui à Barbaris inuentum tam ferinum hoc, & immane factum tradit, & suadet illud Horatij lib. 1. epistolar.

*Gracia barbarie lento collisa duello,
Scultorum Regum, & popularum continet
astus.*

Sed ex veriori, & certa opinione, duellum inuentum fuit à Dæmone acerrimo hoste generis humani, vt notarunt ipse Alciatus *dist. tract. cap. 1.* Iacobus de Castillo *de duello, in Proemio num. 22.* Ferretus *in eodem tract. num. 31.* Azevedo *in rubric. tit. 8. lib. 8. Recopilat.* Salcedo *in pract. cap. 100.* & addito Guid. Papæ *decif. 617.* tradit, postquam exoletus iam esset in Gallia vsus duelli, prohibitus à Rege Ludouico Nono, illum reuocauit, & ab inferno eduxit Rex Philippus Pulcher suis sanctionibus, & edictis permiffum. Ideo quasi exitiabilissimum malum, & improbatissimum damnum meritò omni iure, & vsu gentium, qua ratione ducuntur, improbatum, vt postea dicemus.

9 Duellorum apud varias gentes mentio fit apud Græcos Menelai, & Paridis, Hectoris cum Aiace, & Achille, Æneæ cum Diomede, & Turno, ex Homero, Virgilio, & aliis Poëtis, & in sacra Scriptura, Davidis cum Goliath. & apud omnes gentes plura singularia certamina, & duella referunt Valerius Maximus *lib. 3. cap. 2.* Petr. Gregor. *lib. 4. syntagm. iuris cap. 16.* Ferretus *de duello numero 9.* Modius *in Pandectis 2. part. lib. 3.* Polydor. Virgilius *lib. 7. histor. Angliæ, Dubrau. lib. 5. Histor. Bohemæ, Olaus Magnus lib. 1. cap. 20.* Saxus *lib. 5. rerum Danic. de Gallia, Guido Papæ decif. 191.* Plura duella refert Vischer *de duello proniso section. 1. membro 1.* & apud omnes gentes, vt ira & odia excitata ex naturæ nostræ improbitate duella obseruata, vt meritò D. Fr. Prudentius Sandoualium, Episcop. Pamphilonensis reprehenderet Iouium *lib. 23. Historiæ Caroli V.* dum tradit, agens de duello Gonzagæ, & Fragofo illud solum frequentari in Italia, cum longè ab experientia dissonum, cum apud omnes gentes antiquitus duella inciperentur.

10 Duella apud omnes gentes vsitata, apud Hebræos antiquos, Græcos, & Romanos, & apud Persas nouioresque Gallos, & Italos magna eruditione probauit Rualdus *in oratione pro duellis, à pagin. 102. cum pluribus sequentibus.* multis adductis exemplis sacrae paginæ *lib. 2. Regum cap. 20. & 21. ex Iosepho lib. 7. antiquitat.* & aliis eleganter recenset Rualdus *in dict. oratione pro duellis pagin. 115. vbi num. 116.* refert præmia, gloriam, & honorem, quibus duellatores condecoratos, & ex omnibus gentibus validos duelli Athletas per omnes orbis nationes recenset pluribus historiæ monumentis adductis, & Gallorum pluribus casibus recensitis, Reges Gallos, & primam Nobilium partem duella admisisse & probasse tradit Ruald. *ibi à pagin. 119. cum sequentibus.* Et omnia quæ à natura producta, siue in hominibus, ventis, lapidibus, herbis, arboribus, animantibus terrestribus, volucris, & piscibus, & aquæ mutuum esse pugnam, & duellum recenset *à pagin. 103. cum sequentibus.* Apud Germanos duella ad probationem iustitiæ in causis criminalibus, & civilibus vsitata in defectum probationum tradit Velleius Paterculus *lib. 2.* & inde ad Burgundiones extensum, vt constat legibus Gordeualdi *tit. 4. §. 1. & 3.* & ex legibus Germanorum *titul. 43. §. 1. & tit. 53. §. 1.* & in Panonia etiam vsitata tempore quo Theodericus in Italia regnauit dum Panonios scribit, iuxta Cassiodor. *lib. 3. variar. epistol. 34.* & inter Babaros similiter duellum probatorium admissum esse, constat ex *Barbarica tit. Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.*

ml. 8. §. 1. & eius mentio extat in legibus Anglorum *tit. 14.* & in legibus Frisonum *tit. 14.* & in legibus Longobardorum *lib. 1. tit. 1. lib. 7. tit. 9. & lib. 22.* vnde creditur ad Gallos, & Francos vsus duelli processisse tempore Imperatorum Caroli Magni, & Ludouici Pij, ex Capitulis quæ compilauit Iacobus Almondus, & in *Appendice legis Salsca, & in Capitulis Ludouici Pij,* sunt plures leges, quibus forma duellorum exprimitur, & *lib. 4. cap. 33.* vbi testes, qui periurij declarati duello probatorio, si velint pœnam manus abscissionis redimere, quantitatis duæ partes applicentur, & contra quem iurarunt, & alia tertia soluent iure fredi, id est, vt filco Regio applicaretur, quod *fredum* dictum notarunt Diuus Gregor. Turon. *lib. 4. cap. 6.* miraculorum D. Martini, & Flodoardus *lib. 4. histor. de Rems.* Ioan. Lud. de la Cerda *in adn. sacr. cap. 92. num. 12.* & cæremonias huius duelli probatorii recenset Petr. Rouer. *in histor. monasterij D. Ioan. Roamaensis, & duorum Comitum Barchin. Bernardi,* & verè duella, probatoria refert Aldemus d. Astronomus Præceptor Lud. Pij *in annalib. Gallia.* 11

Sed in nostra Hispania variis consuetudinibus, ritibus, & solemnitatibus duella instituta, & obseruata, vt constat ex legibus fori, Partitarum & Recopilationis, de quibus supra mentionem fecimus. Et ne in immensum paginæ turgescant, si duellorum, & singularium certaminum aliarum gentium specialem mentionem fecerimus, aliqua quæ de Hispanis notabiliora, & memoranda, propino.

Sed quia Regum actiones præcedere debent, de aliquibus Regum duellis plura referam, quæ insignis Historiographus Zurita tradit: nam cum Rex Gallia Carolus IX. cum duobus Capellanis suis habitu Monachorum, mentitaque Religione mitteret prouocationem duelli ad Regem Aragoniæ Petrum, quasi plura loca ex suis vsurpasset, & sine responso misit Rex Petrus, dicens non posse credere duelli prouocationem committi Religiosis: nam id eorum statui non congruebat, sed illico misit suos Legatos, Comitem de Castillon, & D. Petr. Quiralte, vt certiores fierent, an prædicta duelli legatio, & prouocatio fieret à Rege Gallia? Et cum ille responderet ab illo missam, illi pro suo Rege responderunt, improbam Galli querelam dicentes, & duellum acceptantes, & postea missi fuerunt ad designandum locum & tempus Legatis Regis Aragonum Beltrandem Canelas, & Reginaldus de Limogis, vt refert Zurita *lib. 4. Annalium cap. 25.* Et etiam fuit vsitatum, vt ipsi Reges cum aliquibus ex suis Equitibus inter se duellum prouocarent, vt etiam de Regibus Ludouico Gallia, & Petro Aragonum refert idem Zurita *lib. 4. cap. 31.* vt duello Regū, vafallorū damna vitarentur, & Rex Petrus peruenit ad urbem Burdeau in Gallia cum decem Equitibus, vt erat conuentum, Zurita *lib. 4. cap. 32.* Etiam Mosen Gralla, & Didacus Perez Legati Regis Catholici ad Regem Gallia, presentibus Cardinali de Ruan Cancellario Gallia, & Mariscali, & Marchione Roselino, cum Rex Gallia diceret Regem Catholicum non rectè obseruasse conuentiones & pacta circa diuisionem Regni Neapolitani. Hispani Legati responderunt Regem Catholicum obseruasse omnia, quæ conuenta, & ad singulare certamen cum Rege Gallo pro parte Hispani prouocarunt, Zurita *lib. 4. cap. 59. Vireæ de honore militari 3. part. & alij citati.*

Et celebris fuit duelli prouocatio Francisci Primi belligeri Gallia Regis, quo prouocauit nostrum Regem Hispania ac Imperatorem Carolum V. de quo ex omnibus eius temporis Historiographis monumenta testantur, & latè referunt Lalalde

in *Carolea*, Prudentius Sandoualium *lib. 16. hist. Caroli V. §. 12.* Et huius duelli Imperatoris plura tradit *Vrrea de honore militari 1. p. ad finem.* Etiam alia duelli prouocatio fuit Renati Ducis Anxoini contra Alphonsum V. Aragoniæ Regem pro Regni Neapolitani possessione, & Ferdinandi Regis Castellæ cum Io. Rege Lusitaniæ ad urbem Tauri, quo Rex Catholicus prouocauit Lusitanum, vt cædes & damna subditorum illorum periculo vitarentur, de quo *Vrrea de honore militari 1. p.* & celebris Historiographus Zurita *lib. 14. Annalium, & lib. 19. c. 30.* & duellum Petri Regis Aragoniæ cum Carolo Rege Neapolis super possessione Regni Siciliæ, referunt Iacobus de Castillo *de duello, in proemio n. 38.* qui inculsat Pontificem Martinum IV. qui duellum permisit, & illum excusat Mariana in *historia Hispania lib. 14. c. 6.* Et Pontificem non probasse hoc duellum, ex historicis Galliarum latè & rectè probat Rualdus *de duellis pag. 229. vsque 233.* adde Verream *3. p. de honore militari,* & Pontificem non permisisse duellum, sed ad paucos reduxisse bellum, tradit Iacobus de Castillo *de duello n. 26. & 36.* Aluarus de *singulari certamine c. 3. n. 5.* Ramirez *d. c. 13. n. 34.* & D. Cardinalis Baronius *tom. 13. annalium anno 1283.* adducit specialem Bullam Martini V. qua hoc duellum prohibuit, & aliud Regum duellum refert *pag. 757.* & Regum Castellæ Alphonsi patris & Suarij filij, idem Baronius *anno 1282. cap. 6. pag. 751. & anno 1283. cap. 12. pag. 670.* etsi hoc duellum non constet ex nostris historiis.

14 Sed etiam duelli inter Corbem & Vrsuam Hispanos memoratur Linius *lib. 28.* & antiquorum duellatorum in Hispania Chrisforiani, cum liberis & Zamudios recenset I. Rualdus in *oratione pro duellis, pagin. 116.* & in nostris sæculis apud nos Hispanos celebre fuit duellum quod dicimus *el Riepto de Zamora*, quo Didacus Ordonius de Lara Castellanus eius urbis incolas ad duellum prouocauit, accusans illos circa mortem Regis Sancij, qui ad muros Zamore à proditore Bellido Dolphos occisus, & pro defensione & exculpatione ciuium illius urbis duello se oblatus filij Arias Gundifalui, qui in duello ab Ordonio occisus, vt nostræ Historiæ monumenta testantur, & tradit Mariana *lib. 5. histor. Hispan. cap. 9.* & hoc duellum refert Menchaca *controu. illustr. lib. 1. cap. 49. n. 4.* vbi etiam *num. 2.* refert in Tarraconensi regione duella vsitata in Hispania, & tale fuisse quod habitum inter duos præliantes propter iniuriam, quam illustres viri, Hispano sermone dicti *los Infantes, o Condes de Carrion*, intulerunt filiabus Roderici de Viuar, in quo prælio victi fuerunt iniuriantes à vindicibus, & illius duelli Zamorensis mentionem facit idem Menchaca *lib. 1. controuers. illustr. cap. 11. num. 37.* cuius similiter memoratur Martin. Delrio *disquisition. Magicar. lib. 4. cap. 4. quest. 4. sect. 2.* de eadem pugna Zamorensi Vischer *de duello prouiso pag. 393.* Et in memoriam reuocandum singulare certamen quod Regis permissione eius præsentia & Legati Romani Pontificis factum ex causa publica, an retinendum in Hispania Breuiarum Gothicum, vel Romanum, & cum Ioannes Ruizius Pintianus, qui defendebat antiquam & Gothicam precandi formam, vinceret in certamine, inde in aliquibus Ecclesiis Hispaniæ & Templis antiquis certis diebus vetus precandi ratio, quæ *Mozarabum* vulgo dicebatur, retenta fuit, & in Ecclesia Toletana ad hoc dicatum Sacellum expensis Cardinalis Francisci Ximonis, vt refert Mariana *lib. 9. histor. Hispan. cap. 18.* Suarez *ad legem Aquil. lib. 1. cap. 2. sect. 2. num. 9. & 10.* & celebris Castellæ gloria, eiusdem Roderici de Viuar, quem *Cidum* dixerunt, plures in duello victoriæ referuntur in illius Historia anti-

qua, quæ mandato Imperatoris Ferdinandi, cum esset infans, Castellæ edita, vbi *lib. 1. cap. 6. & 8.* refertur duellum, quod Cidus iniuit cum Martino Gundifaluo Prorege Castellæ, contra aduersarium, qui pro Rege Aragoniæ pugnabat pro vrbe Calagurritana, & vicit Castellanus, & in possessione urbis remansit, huius duelli memoratur *Vrrea de honore militari 1. part.* Et fortissimi, & valde celebris apud Hispanos, Gallos, & Italos Garcia de Paredes sex in duellis arduis egregios milites victorias refert eruditus Historicus D. Thom. Tamayo in *vita Garcia,* & in principio Regnorum Hispaniæ duellum factum Osiris cum tribus fratribus Gerionibus, refert Mariana *Historia Hispana lib. 1. cap. 8.* & cum Vandali ex suis propriis Regionibus egressi cum Rege Gundarico Gallis vastatis, postea ad Hispanias transiissent, & pariter Sueui, id est, Allani Galleciam apprehendissent, & esset inter hos populos orta quæstio, & collegissent vtrimque viri belli se ad conflictum præparantes, ne multitudine clade interiret, conuenerunt, vt discrimen duobus pueris bellantibus committeretur; & ita puero vtrimque in duellum emisso pars Vandalorum victa succubuit, interfectoque illorum puero Thrasymundus successor Regni in locum Gundarici cessit Hispanis cum suis, vt ex Gregorio Turonensi *lib. 2. histor. Francorum cap. 2.* refert Petrus Gregorius *d. cap. 16. num. 6.* nil enim mirum, si in Regni initiis hanc Barbaram consuetudinem Hispani à Gothis, & Alanis imbererent, & postea per plura sæcula vsque ad nostra exerce-

15 Vterius plures etiam alij casus priuatorum nostris historiis Hispaniæ referuntur, vt illud duellum, quod pro immunitate & priuilegio Ecclesiæ Calagurritanæ iniuit fortis, & belligerator miles Hispanus, qui ex corporis proceritate, vt turris in plano videbatur, & inde in nostro idiomate *Turrichano* dictus, & appellatio nomine illorum gentilitio nomen *Turriano* reliquit, qui aduersarium superauit, & in Ecclesia Calagurritana pro victoria ei, & illius descendentibus Præbenda Canonicatus perpetuè concessa, vt constat ex celebri libro Comitum Don Petri, vbi plures antiquitates Hispanorum referuntur, & alia plura constant ex antiquo foro urbis Biatæ, vulgo *Baeza*, titulo *de Rieptis, & duellis.*

16 De Manuele Valenti Hispano, & Hispalensi refert Anton. Massa Galleus contra usum duelli *num. 12.* in Africa omnes fortes milites ad duellum prouocasse, & septem occisorum capita ad Hispalim perduxisse, & idem tradit ibi de Suero Quinonio Hispano, qui in anno Iubilæi Diui Iacobi in Gallecia se ad Pontis transitum in Asturia interposuit, vt cum eo duellum inirent omnes, qui per pontem transirent, nisi ab eo quasi victos assererent, dato in signum victoriæ munusculo, puta chiroteca armorum, aut eorum suppellectile, & ea vanitate ducti & inducti rumoris publicati plures Equites ex Gallia, Germania, & Britannia eò confluxere, quorum nemo pontem transire tentauit, quem Suerus non prostrauerit, aut deditionem facere ex legis præcepto non coegerit, vt ex Sepulveda *de militari disciplina lib. 3.* tradit Anton. Massa *d. num. 12.* & specialiter Hieronym. Zurita *lib. 14. annalium cap. 22.* vbi refert infelicem mortem Alberti Claramontis.

17 Simile duellum fuit Marchionis de Villena, qui, vt apud nos traditione receptum, in loco vbi duellum iniuit, voluit sepulchrum illi dicari in Cœnobio Ordinis Diui Hieronymi, quod valde auxit circa urbem Segortæ, & dicitur *del Parral* pluribus muneribus donatis, & valde celebre fuit singulare certamen, quod tempore Regis Henrici IV. anno 1468. prouocauit

cauit Don Beltrandus de la Cueva, Aulicus & dilectus Regis, vt defenderet transitum circa Matritum, panes, nemora, quæ dicuntur *del Pardo*, vt nemo transiret, nisi cum illo duellum hostile iniret, aut se victum fateretur, quod Rex spectaculum permisit, & exhibuit, vt celebraret venisse ad Regnum Castellæ Britannæ Legatum Ducem de Armenac, vt amicitiam cum Castellano Britannus conciliaret, & cum Legato plures milites venirent belligeri, & in hastili pugna valde versati, vt exhiberet Equites Hispanos illis non inferiores. Bertrandus dilectus Henrici Regis singulare certamen hastarum cum omnibus sustinuit, in quo victor in memoriam facti Rex ideo postea Monachorum Diui Hieronymi ibi fundauit Monasterium in eo loco, qui à Matrito dimidia leuca distat, postea loci infalubritate ad Regale Cœnobium Matritense translatum, inde dictum nostro idiomate, *San. Hieronymo del Passo*, vt ex Chronica Regis Enrici tradit Garibayus *lib. 17. c. 6.* & in Historia Ordinis Diui Hieronymi refert Fr. Iosephus de Siguença *tom. 2. lib. 3. c. 20.* De meis belligeris Cantabris eis cœcessisse Regem ipsum Enricum IV. ius prouocandi ad singulare certamen, illis expeitentibus Castellæ exemplo (nondum enim mos ille lublatus erat,) & controuersias quæ multæ in ea gente Marte arbitro iudicare, vt tradit Mariana *lib. 19. histor. Hispana c. 1.* Suar. *ad leg. Aquil. lib. 1. c. 2. sect. 2. num. 11.* De alio Hispaniæ duello memoratur Alciatus *de singulari certamine c. 8.* & Virea *de honore militari 2. p. pag. 69.* vbi Comes Barcinonensis pro defensione mulieris, quæ falsò de adulterio accusabatur, duellum suscepit. Etsi hoc factum diuersè referat Marineus Siculus *lib. de viris illustribus*, in vita Ramonis Berengarij, noni Comitis Barcinonensis, vt duellum fieret pro defendendo honore Imperatricis Germaniæ, & vt illius innocentiam cognosceret Comes, antequam pro ea duellum susciperet, vt iuste prouocaret, adiuuit simulato habitu Religiosi, vt illam confiteretur, & in confessione innocentem esse explorauit.

18 Tempore Regis nostri Alphonfi, Patris Regis Petri, duellum solemne initum inter Rodericum Paez de Viedma, & Palum Rodriguez de Auila; pertinaciter in duello per tres dies durarunt ab ortu Solis vsque ad occasum, & cum nullus alteri cederet, etiam si mutuis vulneribus sauci, & post tres dies, in quibus duellum poterat solum durare, ex legibus Hispaniæ *l. 1. tit. 4. p. 7.* à Rege duellum dissolutum, declaratione facta nullum vicisse, & æqualis fortitudinis vtrosque esse probos, & fideles pronunciauit, à duelli palæstra iussit exire, vt refert Petrus Melsia *in sylua varia lectionis 2. p. c. 10.* Et huius duelli memoratur etiam Delrio *lib. 4. c. 4. q. 4. sect. 2.* Sed etiam duodecim Lusitanorum, cum aliis duodecim Anglis, duellum refert celebris Lusitanorum Vates Ludouicus Camoes *in Lusitana Canto 6. estancia 43.* vbi plurima de aliis duellis Lusitanorum tradit Emanuel Faria, qui commentaria elegantissima & erudita edidit, & *estancia 69.* aliud duellum Aluari Vaz de Almada Lusitani cum milite Germano in vrbe Basilea, & originem duellorum recenset.

19 Et priuatorum plura duella in Hispania passim inuenies apud Pontum Heuterum, qui relationem facit duellorum Hispaniæ, & plura singularia certamina, & duella Hispanorum recenset D. Hieronymus de Virea *in tract. de honore militari*, vt Dom. Garcia de Villaldrando cum Francisco Cardan, D. Ludouici Parreno cum Fabricio Brancacio, Maldonadi, & Ortizij militum in Dalmatia militis Hispani cum Equite Romano, Leris, & Martino Lopez in Roma, vt refert Virea *in tractatu 1. part. per totam.* D. Alphonfi de Gurrea,

Don Martini de Gurrea, & Paschieri Aragonum, & alia plura duella recenset idem Virea *d. tract. 2. p. per totam.* Et aliquorum mentio est apud Bobadillam *lib. 2. Politica cap. 14. num. 42.* Et alterius duelli solemnis mentio fit, quod tempore Imperatoris Caroli V. & coram eo factum in vrbe Pintiana in eius foro vt refert Fr. Prudentius, Sandoualium *in historia Caroli V. lib. 11. §. 9.* Quod vltimum fuit duellum solemne, & permissum, quod in Hispania admissum, de quo etiam meminit Burgos de Pace in *l. 1. Tauri num. 419.* & Vincentius Blaius *lib. 3. Histor. Aragonia tom. 1. cap. 1.* etiam si iam antea nostris legibus improbatum, *l. fin. tit. 9. lib. 4. Ordinamenti*, & prohibitum à Rege Catholico Ferdinando V. *l. 10. tit. 8. lib. 8. Recopilat.* etsi postea à priuatis duellum initum videatur per leges nostras improbè factum, pro vindicanda iniuria se pœnis nostrarum constitutionum subicientes duellatores.

Duellorum forma.

De solemnitatibus & ritibus duelli solemnis, notandum apud nos Hispanos antiquitus in vsu fuisse, vt qui ad duellum prouocaretur, antea admoneretur præcedente diffidatione, quod dicimus *Riepto*, & hæc erat solemnitas necessaria, quæ debebat inter Nobiles præcedere, ad eò vt proditoris notam incurreret, qui sine hac denuntiatione ad duellum prouocaret, *l. 3. ad finem tit. 8. lib. 8. Recopilat.* & idem de iure communi tradiderunt Baldus *in l. si manumissus. ff. de obseq. patroni. præstant.* Ioann. Andreas *in c. 1. de homicidio lib. 6.* Sed differentia nostris legibus inuenitur circa duella inter *Rieptos*, & *Desafios*, vt cuiusque diuersi tituli, vt constat rubricis *de los rieptos y desafios, tit. 3. p. 7. & tit. 11. ead. p. 7.* & vtriusque dissimiles causas fuisse notauit Greg. Lop. *in l. 3. tit. 3. p. 7.* & ideo diuersis legibus, & constitutionibus de illis agitur *in d. l. 3. & in l. 9. tit. 9. lib. 4. Ordinamenti Regy*, & inde Azeuedo *in l. 1. n. 11. tit. 8. Recop.* tradit apud nos rieptum esse, quod coram Rege in publicis comitiis fiebat, & semper præcedebat *al desafio*, vt constat ex nostris legibus supra relatis.

Duellum igitur in eo maxime apud Hispanos vsitatum ad purgationem delictorum pro honore conseruando, & veritatis probatione, quando aliquis assereret, quod ab aduersario negaretur. Proinde quando de veritate cõstitit, non erat locus duello, vt ex Baldo, Andrea Siculo, Deciano, Ioãne de Lignano, Syluestro & Afflicto probauit Fragofo *de regimine Princip. 1. p. lib. 1. disp. 2. §. 10. n. 13. & 17.* addendus Lancellotus Conradus *de duello 1. p. conclus. 4.* Vischer *de duello pag. 23.* ideo authoritate Principis duellum cõstituendum vel superiorum permisso, vt notarunt Iacobus de Castillo *de duello, in principio, n. 48.* Ferretus, & alij qui de duellis egerunt, Farinacius *conf. 9. n. 14.* Lancellotus *de duello 2. part. conclus. 31.* ideo T. Manlius duellum recusauit antequam licentiam obtineret à Dictatore, & idem fecerunt Q. Crispinus & Iubelius Taurea, duello non se commiserunt, antequam Consullem confulerent, vt tradit Titus Linius *lib. 2. de bello Punicò*, & qui contra Ducis exercitus præceptum aliquod fecisset, mortis pœna mulctabatur, etiam si victoriam obtineret. *l. 3. §. in bello, ff. de re militari*, eis verbis: *In bello qui rem à Duce prohibitam fecisset, aut mandata non seruauit, capite punitur, etiam si res bene gesserit*, vt pluribus exemplis Torquati historiæ & aliorum confirmatur, & quando in duello interuenerint filiusfamilias, erat necessaria licentia patris, ex Alciato *de singulari certamine, c. 26.* vide Lancellotum *de duello 2. part. per totam.*

De armis duellantium.

22 Circa arma, quibus duellum debet iniri, dies & iudices certaminis, ex constitutione Frederici, prouocatus poterat eligere arma, & iuxta legem Longobardorum iudex duelli assignabat locum, & diem, sed ex consuetudine vniuersali, vt tradit Alciatus *de singulari certamine* c. 6. qui duellum prouocat, assignat diem, locum & iudices, prouocatus verò arma, & ita tradit antiquitus apud Romanos obseruatum, quemadmodum in iudiciis actor eligit iudicem, & tempus, quo proponere velit actionem, & reus eligit exceptiones, quibus vti potest, & de quibus rebus iudicium contestandum, sed ex foro Hispaniæ Princeps iudices & arma designabat, ex l. 2. tit. 3. p. 7.

23 De armis quibus duellum ineundum, potest eligere prouocatus duellum, vt probat Lancellotus 3. p. concl. 84. & æqualia esse debebant arma, & sine dolo certamen ineundum, sed proportione quadam inter duellantes agendum bona fide, & sine fraude, ita vt qui ad singulare certamen deueniebant, coram iudicibus iurarent non fuisse illos vsos herbis, maleficiis, aut obseruationibus Astrologicis, aut aliis artibus ad vincendum, & vestes, & arma iudicibus & patrinis duelli exquirebantur mensura, & proportione facta armorum, ne alter alterum cum superioribus vinceret armis, de quibus omnibus videnda constitutio Imperatoris Frederici in l. finali, titulo, qualiter se quisque defendat, lib. 2. legum Longobardorum. & Baldus tit. de pace tenenda, in principio. Antonius Massa Galleus contra usum duelli n. 27. Alciatus de singulari certamine c. 39. & Virea de honore militari 1. p. pag. 13. Lancellot. Conradus de duello 1. p. conclus. 8. & 3. p. conclus. 76. vsque 81. Prudentius Sandouallius in *Histor. Caroli V. lib. 1. §. 9.* vbi refert dolum Pitaci Mitirineæ. & prophetica diuinationis ad duella mentionem facit Guido Papæ decis. 623. & ex moribus gentium arma admissa, vt ex tempore Caroli Magni, & aliis refert Martinus Delrio *disquisit. Magicarum lib. 4. c. 4. q. 3. sect. 2.* & circa duellorum arma videnda plura, quæ tradit Fragofo d. §. 10. n. 63. 64. cum seqq.

24 Eligebantur etiam à quocumque ex duellantibus patrinis, vt nostris legibus, & Bullis Pontificum aperte constat, quorum munus erat duellantes in palæstram introducere, & educere, arma illorum metiri, videre corpora eorum, ne aliqua fraude, vel superioritate certamen fieret, Solem diuidere, & aërem, ne alterum eorum grauius offenderet, terminos palæstræ statuere, & tempus designare, quo in certamine durare deberent, de quo videndi Alciatus *de singulari certamine* c. 41. Lucas de Peña in l. 1. c. vt armorum vsus, lib. 11. §. 1. 4. & 5. tit. 4. p. 7.

25 Duellatores etiam coram iudicibus duelli, & patrinis iuramentum faciebant illos defendere causam iustam, vt tradit Alciatus *de singulari certamine* cap. 5. & verba iuramenti refert Petrus Gregorius d. lib. 48. cap. 16. num. 18. Vtriusque prouocantis & prouocati formulas tradit ibi, relato Belisario cap. 6. & nostræ Hispaniæ hunc iuramenti vsus tradit Prudentius Sandouallius l. b. 11. §. 9. & ideo apud nos legibus iuratur causam duelli exponi, ex l. 8. tit. 8. lib. 8. *Recop.* & in Gallia duellum non peraittebatur, nisi causa esset capitalis, nec aliter nisi duello probari posset, & contra prouocatum indicia vrgerent, ex Guidone Papæ decis. 617. & in Anglia non permittitur duellum sine iusta causa, & illa examinata, vt tradit Alciatus *de singulari certamine* cap. 6. & post irruptionem Barbarorum in Italia in vsu duellum fuit apud Longobardos, Germanos, Francos, & Hispanos, vt non solum homicidij tantum causa iusta, cap. unicum. §. si

quis hominem, & §. si quis alium, tit. de pace Constantia, sed ob aliud quoduis crimen, vel magni momenti causam peraittebatur, vt post Baldum, Alciatum, Ferratum, Oresium, Guidonem Papæ, Hottomanum, ex legibus Longobardorum, Mariana, Menchaca, & aliis refert Martinus Delrio. lib. 4. *disquisit. Magicar. c. 4. q. 4. sect. 2. in principio.*

Cui illud adiciendum, an possit duellum, seu bellum ex utroque latere iustum esse, & id procedere posse admiserunt Alciatus lib. 2. *Paradoxorum cap. ultim.* sequitur Fulgos. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. Sed contraria sententia merito admissa per Valentiam tom. 3. *diff. 3. q. 16. punct. 2.* Becanum 2. 2. cap. 25. q. 7. Lorcam 2. 2. *disput. 53. num. 15.* Reginaldum tom. 2. lib. 21. cap. 8. num. 98. Villalobos in *summa tom. 2. tract. 5. difficult. 5.* qui tradiderunt, quando diuersæ, & oppositæ omnino causæ sunt belli, & duelli, non posse simul contraria & opposita esse iusta, nisi inuincibili ignorantia procedant duellantes, quia inde non peccarent; non verò inde sequitur ex vtraque parte dari iustum duellum, sed ex vna parte dari, & in alia præsumi, & ratione talis præsumptionis possunt isti actus etiam contrarij, quilibet ad virtutem iustitiæ pertinere, vt rectè tradit R. P. Diana part. 6. *Moralium tract. 4. resol. 24.* dum tradit facilis hanc ignorantiam habere locum in subditis, & in militibus, qui causam belli Regis, tanto examine discutere non tenentur, & hanc ignorantiam insinuant formulæ iuramenti duellantium, quas refert Petrus Gregorius vbi proxime, num. 18. ibi: *Me habere, vt qui verè arbitror bonum, sanctam, iustamque querelam.* Et iterum eis verbis: *Et pœnas damnationis æternæ deligo in animam, vitam, & honorem meum, si sciens fallo, & ni arbitror me iustam causam fouere expugnandi talem impium proditorem aduersarium, quem in conspectu habeo, video, & manuteneo.* Hæc enim erant verba prouocantis ad duellum, cum in eius principio aduersarij manum dexteram tangeret, cuius ritus, ceremoniæ, & aliorum memoratur Petrus Gregorius d. lib. 48. c. 16. & plura de hoc iuramento refert Vischer *de duello proniso* sect. 1. art. 7. membr. 6.

De personis pugnantium.

De personis, quæ ac duellum prouocare possunt, & acceptare illud, regula est, debere fieri duellum inter æquales, & ideo rusticus ad duellum non poterit Nobilem prouocare, quamuis miles possit quemlibet etiam si Nobilis genere non sit, & magis Nobilem prouocat, vt tradit Alciatus *de singulari certamine* cap. 30. & 31. & reddit rationem, quia si miles quilibet potest in belli conflictu Regem captiuum facere, etiam poterit ad duellum Nobilem prouocare, & ita refert sententiã decisum à Ioanne Iacobo Triulcio, Magistro Generali exercitus Francisci Gallia Regis, in casu, quo miles Nobilem ad duellum prouocauit, quia nobilitatem, quam genere Nobilis à maioribus suis, & parentibus ostentat, miles ex suis operibus consequitur.

Nam genus, & proanos, & que non fecimus ipsi.

Vix ea nostra voco.

Regulariter verò, quia in duello æqualitas, & proportio duellantium requiritur, si valde differant in qualitate pugnantis, duellum non admittendum, ex doctrina Baldi in l. filiusfamilias. ff. de leg. 1. & denotat verbum *hostis*, quod significat aduersarium: nam dicitur ex verbo antiquo *hostire*, quod denotat æqualitatem. Ideo Alciatus *dict. cap. 31. ad finem, & 33.* tradit quemlibet priuatum quantumcumpue diuitem non

non posse ad duellum prouocare nobilem Titulatum, quia ex dignitate inæquales sunt, & in certamine singulari, vt in aliis æqualitas obseruanda. *l. obseruandum. ff. de officio prasidis*, quamuis Puteus *de re militari lib. 7. tit. An Nobilis existimet Nobilem ex omni parentum latere posse ad duellum Titulatos prouocare*. Et quamuis ex decisione Guidonis Papæ 618. ex iure & practica communi non posse ad duellum prouocari ab eo, qui Nobilis non est, & Alciatus *de singulari certamine cap. 3. & 34.* certius existimat, quamuis ex legibus Longobardorum, non posse superiorem ab inferiori prouocari ad duellum; tamen iure, & practica contra admittendum, vt superior ab inferiori prouocetur. Et idem tradit procedere in Aula Regiæ officii. Verumtamen in nostra Hispania ex legibus & foris Castellis *l. 3. tit. 8. lib. 8. Recopilationis*, non poterat ad duellum prouocare Nobilem, nisi ille qui Nobilis esset. Et ex moribus Galliæ inter æquales duellum suscipiendum, vt tradit Bellarius *de singulari certamine c. 7.* vt inferior non admittatur, vt superiorem prouocet, de quo videnda quæ ex Baldo, Cardinali, Rainerio, Cæpolla, Afflicto, Tiraquello, & aliis notauit Fragofo *d. §. 10. num. 37.* & addendus Vrea *de honore militari 2. p. pag. 68.* & ferè omnes qui ad iudicium admittuntur, reiciuntur à pugna, vt turpitudine vitæ notati, infames, desertores exercitus, quæstuarie mulieri inferuientes, campfores, cauponam exercentes, qui dimicantem in prælio dominum deseruerunt, colonus, villicus crimine capitali damnatus, deportatus, hæreticus, vt tradit idem Bellarius *ibi c. 8.* & quia pares debent esse commilitones, & duellatores, si ignobilior ad certamen nobiliorem & superiorem prouocet, potest nobilior parem loco sui subrogare; non verò contra si nobilior ignobilior prouocet: nam tunc ignobilior, vel nobilior alium non subrogat, vt notauit Petrus Gregor. *lib. 48. Syntag. c. 16. num. 21.*

29 Ratio verò inde procedit cum species iudicij censeretur duellum, vt quod probationibus liquere non posset, eo terminaretur, notarunt omnes, qui scripserunt de duello, & tradit Martinus Delrio *lib. 4. disquis. Magicar. cap. 4. q. 4. sect. 2.* & ideo agit de illo, vt de purgatione Monomachia, vt de purgationibus vulgaribus per ignem, vel aquam, quæ loco iudicij subrogata, & de quibus agit idem Delrio *ubi proxime sect. 3. & 4.* & iudicij speciem esse duellum, probauit Lancelotus Conradus *de duello 1. part. conclus. 2. & 3.* inde quemadmodum superioribus debet reuerentia, nec ad iudicium vocari possunt sine venia, & permisso Prætoris, *tit. ff. & C. de in ius vocando*; ita non potest prouocari ad duellum (quod iudicij species) superior ab inferiori, magistratus à subdito, dominus à vasallo, qui alimenta dederit ab illo, cui dantur, capiens aliquem in bello ab eo, qui captus. Et ratio procedit ex prædictis, & ex Bellario probauit Petrus Gregorius *lib. 48. Syntagm. iur. 16. num. 21.* quia inferior debet superiori reuerentiam exhibere, vt notauit Glossa *in l. 3. in princip. ff. de alienat. iudicij mutandi causa f. Etz.*

30 Sed valde alienum à iure, superiorem ab inferiori ad duellum prouocari, & ideo Magistratus ad duellum non prouocandi, nec officialis exercitus à quocumque milite priuato, Puteus *in tract. de re militari tit. 7. An armiger*, & quando prouocatus fuerit Magistratus publicus, tunc prouocans puniri debet, ex Gregorio Lopezio *in l. 3. tit. 3. part. 7.* & idem tradit Farinacius *conf. 41. num. 3.* quia semper Magistratibus, etsi malis, honor & reuerentia exhibenda, vt probauit Gutterrius *conf. 31. Azued. in l. 7. num. 7. tit. 9. lib. 3. Recop.* quia debet honorari ab omnibus, qui à Rege honorantur, & eius nomine iustitiam exercet. *l. 1. C. de Propo-*

fitis labor. lib. 12. l. 1. tit. 22. lib. 8. Recopilat. & ideo nomine Deorum appellantur in sacra Scriptura, ibi: *Ego dixi, Dij estis, Exod. cap. 22. & Psalmo 81.* & Oraculum Apollinis ex Valerio Maximo, quem refert Matienzo *in Dialogo Relatorum 3. cap. 10. numero 13.* cum consuleretur quid de bonis iudicibus inferret? Respondit se nescire vtrum Deorum numero, an hominum aggregari deberent. Et maximum documentum Dominus noster Iesus Christus exhibuit. nam quamuis iniquissimi, & improbi Caiphas, & Pilatus ipsos non lacessuit, sed patienter respondit, confidens illorum officia, non personas, vt notauit Alphonsus à Castro *de lege pænali c. 5. lit. B.*

31 Congruum enim fuit vacuum reddere munus Magistratum ab omni iniuria & timore, vt nec ad duellum prouocent, nec prouocentur, & pænæ ex nostris legibus statuta contra illos qui honorem Magistratibus detrahunt, vel aliquantulum lædere intenderint, & apud nos est *titulus 22. lib. 8. Recopilat. per totum*, de quibus egerunt Auiles *in cap. Prætorum. cap. 20. verb. remediando. Plaza de delictis lib. 1. cap. 6. num. 3.* & apud Romanos, ultra quod traditur *in l. omne delictum, ff. de re militari*, erat lex quædam, quæ Horatia dicebatur, edita pro seueritate Magistratum, de qua mentionem fecerunt Titus Linius *lib. 3.* Dionysius Halicarnassensis *lib. 5.* & ille qui iniuriam, vel contumeliam faceret Tribuno plebis, vel ædili capite plebæbatur, & quamuis Magistratus iracundè, vel iniuste aliquem percuteret, non debet aduersus eum subditus insurgere, iuxta Aristotelem *lib. 5. Ethicor. cap. 5.* his verbis: *Si quis Magistratum gerens percusserit quempiam, non decet eum repercuti, & si quisquam eum, qui Magistratum gerit, percusserit, is non solum repercutiendus est, verum supplicio afficiendus.*

32 Vnde qui læserit Magistratum, quia aliquid muneris publici exercuerit, quia sub nomine, & tutela Regis exercet, crimine læsæ maiestatis secundæ speciei reus censendus, maximè in Cõsiliariis, quia pars Principis sunt. *l. quisquis. C. ad l. Jul. Maiest.* vbi notatur, & *in cap. felices 5. de pænis, lib. 6.* facit *l. 1. tit. 16. p. 2.* & innumeris relatis probauit Farinacius *de crimine læsæ Maiest. q. 112. inspect. 1. num. 51.* & plurima de Magistratum honore, & autoritate ego notauit *in 2. part. Decision. Granatens. decis. 98. & 2. part. allegation. fiscal. cap. 100. vsque ad cap. 105. & cap. 102. à num. 10. vsque 17.* plura expenduntur, vt sit species criminis maiestatis iudicibus iniuriam, quia iudices sunt, irrogare, & alia notauit in peculiari tractatu *de auctoritate Magistratum.* Et inde pertinere ad Concilium vrbs in communi defendere iniurias irrogatas Magistratui, & pro hoc competere actionem popularem, ex *l. si quis in hoc. C. de Episcop. & Cleric.* & actio popularis competit pro vindicanda iniuria Magistratus publici, Bald. *in l. si quis id quod, ff. de iurisdic. & addendi Montaluo in l. 1. tit. 20. lib. 4. fori. Bobadilla lib. 3. Politica cap. 1. num. 42.* Et meritò, quia cum salus Magistratum publica sit, eius tutela ad omnes in communi spectat.

33 Ex quo Duces exercitus, Gubernatores Prouinciarum, vel Prætores vrbsium non posse à subditis ad duellum prouocari, nec duellum acceptare, ex rationibus prædictis. Et ideo laudatur, quod de illustribus Ducibus Hispanis refert Prudètius Sandoualium *lib. 5. §. 6.* post aliquos annos, quibus Voiza in Africa, vulgo Oran, eius portus & propugnaculum expugnaretur ab illustri illo Hispano Heroë Domino Fr. Francisc. Ximènio de Cisneros, Cardinali sanctæ Ecclesiæ Romanæ, & Archiepiscopo Toletano, cū eius verbis, & propugnaculi Gubernator esset Marchio de Comares, quem diximus Alcaide de los Donceles, cum solè

soleret plures ex fortissimis viris Mauritanis ad duellum, & singulare certamen prouocare Hispanos, venit belligerus Maurus qui dicebatur Dominus Caruani, & ad duellum prouocauit Marchionem, qui etsi in bello plura egregia facinora exhibuerat, & in armorum exercitio celebris noluit duellum acceptare, quia alienum ab illo, qui praefectus urbis, & propugnaculi. Et cum Marchio Pilcarus Ferdinandus Dauillos ex genere Hispanus, & qui de belli artibus, fortitudine, & robore cum omnibus antiquis Ducibus merito poterat decertare, cum obsessam haberet urbem *de como*, & cum eam traderet Vanderosius Praefectus, eo pacto, ne à militibus praedaretur, & non posset milites à praeda cohibere Pilcarus, tunc Vanderosius, quasi fidei data violatorem prouocauit duello Piscarium, qui potius neglexit, quam elegit, nec dignatus fuit respondere, qui praefecti exercitus, & Ducis Generalis officium ipsum à duelli acceptatione eximebant, vt refert Alciatus *de singulari certam. c. 31.* & cum obiceretur Scipioni non esse valde belligerum, respondit, matrem illum perperisse, vt Dux esset, & exercitus gubernaret, non miles gregarius, tradit Aegesippus *de bello Iudaico lib. 5.* ex Quintiliano, & aliis Puteus *de re militari lib. 7.* & plura de personis duellantium tradit Vischer *sect. 1. membro 4.*

Duellorum prohibitio.

- 34 De prohibitione duelli agendum, & illa praecipua ratio civilis vt prohibeatur respicit, quia quemadmodum in iure non licet vt quis suam iniuriam possit vindicare sine iudice, vt notatur *in tit. C. quando liceat sine iudice se vindicare*, vel in sua causa sit iudex *l. qui iurisdictioni 10. ff. de iurisdic. omnium iudic.* ita non admittendum duellum, quod species iudicij est, vt quis in sua causa ius dicat, vel irrogatam iniuriam, vel querelam ipse per se intendat vindicare, & ideo ex iuris ratione duella prohiberi tenuerunt Doctores comuniter *in l. 1. C. de gladiatoribus*, & quamuis ea lex id non conuincat, sufficit tamen quod nulla Romanorum lege sit duellum, & eius purgatio approbata, cumque iuri naturali repugnet vltra casus à iure probatos, liceat alicui alterum occidere; & ideo constat omnem consuetudinem in contrarium, quae duellum admittat, inualidam esse, vt ex *c. 2. de clerico pugnante in duello*, Alciato, & aliis probauit Martinus Delrio *d. lib. 4. cap. 4. q. 4. sect. 2.* addendi plures apud Vischer *section. 1. memb. 30.*
- 35 Iure etiam diuino, & sacris litteris prohibitum esse duellum, constat ex omnibus locis, quibus prohibemus Deum tentare, alium occidere. Et apertior est prohibitio iuris Ecclesiastici, seu diuini positui, ex textu *in cap. Monomachiam, 2. q. 4. cap. 1. de Clerico pugnante in duello. cap. 1. de purgatione vulgari*, & in Concilio Tridentino *sess. 25. de reformatione cap. 19.* cuius verba notanda sunt, ibi: *detestabilis duellorum usus fabricante Diabolo introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur.* Et ex Bullis summorum Pontificum praedictae prohibitiones saepius repetitae, vt constat ex Bulla Iulij II. expedita anno 1508. vbi recenset omnia damna, quae ex duellorum permissione proueniunt in animarum, & corporum dispendium, & totius Reipublicae graue detrimentum, quia inde hominum mortes repentinae inter duellantes consanguineos, eorum amicos, & adstantes, odia, & altercationes excitatur generis humani iactura, duella esse perniciosum exemplum, & alia plura, quae ibi referuntur, & postea damnantur, etiam prohibentur Bulla Gregorij XIII. anno 1582. & aliis Pij IV. & Pij V. vbi referuntur aliae Bullae Leonis X. Clementis VII. & Clementis VIII. alia extat, qui-

bus omnibus duellorum usum execrabilem & defendendum esse traditur, & sententia excommunicationis afficiuntur, qui pugnam commiserint, eorum patini, suadentes, & spectatores aliis multis poenis expressis in odium & execrationem duelli. Sed censuras grauissimas Pontifices contra duellantes constituerunt, in quibus incurrunt ipso iure, vt necessaria non sit iudicis sententia, quamuis esset necessaria ad alias poenas, & censurae comprehendunt permittentes, spectantes, consulentes, & patinos. Et an haec censura sit reseruat, de omnibus videndus Fragofo *d. §. 10. n. 124. vsque 150. & 162.* Sed etiam prohibitiones antiquiores summorum Pontificum Celestini III. Iulij II. Leonis X. Innocentij IV. & aliorum, & plurium Conciliorum, Lateranensis, & Gallorum, ex Baronio, & aliis tradit Ruald. *in action. in duella, pag. 54. 55. 56. cum seqq.* Et aded in Gallia vsitata duella tradit, vt *in oratione pro duellis, pag. 122.* tradiderit haec verba. *Carolus verè Gallus, hoc est, vt interpretor, duelli amantissimus.* Et vide eundem *pag. 101.* & vltra addenda quae de aliquibus duellis & prohibitione Galliae Thuanus refert anno 1547. *lib. 3. historiarum*, & anno 1583. *lib. 78.* & anno 1602. *lib. 129.*

Sed & iure gentium (idem quod naturale:) nam si ³⁶ ius naturale est, quod naturali ratione introductum, & ius gentium, quod apud omnes gentes ex ratione naturali admissum. §. *ius naturale, & §. ius autem gentium, Instit. de iure naturali*, videtur duella, quae laedunt aequitatem naturalem, esse contra ius naturale & gentium. Et probauit Antonius Massa Galleus *contra usum duelli, & illo prohibitum*; quia ferè apud omnes gentes, quae politica ratione reguntur, duella prohibentur, & nunquam permittuntur à Graecis, Romanis, Carthaginensibus, Persis, aut Hebraeis, & in Italia ad certas solum causas restricta duella, in Gallia ad causas capitales, in Sicilia ad duas tantum, vt notarunt Antonius Massa *vbi proximè*, glossa *verb. duellum, in cap. Fredericus, de pace tenenda, in vsibus feudorum*, Guido Papae *decis. 617.* Puteus *de re militari lib. 6.* & iure antiquo Hispaniae solum permittuntur in causis personalibus, quae honorem laederent. *l. 3. tit. 5. part. 7.* Sed postea ex Concilio, & Bullis Pontificum in Italia, Gallia, & apud omnes gentes, qui nostram Christianam Religionem colunt, omnino duella prohibita, vt probarunt supra relati, & Fragofo *d. §. 10. n. 14. & 15.* Duella apud Romanos semper execrata, neglecta, & verita, etiam si gloriae & honoris amantissimos: nam Scipio ille Magnus, ideo tali cognomine clarus, dicebat illum autem malle se vnum ciuem seruare, quam mille hostes perdere. Et Augustus, in quo vno, ita summa fortuna cum summa virtute certauit, vt omnium iudicio plus homini, quam deceat, tributum fuerit, cum Antonium redimitum fertis Aegyptiis, & stupris debilitatum sermonibus suis, eadem honorum, atque patriae incendia eructantem eiecisset; aded tamen duella horruit, atque auersatus est, vt ab eodem homine propter conscientiam scelerum desperatissimo ad singulare certamen aduersatus, sapienter admodum responderit, si Antonium suae vitae redderet, satis multas patere ad interitum causas, se autem arma in ciues nunquam sumpsisse, vt refert Plutarchus *in Antonio.* Et semper Romanos etiam fortissimos milites ex Valerio Maximo, Liuius, Plutarchus, Sabellico, & aliis duella horruisse, & execrasse, refert Ruald. *de duellis pag. 44. cum seqq. & n. 45.* propter duelli prohibitionem & repulsam, tradit haec verba. *O populam (loquitur de Romano) dignum Orbis Imperio, dignum omnium fauore, & admiratione hominum, ac deorum. Merito huic urbi à primis eius incunabulis diuino permissu datum est, vt esset.*

Terrarum Dea, gentiumque lumen,
 Cui par est nihil, & nihil secundum;
 Vt leges, iura, Religionem, ceteris nationibus, & olim
 poneret, & hodie ponat. Vnde quondam extiterunt tam
 multi Principes, qui se non sibi, suisque insanis cupidi-
 tatibus, sed patriæ, & civibus amantissimis natos nun-
 quam non confessi, Monomachiam, velut Reipublica
 cuius debonestamentum atque luem impurissimam suo
 exemplo condemnarunt; & omni iure diuino, Canoni-
 co, gentium, & civili duellum nigro notandū lapillo
 ex Politicis, Iureconsultis, & Theologis, vt nec con-
 suetudine, vel statuto introduci possit, pluribus probauit
 Vischer de duello prouiso, section. 1. membr. 3. om-
 nique iure duella prohibita ex nostris Pineda in Mo-
 narchia Ecclesiastica lib. 14. cap. 7. §. 1. Marquez in
 Governatore Christiano lib. 1. cap. 25. §. 2. Et licet in
 nostra Hispania duella permitterentur, vt constat ex
 totis titulis 3. & 4. & eorū legibus partit. 7. qui agunt
 de los Riepros y desafios. Sed tamen postea Reges no-
 stri Catholici, Ferdinandus, & Elisabeth anno 1480,
 omninò duella prohibuerunt ex nulla causa permittā,
 adiunctis pœnis, pugnantibus, mediatoribus pugnae,
 & patrinis, vt incurrant notam proditorum, & bono-
 rum amissione plectantur, silco applicanda, & pu-
 gnantes pœnis corporalibus afficiuntur, vt si prouo-
 cans ad pugnam aduersarium occiderit, seu vulnera-
 uerit, capitali supplicio puniatur. Et si prouocatus vi-
 cerit in pugna vbi vulnus, vel mors aduersarij sequu-
 ta, tunc prouocatus à Regno exulandus, vt constat
 l. 10. tit. 8. lib. 8. Recopilationis, & de Hispaniæ duelli
 prohibitione cum Belluga, Heringio, Anisæo & Bo-
 dino, Vischer de duello section. 1. membro 5. art. 3. In
 Gallia pluribus etiam Regiis edictis, & pœnis duella
 vetita, vt ex Caroli Magni testamento, & Beati Lu-
 douici testimonio confirmante relata edicta Regis
 Henrici IV. in duella, & declarationem pacificationis
 duellorum Ludonici XIII. probat Rualdus actione in
 duella pag. 63. vsque 81. Vbi maximè dolet reos duel-
 lorum viuere, & veniam impetrare, addit hæc verba:
 Sed enim indices expurgisimini aliquando, & capeſſite
 Rempublicam, cogitateque nomen vestrum, tandem
 odio, atque acerbitati, non solum Gallicano, sed & na-
 tionibus exteris futurum, si hoc duelli perditorum ho-
 minum piaculum tam atrox, tam immane, t. m. omni hu-
 manitate, lege, & consuetudine remotum vestris sen-
 tentiis impunitum discesserit. Scitote sic arbitrari, præ-
 fertim cum hæc omnino fama de pernicioso nostrorum
 hominum furore & dementia percrebuerit, non eorum
 solum esse flagitium, qui admisierint, sed & omnium, qui
 illud non reprimentes, sine dubio approbarunt. De pro-
 hibitione duelli nulla mentio ante Concilium Valen-
 tinum celebratum anno 855. eiam si S. Agobardus
 Episcopus Lugdunensis, qui floruit anno 823. vsque
 835. cuius opera edidit Papyrius Massonius, & inser-
 ta. tom. 9. Bibliothec. SS. Patrum in 4. editione, in epist.
 ad Ludouicum Pium, insinuat duellum probatorium
 ab vsu recessisse suo tempore.

37 Cui rei addenda sunt valde notanda verba Regis
 Theodorici apud Cassiodorum lib. 3. epistolarum, vbi
 duelli vsum detestantur, ibi: Illud præterea vos credi-
 mus admonendos, vt non in vos, sed in hostem sauire
 cupiatis, res parua non vos ducat ad extrema discrimi-
 na, acquiescite iustitia qua mundus latatur, cur ad Mo-
 nomachiam recurratis, qui venalem iudicem non habe-
 bitis? Deponite ferrum, qui non habebitis inimicum,
 pessimè contra parentes erigitis brachium, pro quibus
 constat gloriose moriendum. Quid prodest homini lin-
 gua, si causam agas manu armata, aut vnde pax esse
 creditur, si sub ciuilitate pugnatur? imitami certè
 Gothos nostros, qui foris intus norunt exercere mode-

stiam. Et duellantibus Ecclesiasticam sepulturam de-
 negandam, pluribus probauit Vischer de duello prouiso,
 sect. 1. membr. 3. art. 2.

38 Sed aliam rationem tradit Caitanus in suis com-
 mentariis, verb. duellum, quia continet quandam spe-
 ciem falsitatis, & mendacij, propter imparitatem, &
 defectum causæ & effectus, & pluries euenisse victum
 & mortuum in palæstra duelli illum, qui iuste pugna-
 bat; victorem verò euadere eum, qui mendacium su-
 sinebat, vt exemplo ciuū vrbis Spoleti tradit Inno-
 centius in cap. 2. de purgatione vulgari, & alia exem-
 pla extant multorum, quorum caua iusta erat, in Mo-
 nomachia, & duello illos succubuisse, ex Regis Lo-
 tharij l. 1. legum Longobardorum. tit. 1. de Monoma-
 chia, & Ioanne Baptista Fusio tract. de iniustitia duelli.
 & Dom. Hieronymo Vrræa Hispano de duello, refert
 Martinus Delrio disquis. lib. 4. cap. 4. §. 4. sect. 2. & in
 ea quæstione antiqua in successione aui, An patruo
 nepos filius primogeniti præferendus, & patruus ex
 iure præferatur, Clem. Pastoralis, de re indicata,
 hæc causa ad duellum multoties delata tempore Im-
 peratoris Othonis patruus victus fuit, de quo Alcia-
 tus de singulari certamine cap. 7. & Thom. Gramma-
 ticus decis. 1. & videnda plura, quæ latissimè ex iure
 notauimus 2. part. decisionum Granatensium decis. 1.
 per totam, vbi num. 16. in fauorem patru in Senatu
 Granatensi decisum notauimus. Et inde duelli incer-
 titudo, & fallacia demonstratur, & denotant verba d.
 legis Lotharij, ibi: quia incerti sumus de iudicio Dei,
 & multos audiuimus per pugnam sine iusta causa suam
 causam perdere. Et in legibus nostris traditur l. 8. tit. 3.
 part. 7. ibi: que en tales casos se pierde la verdad y
 uencela mentira. Et de fallacia duelli videndus Lan-
 cellotus Conradus de duello 1. part. conclus. 5. Et ideo
 Iulius Ferretus num. 31. coram Imperatore Carolo V.
 & multis Principibus in ciuitate Bononiæ orationem
 fecit contra institutum duelli, & eius execrationem;
 quia tunc erat duellum inter Comitem Petrum Mar-
 tinum de Rubeis, & Comitem Guidonem Rongoni,
 & ab omnibus iniustissimam duelli dispositionem de-
 claratam, & nullo magis ostenditur, quàm inter leges,
 duelli impietates, aliquem obligari ad pugnam, quam
 nemo cordatus sponte suspiciat, vt fuit sententia De-
 marati Spartani, vt refert Herodotus lib. 7. Histo-
 riarum.

39 Ex quibus merito in duella elegantissimè inuehi-
 tur Carolus Scribanus, vt penitus extirpentur in Po-
 litico Christiano 1. part. c. 41. suadens Principes vt
 duella omnia seuerissimis legibus, seueriori etiam pœ-
 na tollant, nullique hic parcant, summa pietas est non
 parcere, summa crudelitas parcere, scuit in patriam
 qui parçit, consulit patriæ, qui punit, cum semper per
 duella nobilissimus Regnorum sanguis fundatur, &
 iacent mutuis vulneribus illi, ad quorum arma hosti-
 les trepidarent exercitus, ex duello primis propugna-
 toribus, & belligeris militibus nudatæ iacent vrbes,
 terrorique longè, lateque esse poterant, si barbaro, &
 consanguineo ferro non caderent, ceciderunt singu-
 lari certamine, & in his Respublica sæpe tota, vt nul-
 lus tam inimicus hostis Regno, nullus tam amicus
 hosti, quàm nos ipsi, dum & regnum exuimus propu-
 gnatoribus, & validis militibus, & hosti viam stetni-
 mus, nihil æquè noxium excogitari Regnis potuit;
 cum enim ferè regnorum robur nobilitate continen-
 tur, in hanc verò maximè duella scuiunt, robori per
 duella insidias strui nemo non videt, & regnorum per
 hæc iugulum peti, barbarus mos est, nec minus feri-
 tis in hoc barbaro lusu, quàm in Brasiliensium
 asse reperitur. Iacent victimæ ciuili ferro, vt
 in Christianos credas cruenta Diomedis Buisi

Buſiridis aras, & Chriſtiana Taurica Regna facta, no-
uos Tydeos in notis Menalippis, hoc enim vnum de-
erat, *vt vino ſclerantes ſanguine fauces*, Chriſtiana
pietas videret. Fuit hoc olim orbis portentum, cum
ſtaret, *conſanguineum campo ſcelus vnius ingens bel-
lem vteri*. Et Coelis, & Polynicis fratrum, nata enim
ætas, quæ vicit illam, neque enim in vno fratre ferru
ſtetit, vt dici poſſit,

Vinci ſua crimina gaudens

Manes.

Et hæc Chriſtiani, ſi quæras cauſam plurimum, nul-
lam reperies, quaſi ſupra bellum feritatem in ſangui-
nem propter ſanguinem eatur, honor prætextitur, ni-
mirum honor non eſt tota anima in infernum delabi,
ita noſtri toto calente ferro in nunquam morituros
ignes animas deferunt, corpore & anima pariter flam-
mis tumulari æternis, nõ potuit aliud Erebo naſci re-
gnis deterius Dæmone conſultore, ſed neque igna-
rior reperiri mors potuit, aut magis fatua, quaſi aut
vitæ cederet, aut hoſtilis metus in amicum impelleret
ferrum, creuitque eo ſtolidi hæc inſolentia, vt anno
vno, regno vno, maior domeſtico hoc ferro nobilitas,
quàm decem iuſtis cum hoſte congreſſibus caderet;
barbaram hanc conſuetudinem, quis crederet inter
Chriſtianos Chriſti ſanguine lotos, æternitati notos
reperiri? Si ſtare hunc debuit, potuit, non ſtetit, fuſi
ſanguinis reus ſtabit, quis eripiet tanti ſanguinis
reum, aut quod flumen purgabit hoc crimine: nec enim
ignorantia, impotentia, aut miſericordia poterit Prin-
ceps excuſari, vt duella permittat, non cadit ignorantia
in Regem, cum etiam remota regna duella hæc
traxerint in admirationem. Nulli ergo in hoc crimine
ignoſcet, qui ferrum & poteſtatem habet, & pœna-
rum etiam magnitudine terrebit omnes; deſuncto-
rum enim cadauera, aut inſepulta volucribus relin-
quenda, aut eorum ſepultura donanda, & à ſacratif ve-
ro locis omnino excludenda; bona etiam omnia par-
tis vtriuſque duellantium fiſco regio addicet, nec vllis
precibus reditum permittat vincenti, ſi fortè fuga elap-
ſus æternum elapſo exilium eſto. Hactenus eleganter
piè, & doctè Carolus Scribanius *vbi proxime*. Sed
ad litteram tranſcribenda notabilia verba, quæ neſcio,
an de Regno Gallia tradiderit ibi: *Cohibui hætenus
calamum, video enim ante me illi frena laxaſſe Domi-
num de Brandoron in libello ſuo de duellis, qui paucis
vno regno annis poſt verita regio edicto duella ſepties
mille cades duello factas regia lenitate tanquam aqua
ablutas, aut ſpongia deletas recenſet; cogita quot cades
nulla conſiſcationes, ſed ſola temporis longinquitas de-
leuerit, quanta ante ſeueriſſimam duellorum inhibiti-
onem, ante minas & pœnas cades perpetrata, addit ad im-
petrandas duellorum condonationes tres auri milliones
in indices profuſos, auro nimirum tanquam balneo no-
bilitatis ſanguis lotus eſt, auro emptus, quis Deus vin-
dicem in impium aurum manum? O Reges! O Iudices!
O Regnum! reprimo calamum. Ita dolet, & execra-
tur duella Carolus Scribanius, & de pœnis duellan-
tium addendus Lancelotus in tract. de duello & pa-
ce 1. p. in præſatione.*

An poſſint duella aliquoſiter permitti.

40 Sed tamen ex plurium ſententia pro honore con-
ſeruando poteſt duellum permitti, maximè in milite,
aut Nobili; quia ſi non acceptet ſingulare certamen,
6 ratus manebit, & eo prætextu ab animico prouoce-
ri, & infamia notetur, & quando aliter honor, fama
& infamia conſeruari, vel redimi non poſſunt, vel
infamiam vitari, tunc pro honore conſeruando duellum
non proſcribitur, vt ex Gerardo de Petra ſancta, Baldo,

& aliis refert Menchaca *lib. 1. controuerſ. illuſtr. cap. 12. num. 2.* quia honor commodis, & vitæ præferendus, *l. iuſta, de manu miſſ. vindicta. l. Iulianus, ff. ſi quis omiſ-
ſa cauſa teſtamenti.* Et facit: nam quemadmodum
Nobilis, vt ab aduerſario, qui illum impetit, non tenetur
fugere, ſi illi fuga ignominioſa eſt, vt notauit Bar-
tolus *in l. vi vim, ff. de iuſtitia, & iure*, vbi communi-
ter notatur. Sed occidere poteſt aduerſarium pro ſui
deſenſione, ſi aliter tutelæ ſuæ quis conſulere non va-
let, nec ad fugam obligandus. Bald. *in cap. 1. de pace
tenenda*, & ex Patre Snar. Fillucio, Bonacina, & aliis
nõ teneri fugere Nobilem, probauit R. P. Diana 2. p.
Moral. tract. 15. reſol. 16. vbi deſendit ex prædicto-
rum, etiamſi Nobilis poſſet fuga ſaluari, non debet
fugere, vt tunc, ſi pro ſui tutela aduerſarium occide-
ret, non incurrat irregularitatem, nec abſolutione
egeat, & in terminis duelli, vt recuſare non debeat
Nobilis, vel fugere, Ferretus *eodem tract. num. 42.* &
addenda, quæ pro conſeruacione honoris, ex Martino
Nauarro, Petro Nauarra, Mercado, Victoria, Henri-
quez, & aliis notauit Diana 2. p. *Moralium tract. 15.
reſolut. 16.* & in fauorem duelli circa hunc caſum vi-
denda interrogatio, quæ ad noſtros Ordines Equeſtres
Militares fit de qualitatibus admittendorum ad Eque-
ſtrem dignitatem, an prouocatus ad duellum non ac-
ceptauerit, vt ſi conſtiterit, à dignitate Equeſtri exclu-
datur; & videnda quando duellum permitti poſſet, quæ
notauit Pater Puente Hurtado de Mendoza *in 2. 2.
diſp. 170. ſectio. 21. §. 190. & 196. uſque §. 221.* Et
quando pro honore vir nobilis poſſit duellum acce-
ptare, idem Hurtado 2. 2. *tom. 2. diſputat. 170. ſect. 13.
§. 106.*

Sed adhuc dicendum eſt, nec pro honore conſer-
uando duellum poſſe permitti, vt cum Alphonſo 4x
Guerrero, Ioanne de Lignano, Cagnolo, Bartolo, An-
gelo, Iaſone, Decio, Curtio inniori, & aliis tenuit
Menchaca *d. cap. 12. num. 2. & 3.* qui tradit longè id
verius eſſe tam iure fori, quàm poli: nam ideo leges
latæ, & Magiſtratus inſtituti, vt iuſtis, & legitimis pœ-
nis malefactores perſequantur. *l. 1. de iuſt. & iure*, &
vt tradit Cicero *lib. 3. de legibus: Magiſtratus non
obedientem, & noxiuum virum multa, verberibus, vin-
culiſque coerceat.* Et quemadmodum, vt perueniat ad
nos fundus alicuius teſtamento relicto, vt retineamus
quod noſtrum eſt, ſine iure ciuili fieri non poteſt, ita
ſi quis ergo iniuriam ab aliquo acceperit, ſiue in re-
bus, ſiue in perſona, is ignorare non debet latas eſſe
leges, hinc rei conſulentes, quales ſunt, quæ cõtinen-
tur ſub titulis *ff. & C. de iniuriis*, & cuiuſcumque edicto
ea pœna imponenda, quæ legibus æqua viſa eſt, & de-
licto commenturata, & iuſta; non autem quæ patienti
iniuriam, & ſic ſauienti, & ardenti viſa fuerit, is enim
debitam metam longè tranſgreditur, & non permit-
tendum. Et non pro honore eſſe licitum duellum, te-
nuerunt Caietanus *in ſumma verb. duellum*. Et ſoium
in hoc caſu licere innocenti, qui aliter vitam ſuam de-
fendere, vel tueri non poſſit, duellum acceptare, vt te-
nuerunt Bañez 2. 2. *q. 64. art. 7. dub. 4* Emanuel Ro-
driq. *in ſumma cap. 73. num. 1.* Nauarra *lib. 2. de reſti-
tutione c. 3.* Thomas Sancius *lib. 2. Moral. cap. 39.* qui
regulariter, & abſolutè tenent, nec pro conſeruando
honore duellum poſſe permitti, & poſt prædictos
idem etiam tenuit R. P. Diana ex Reginaldo, repro-
bans Laymannum, qui contra tenuit, 3. p. *Moralium
tract. 6. reſolut. 1. verſ. non reciceam*, & contra Puente
Hurtad. idem admittit Diana 5. p. *Moralium, tract. 14.
reſol. 99.* quibus addenda plura, quæ in idem congerit
Fragoſo *d. §. 10. n. 38. cum ſeq.*

Reſponderi verò illis, quæ contra obiecta, operæ 4x
pretium duximus, vt legem duelli, quam ſpecioſo ho-
noris

roris prætextu Dæmon in cordibus hominū improbe instillauit, merito damnemus. Et vltra prædicta quæ ex Carolo Scribano, & aliis notauimus, dicendum est, omne quod ad legem, quam dicunt duelli violatores, pietatis Christianæ comminiscuntur, esse chimericum, & quod tradiderat Pater Hurtado, quia impossibile est, vt aliquis verum honorem amittat, eo quod non egrediatur ad duellum in locum conductū à prouocatore, quia apud viros prudentes, & Christianos nullus potest malè opinari de illo, qui duellum non acceptauerit, intrinsecè malum, & prohibitum legibus Ecclesiasticis, & ciuilibus, quas non licet transgredi, & propter quæcumque commoda temporalia duella non admittenda, nec actiones duellantium, quæ omnino illicitæ, admittendæ, maximè quando prouocatus potest per alium medium depellere notam timiditatis, vt si vlr esset notæ fortitudinis & pietatis, vel possit per Principem virum pacem componere, & quamuis Hurtado id tenuerit, & per plures §§. 106. vsque 115. mordicus tenens sententiam, vt in angustiis coniectus poterit, vt infamiam timiditatis effugiat, duellum acceptare; tamen idem Hurtado ad finem tradit ibi: *hanc sententiam esse speculatiuè probabilem, practicè autem esse valde difficilem.* & ideo Diana rectè d. resolutione 199. tradit, non deferenda ex hoc communis sententia, vt nec pro honore tuendo duellum possit acceptari.

44 Rursus in id etiam Menchaca d. c. 11. n. 3. vers. *Hinc apparet*, respondet illis, quæ contrà obiecta, nam qui iudicis auctoritate suam, vel suorum iniuriam persequitur, is non dicitur honoris sui negligens, aut prodigus, nec ad rem pertinet quod interdum liceat alicui sine iudice se vindicare. l. *unica. C. quando liceat unicuique.* nam illud procedit incontinenti, quo tempore iure naturæ data est cuique & concessa, corporis sui, rerumque suarum tutela. l. *vt vim*, cum ibi notatis. ff. *de iust. & iure*; ex interuallo verò minimè id licet, sed ad Magistratus recurrendum est: ergo cum mihi violentus iniuriã facere properabas, vel actu facere cepisti, potui, falsque erat resistere, defendere, tueri, vim vi repellere. quod si tunc neglexi, vel non potui, ex interuallo non licet, nec ad pugnam, vel duellum prouocare, aut etiam alio modo vim inferre, sed legum, iudicumque auctoritate, ius meum persequi, quod etiam traditur per Doctores in l. *clam possidere. §. qui ad nundinas.* ff. *de acquirend. possess.* & probat Menchaca ex c. *Monomachiam*, & tit. *de purgatione vulgari.*

45 Et quamuis ex eis quæ notauimus, & referunt Diana, & alij, satis responderi poterit statutis ordinum Militarium, de quibus mentionem fecimus, vt in probationibus qualitatum eorum, qui ad equestrem, & militarem ordinem admittendi, testes interrogantur, an qui ad Ordinem petit admitti duello prouocatus, illud non acceptauerit, vt hoc probato excludatur à militia, dicendum est, etiam id quod in qualitatum interrogationibus hodie extat nihil interesse post Concilium, & duelli prohibitionem, sed ad conferuandam antiquitatem statutorum Ordinum militariū, quibus eo tempore, quo instituta, duellum erat apud nos permittum, & dedecori tribuebatur innobili illud recusare: at verò postquam omnino prohibitum nulli notæ timoris subiacet, qui duellum non acceptat, & quamuis plebeij tribuant ignominia non acceptare; tamen vulgi opinio semper reiicienda, & contemnenda, iuxta quod tradit Seneca epistola 19. *Nunquam volui populo placere. nam quod ego scio, non probat populus, quod probat populus, ego nescio.* Et apud cordatos, & prudentes viros potius pietati Christianæ tribuendum parere Concilio, & Bullis Pontificum, vt tradit Thomas Sancius d. lib. 2. *Moralium* c. 39. & rectè, iu-
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I.

ste & piè responderet prouocatus, si dixerit iuxta B.ñez 2. 2. q. 64. art. 4. dub. 2. Valentiam 2. 2. disp. 1. puncto 2. caula 2. *eum esse paratum se defendere, in loco quocumque prouocans illum aggredere: sed quod attinet ad duellum & Rieptum, illud non admittit, quasi offendere volenti rectè satisfaciat illum propulsando, cum velit contra illum insurgere, & possit vsque ad eius necem procedere cum moderamine inculpa tuele, iuxta l. vt vim. ff. de iust. & iur. & quæ ibi notantur.*

45 Sed etiam quoad improbas mundi leges & duelli, legitime, & sine ignauia nota excusatur ex Alciato de *singulari certamine*, & Azeu. in l. 1. c. n. 19. tit. 8. lib. 8. *Recopil.* qui responderit ad duellum prouocatus non acceptare, quia legibus Ecclesiasticis, & læcularibus est prohibitum, & hodie nullus miles, Dux, aut officialis militiae poterit ignominia tribuere prædictam duelli recusationem.

46 Vterius etiam circa statuta Ordinum Militarium Hispania illud præterea dici potest, procedere illa in casibus quibus duellum permittum, de quo statim agendum, præsertim pro publica vtilitate, & communi Regni bono, quia tunc in viro nobili, vt debet esse, qui ad Equestres Ordines militares apud nos admittendus, merito dedecori tribueretur, pro Republica duelli periculum non subire, vt ab honore dignitatis Equestris excludatur; sed etiam notandum, statuta Ordinum loqui de duello solemni, & tempore quondum duella apud nos prohibita, & quia tunc quando statuta Ordinum militarium facta, duellum permittebatur, ideo dedecori tribuebatur in milite, & Equite non acceptare, & differentia duelli solemnis ab alio plures ex Theologis & Doctoribus Hispanis supra relatis egerunt, iam hodie statuta Ordinum militarium ad consequentiam pro permissione duelli trahi non debent.

47 Ex quibus deducitur, tunc solum posse duella permitti apud nos Hispanos, quando prouocatur, vel acceptatur ex caula publica, quæ principaliter respicit bonum commune Regni, quia prohibitiones, quæ ex sancto Concilio Tridentino, Bullis, & Decretis Pontificum procedunt, locum habent in duellis ex causis, & iniuriis priuatis, vt ex ipsis Bullis aperte constat illas loqui in causis priuatorum. Nam in Bulla Clementis VIII. vbi refert Bullas Pij IV. & Gregorij XIII. tunc prohibentur duella, quando prætextu causæ publicæ priuatae inimicitia vindicari intenduntur. Nota verba, *Priuatæ similitates, atque inimicitias, publicæ causa intermiscendo, etiam Ducum permittu.* Et iterum in §. 4. vt denotaret procedere prohibitionem, quando in damna priuatorum duella suscipiuntur, tradit ibi: *in caput suorum fratrum impios conuerrere mucrones, quos multo salubrius contra Christi aduersarios stringi par esset.* Si ergo Canonum decretis, & Bullis Pontificum, tunc duella damnantur, quando cū causæ publicæ nascuntur priuatae similitates, videtur non reprobari pro publica causa.

48 Ex quibus, & quod tradidimus supra allegat. 114. posse Principem, vel Rempublicam mortis periculo virum exponere propter publicam vtilitatem, & ex eadem duella permittantur, inde à doctis viris his diebus in controuersiam deductum, an duellū, quo vnus ex proceribus & Nobilibus Hispania prouocauit ad singulare certamē Tyrannum Regni Lusitani, & eius factitios, qui illius rebellionem fouebant, vt defenderet iustitiam Regis Catholici, qui Regni Lusitani verus successor & possessor: nam vt se in rebellionem Lusitani conferuarent, & tyrannidem alerent, vt hostium Regnorum Hispania auxilia consequi possent apud omnes, vulgarunt aliquos vasallos nostri Regis; eius factioni fouere; vnde pro Regis nostri iustitia, hono

honore, & fidelitate subditorum, dubium fuit, an duellum quo Lusitani prouocati, & ad confines Regni Lusitani per dies quadraginta Castellani expectarunt duellum sustinentes, quod à Lusitanis non acceptatum, an Rex noster Castellæ Catholicus, & piissimus posset permittere.

49 In quo communi sensu Senatorum decisum, & inter eos Doctissimus Iosephus Gundifalvus Eques Ordinis Diui Iacobi, à Consiliis Regis nostri in supremis Senatibus iustitiæ, Cameræ, & sanctæ Inquisitionis magna doctrina, & eruditione probauit licite potuisse Catholicum Regem nostrum ex hac causa duellum permittere, quia prohibitiones, quæ ex Bullis, & decretis, & sancti Concilij circa duella procedunt ex causis & iniuriis priuatis, non verò si ex causa publica pro bono Regni, & eius conseruatione duellum suscipiatur, vel pronocetur, quia eo casu non prohibetur iuxta prædictas Bullas, quas expendimus, in quo repetenda sunt omnia, quæ supra in all. 1. 6. tradidimus.

50 Sed tamen etiam si nihil sit vltra quam quod à viro docto expressum circa Bullas, & decreta Canonica; tamen alia à me addenda sunt in confirmatione suæ sententiæ, & iustitiæ permissionis huius duelli, quod à Rege nostro concessum, quippe quemadmodum in bello plures contra alios bellum facere possunt, & iustum est, quando ex causis, quibus bellum permittitur, procedit, iuxta quæ notarunt D. Thomas 2. 2. q. 75. art. 8. vers. eiusdem etiam, & ibi Caietani, ita potest singulare certamen duorum, vel plurium permitti ex causa, qua iuste bellum suscipiendum. Nullum verò potest iustius excogitari bellum, quam cum infertur Tyranno, vel vasallis, qui debitam obedientiam Principi suo denegant, vel Regna vsurpant, iuxta quod ex eodem D. Thoma & Caietano notauit D. Solorzanus tom. 1. de Indiarum iure lib. 2. c. 13. n. 42. & c. 16. n. 25. & pluribus probauit, & doctè, Pater Diana d. tract. 4. resol. 3. & faciunt verba c. noli existimare 23. q. 1. ibi Sicut rebellanti & resistenti violentia redditur, c. qui culpatur 4. eadem causa, & quæst. eis verbis: Ipsa bella suscipiuntur à bonis, cum in eo humanorum rerum ordine inueniuntur, ut eos, vel inebere tale aliquid, vel in talibus obedire, iuste ordo ipse constringit. iunctis D. Couarr. D. Valenz. Ayala, Zuallos, Medices, Ludouico Lopezio, Corduba, Menchaca, Matienzo, Azeuedo, Tulcho, Camillo Borrello, & aliis pluribus, quos refert Barbosa in Collectan. d. c. noli existimare.

51 Et adeo iustum bellum est contra Tyrannum, & rebellantem, ut ipse Princeps, cui obedientiam denegauit, possit iubere occidere illum, ut tradit D. Thom. dist. 44. q. 2. art. 2. Caietan. 1. 2. q. 64. vers. ad hoc dicitur, art. 3. Bañez ibi vers. dicimus secundo. Aragon. d. q. 64. vbi latè prosequitur, confirmans ex sacra Scriptura, & alios referens, quia etiam cuilibet priuato licitum est occidere hunc Tyrannum, qui cõtra homagium, & iuramentum Regi nostro factum rebellauit, vsurpans Regnum Lusitanum, & quoties non potest iuridicè capi, & puniri, qui inuadit Regna, & vasallorum libertatem opprimere tentat, potest à quocumque occidi, ut citius, & salubrius damno occurratur. ita in litteris sacris lib. Indit. c. 3. laudatur Aod, quia occidit Regem Eglom Moabitam, qui tyrannus fuit populi Dei, & à D. Thoma refertur, & probatur Cicero, qui laudat Brutum, & Cassium, quia occiderunt Iulium Cæsarem, qui libertatè Romanorum primus oppressit. Ita ex Xenophonte, Herodoto, Plutarcho, Alexandro ab Alexandro, Caietano, Soto, Valentia, Syluestro, Sepulueda, Lessio, & aliis probauit Magister Marquez in Gubernatore Christiano lib. 1. c. 8.

52 Quemadmodum potest Princeps permittere occidi à quocumque bannitos, qui populorum pacem, quie-

tem, & bona subditorum infestant, ut ex Syluestro, Mátua, Alexandro, Nauarra, & aliis probauit Fagundes in præceptis Decalogi, lib. 5. c. 16. n. 8. cum seqq. vbi n. 13. disputat, an possit ex permissione mortis bannitorum occidi pater bannitus, & illos posse generaliter occidi, tenuerunt plures, qui peculiaribus tractatibus de bannitis scriplerunt, & nouissime probat Eminentissimus Cardinalis Lugo de inst. & iure tom. 1. disp. 10. sect. 2. n. 82. & 83. & noua Pragmatica apud nos hodie permittum ex frequentia grassatorum, & de hoc videndus etiam R. P. Diana in 6. tom. tract. 1. resolut. 12. vbi dubitat, an banniti gaudeant inimunitate Ecclesiæ, vel in ea occidi possint stante permissione, & statuto, ut occidi valeant.

Et addendi plures, quos refert D. Solorzanus, ut tyrannus occidi possit, tom. 1. de iur. Indiar. lib. 2. c. 14. n. 48. cum seqq. nam quod tradit legitimum Regem, etiam si tyrannicè dominetur, non posse à subditis occidi, aliter procedit, quando iuste Rex fuerit, sed iniuste gubernat, & propter iniustitiam regiminis non debet à subditis Reges occidi, vel cum, Regnum quod tyrannicè inceptum, longo tempore, & populorum tolerantia, & approbatione in veram Monarchiam conuertitur, Nauarrus in cap. nouit, de iudiciis, notabili 3. n. 158. Molina de inst. & iur. tract. 2. disp. 24. D. Couarr. pract. c. 1. n. 8. Sales de legibus disp. 7. sect. 12. n. 67. Lessius de inst. & iur. lib. 3. cap. 3. n. 41. & c. 19. dub. 9. Calixtus Ramirez de lege Regia §. 4. num. 8. Bobadilla lib. 1. Polit. c. 2. n. 14. litt. I.

At verò quando ut Dux Verganze, qui & eius pater & auus iuramentum fidelitatis Regi nostro exhibuerunt, ab obedientia rebellauit, & regnum vsurpat, ut tyrannus potest à quocumque occidi, & puniri. Vnde cum nihil intersit in hac causa iusta, & publica, mille cum millibus, centum, vel decem, aut vnus cum aliis duellat. Quemadmodum bellum plurium, & exercitus cum exercitu licitum est, de quo videndi plures, quos de hac re recenset Fragofo d. §. 10. n. 24. ut regulariter bellum non possit resolui in duellum, quando solum ostentationis causa, & ex vano fine duellum fiat ad vires ostendendas, quia non licite ex vano fine, aut spectaculi causa permittendum duellum; secus verò quando in bello iusto, loco eius duellum suscipitur, ad vitandas mortes militum, quia tunc permittendum, quia propriè non est duellum, sed pars belli. Fragofo vbi proxime. Ita duorum duellum: nam sicut quilibet ex vasallis exercitus nostri Regis poterit occidere tyrannum, quasi minister publicæ autoritatis, & potestatis, quæ id permittit: ita etiã Hispanus noster ex Regnis Castellæ potuit pro iure publico tyrannum ad duellum prouocare, & occidere, quia prohibitio duelli ex sancto Concilio, & Bullis Apostolicis fundatur iure diuino, & naturali, quibus non licet proximum pro causa, vel autoritate priuata in duello occidere, vel se exponere mortis periculo pro vindicta priuata, quod aliter procedit, quando ex causa, & autoritate publica, ut Principis, minister ad duellum prouocat tyrannum, nec periculum eius, qui prouocauit, debet retardare, aut peccatum inducere. Quemadmodum consideratur in milite, qui in bello periculo certo se exponit, ut tradit D. Cou. lib. 1. var. c. 2. n. 10.

Ex quo omnium communis, & probata sententia est, pro defensione causæ publicæ licitum esse ad duellum prouocare, & suscipere, nec id comprehendit censuris Bullarum & Concilij, tenuerunt Nicolaus de Lyra in cap. 17. lib. 1. Regum, Caietanus, Nauarrus, Cardinalis Toletus, Valentia, Becanus, & Maior quos refert Layman in Theologia Morali lib. 3. tract. 3. p. 3. c. 5. n. 3. vers. Tertium, Armilla, Delrius, & Petrus Nauarra, & alij, quos refert Pater Thom. Sanchez in summa lib. 2.

lib. 2. c. 39. n. 16. & ex duello Davidis cum Philisthæo confirmat Menchaca lib. 1. controu. illustr. c. 49. n. 15. & 16. vbi contra Guerrerum contendit, etiam si David non pugnasset impulsu diuino, non peccaret, quia pro causa publica, & honore sui Regis duellum suscepit. Quod etiam tenuit Azenedo in l. 10. tit. 8. lib. 8. Recopil. & eodem exemplo Davidis ex Molina, Sayro, & Reginaldo probauit nouissime P. Fragofo in Regimine Reipublicæ Christianæ 1. p. lib. 1. §. 10. n. 17. & pro causa publica duella permissa tenuerunt Magister Marquez in Governatore Christiano, lib. 1. cap. 2. §. 2. Floronus de duello cap. 3. Bonacina de conf. ext. Bull. disp. 2. q. 3. puncto 48. n. 4. Sayron clauis Regia lib. 7. c. 13. n. 16. Caiet. 2. 2. q. 75. à n. 8. & q. 95. à n. 8. Castro Palao de vitiis, & virtutibus tract. 6. disp. 5. puncto 7. n. 9. ex aliis pluribus Alexander Peregrinus tract. de duello q. 16. n. 3. & pro eadem causa publica fuit duellum antiquorum Hispanorum de Breniario Romano vel Gothico, de quo supra n. 14. & addendi Azor, Valentia, Nauarra, & alij, quos refert Fagundez ad præcepta Decalogi lib. 5. c. 8. n. 37. vbi n. 51. tradit præter excommunicationem, & interdictum in quibus à iure fit executio, alias pœnas, quæ à iure, & Bullis Pontificum imponuntur contra duellantes, requirere sententiam iudicis, & quando licita sint duella, nouissime Cardinalis Lugo de Iust. & iur. disp. 10. sect. 8. & addendi Filliucius, & alij, quos referunt Pater Puente Hurtado, quem & plures cumulat P. Diana tom. 5. tract. 13. miscellan. resol. 27. per totam. & nouissime post hæc scripta refert, & doctè probat idem Diana 6. tom. Moral. tract. 6. resol. 20. comprobans ex Caietano, Armilla, Valentia, Lyrano, P. Suarez & Thoma Sanzio, & aliis rationibus, referens se ad alios, quos citauit 3. p. tract. 5. resol. 1. & pro causa publica duella permitti, vt lupanaria, & alia mala, vt maiora vitentur, probauit Vischer de duello proniso sect. 1. membro 3. art. 4. & de aliis duellis ob causam publicam idem Vischer de duello extra iudicia. vbi simile, vt Davidis cum Gigante refert duellum Rolandi Galli Herois, ob causam publicam, tempore Caroli Magni, pag. 424.

56 Maior autem difficultas, quæ magis in hoc casu vrgere videbatur, illud respiciebat, quia ex Bulla Clement. VIII. prohibentur duella, in quibus prætextu publicæ causæ simulates priuata, & inimicitiae miscentur. Vnde etiam in hoc casu Hispanus ex nostris Proceribus pro honore & iustitia Regis ad duellum prouocaret Ducem Verganzæ tyrannum Lusitanæ: cum tamen similiter iniuriam vindicare intendat, quasi tyrannus vulgaret aliquos ex Hispanis eius facta probare. Ideo videtur iuxta dictam Bullam Clementis VIII. prohiberi duellum, in quo prætextu causæ publicæ iniuria priuata miscetur.

57 Sed adhuc dicendum est in præsentem, totam huius duelli causam publicam censi oportere, nec attendi, si quid ad vtilitatem priuatam subditorum possit conducere, quippe cum eo prætextu tyrannus improbè persuadere intenderet ab aliquibus eius factionem probari, vt in tyrannide, & vsurpatione Lusitanæ se conseruaret, inde quidquid ad priuatorum honorem respicere posset, totum ad causam publicam rebellionis, & Regni Lusitani vsurpationem pertinet, quia nullo alio prætextu voluit tyrannus apud omnes exhibere eius factionem, ab aliquibus probari, quam vt ostenderet inimicis Hispaniæ, quos in sui defensionem, & auxilium allicere intendebat, consilio, & viribus Hispanorum posse in sua rebellionem, & tyrannide sustineri, inde tota hæc res ad publicam causam pertinet, & si aliquid ad priuatos spectat, id omnino obumbratur ex iure publico, decore, & iustitia nostri Regis, quæ prædicto duello defenditur. Nec in considera-

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

tione oportet esse defensio priuata subditorum, quæ accessoria ex accidenti, & per consequentiam non oportet attendi, sed quod principaliter agitur, & præualeat, ex c. quanto, de iureiurand. l. cum queritur. ff. de statu hominum, & post Bartolum, & alios notauit Gratianus regula 317.

58 Et quemadmodum sine dubio, propter causam publicam duellum permissum, ita in præsentem, licet duelli victoria cedat in honorem subditorum, & calumniæ purgationem, sicut etiam quodlibet duellum, in quo nihil aliud, quam publica defensio intercedit, etiam cedit in gloriam, & honorem priuati, qui victoriam duelli consequuntur, nec minus causa publica dicenda. Ita similiter in hoc casu accipiendum circa eum, qui Castellæ Regnorum auctoritatem Regis sui honorem, iustitiam, & iniuriam publicam duello vindicare intendit, vt attendi non oporteat, quod pertinet ad vltionem, & iniuriam priuatam, & viurpanti aptè possunt verba textus in l. qua actione 7. §. si quis in collusionatione. ff. ad l. Aquiliam, ibi: Si quidem in publico certamine alius occiderit, cessat Aquilia, quia gloria causa & virtutis, non iniuria gratia videtur damnum datum.

59 Similiter publica iudicia dicuntur, quæ ad iuris & vindictæ publicæ tutelam pertinent, quamuis ex priuati iniuria nascantur, ex toto titulo ff. de publicis iudiciis. Et publica vtilitas consideratur pro libertatis fauore, in l. si hereditas 10. §. fin. ff. de testament. tutel. quamuis libertas respiciat statum priuati, & publicam esse nuptiarum vtilitatem, traditur apud Paulum IC. lib. 3. sentent. tit. de nuptiis, & in l. in bello 22. §. medio. ff. de captiu. & postlim. reuers. quamuis contrahentium commoditatem & nexum nuptiæ contineant, & publica causa nunciationis, quæ ex legibus inducitur, quamuis ad priuatam vtilitatem, in l. de pupillo 5. §. & bello 9. ff. de non. operis nunt. Et iuris publici censetur testamenti factio, in l. testamenti 3. ff. qui testam. facere poss. et si ad honorum priuati dispositionem, pertineat, & publicam causam habere dicitur officium, & ministerium argentariorum, in l. argentarius 10. §. 1. ff. de edendo, licet officium circa vtilitatem priuatorum exerceatur, & multis aliis iuris locis comprobatur.

60 Vt non minus dicatur causa publica, in qua id principaliter attenditur, et si etiam admixta sit vtilitas priuata, & similiter in hoc casu, cum rebellem tyrannum pro honore Regis, & bono Regnorum ad iniuriam publicam vindicandam, Hispanus ad duellum prouocasset, et si admisceretur iniuria priuata, publica vindicta omnino dicenda, quia in mixtis illud attendendum quod præualeat. l. queritur. ff. de statu hominum. iunctis pluribus, quæ notauit D. Castillo lib. 5. controuers. 2. part. cap. 134. num. 48. vsque ad num. 22. sed omnino causa communis & publica est, cum pertineat ad defensionem honoris subditorum Regis Hispani.

61 Postremò valde notandum, cum Hispanus noster ad duellum quod prouocauerat, compareret tempore & loco designato, & Dux Verganzæ ad duellum non veniret, imò non venturum certò præsumebatur, tum quia scelere rebellionis, & tyrannidis conuictus non auderet improbatissimum scelus duello defendere, quàm cum elatione auspiorum vsurpati regni, vellet ignauiam suam dignitatis regie auctoritate obumbrare, nolens in periculum duelli, Regnum quod vsurpauerat conuicere, nec cum vasallo Castellæ duellum inire, in quo non posse dici Regem Lusitanæ manifestè enuntiat, quia antiqua & communis gentis Lusitanæ traditio est, quemdam Nobilem Titulatum, qui dicitur el Varon de Arbito, quando verus Rex Lusitanus ad duellum prouocaretur, ex munere & digni

dignitate sua debere nomine Regis duellum cum provocante suscipere, ne posset ignavia tribui regia dignitati, eius occasione duellum non admittere, unde cum in hoc casu non admiserint belligeri & fortes, Lusitani Ducem Verganzæ non verum Regem, sed fictitium fatentur.



ALLEGATIO CXVIII.

De recusatione Senatoris.

- 1 *Recusatio iudicis rectè procedit, quando adest causa, que iustè possit litigatorem suspectum reddere, ut contra eum iudex sententiam ferat.*
- 2 *Iudicis arbitrio relinquitur, que causa suspicionis iniusta, affectata, aut varia fuerint.*
Graue est coram suspecto iudice litigare.
c. quia suspecti 3. q. 5.
c. cum inter, de exceptionibus.
Lenis causa potest suspicionem iudicis inducere.
Suspicionis causa possunt per coniecturas probari, & sufficient, licet iudex ignoret.
- 3 *Iudex potest facilius quàm testis recusari.*
- 4 *Iniuria fit iudici, & officiali ex recusatione.*
l. litigatores. ff. de arbitris.
Causa requiruntur, earum admissio & probatio contra Senatores, aliter pœna adiecta.
l. 17. tit. 10. lib. 2. Recop.
Iudices ordinarij sine causa apud nos recusantur.
Magistratus supremi, ut Senatores, causam probatam facilius à iudicando remouentur.
Periculum ubi maius cautius agendum.
c. ubi periculum, de electione, lib. 6.
Appellatio in Hispania non est à iudicibus supremis, sed supplicatio apud ipsos.
- 5 *Senator, qui librum scripsit quomodo possit pro suis scriptis recusari.*
- 6 *Suspicionis iusta causa, si iudex animi votum aperuit, etiam per coniecturas.*
l. obseruandum, ff. de officio Pretoris.
l. ubi falsi. C. ad l. Cornel. de falsis.
- 7 *Aduocatus non potest esse index in causa in qua fuit Aduocatus.*
l. fin. C. de Assessoribus.
l. si quis. C. de postulando.
l. qui preest. ff. de iurisdic. omnium iudicum.
l. 18. tit. 3. lib. 2. Recop.
Fiscalis non potest esse index in causa in qua fiscalis fuit.
- 8 *Episcopus an possit recusari ex causa contra Vicarium, qui ab Episcopo deligitur, & e contra.*
Iudex à cuius sententia interlocutoria appellatum fuit, an possit ab appellante recusari.
c. ad hec 6. de appellat.
c. proposuit, eodem.
- 9 *Presumitur animus talis, qualis fuit in precedentibus.*
l. sed & Iulianus. §. proinde. ff. ad SC. Macedon.
Exitus acta probant.
l. aut facta §. euenit. ff. de pœnis.
Iudex suspectus est, si causam similem prosequitur.
Mutatio opinionis & animi non presumitur.
l. non ad ea. ff. de condit. & demonstrat.
Iudex etiam in minimo fauens vni ex partibus, legitime recusatur.
- 10 *Plura sunt negotia quàm vocabula.*

Ius ex facto oritur.

l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil.

Aduocatus etsi non possit esse index in causa in qua Aduocatus, poterit tamen similem iudicare, & non poterit recusari.

11 *Sententia in Senatibus Hispania proferri non possunt, nisi tria suffragia similia concurrant.*

l. 43. tit. 5. lib. 2. Recop.

Acta sunt vehicula ad iudicium.

Sententia ferri debet iuxta allegata, & probata.

l. illicitas. §. veritas. ff. de officio Presidis.

12 *Causa voluntaria & necessaria differentia.*

l. uxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. 3.

l. de qua re. ff. de iudiciis.

13 *Reipublica valde utile libros scribi, & honorari scriptore.*

Iudicia redduntur in inuitum.

Casus fortuitus iudiciorum euentus censetur.

l. 3. §. idem scribit, de peculio.

14 *Facti differentia & circumstantia iuris dispositionem mutare debent.*

Similis causa que dicatur, iudicis arbitrio commissum.

15 *Plinius iunior expenditur pro variatione iudiciorum.*

Terentius adducitur pro eodem.

D. Laurentius Ramirez laudatur.

Theauri verba pro varietate iudicandi referuntur.

16 *Sententia ut dicantur conformes ad executionem, non debent in aliquo differre.*

Clem. vnic. de re iudicat.

Qualitas aliqua reservationis temporis, fructuum, diuersam facit sententiam, ut exequi non possit.

17 *Sententia conformes ad executionem non dicenda, eo quod in maiori summa minor inest. Summa minor non est in maiori circa individua.*

l. 1. §. si stipulanti. ff. de verbor. obligat.

l. cum furti 9. in fine. ff. de iureiurand.

l. idem proferre, §. si plures, ff. de arbitris.

l. si quis cum totum. ff. de exception. rei iudicat.

c. 1. de arbitris. lib. 6.

18 *Errores multi sunt circa recusationes iudicum.*

19 *Aduocati saepe recusationes iudicum inducunt, ut litis expeditio protrahatur.*

Paulus Iouius adducitur.

Barclarij notanda verba contra Aduocatos expenduntur.

20 *Doctores qui tenent non posse recusari scriptorem ex suis scriptis, & n. 21.*

21 *Creditur magis Doctori asserenti in lectionibus, quàm in consiliis.*

c. iudicantem 30. q. 5.

Opinionis varietas facile inducitur, & ex quibus causis.

l. iusurandum. ff. de iureiurando.

Auth. de non alienand. aut permutand. §. ut autem.

l. nonnunquam, ff. de collat. honorum.

22 *Author de hac questione iudicium suspendit.*

23 *Scriptores maximè à bonis Principibus honorati.*

Scribentium laudes ex notandis verbis Caroli Scribani.

De Iudicis, vel Senatoris recusatione, an rectè procedat ex eo quòd antequam Senator in libro scripserit de questione circa quam iudicium versatur.



ET procedere posse recusationem in hoc casu, ideo suadet, quia regulariter admittitur, quando causa fuerit, quæ iuste potest litigatorem suspectum reddere, vt contra illum iudex sententiam ferat, ita ex Donello *lib. 17. Commentar. cap. 25.* Petro Gregorio, Baldo, Riminaldo feniori, Felino, Saliceto, Malcardo, Gratiano, Mainardo, Tuscho, Calderino, Gaillio, Carrasco, Mastrillo, Aufrerio, Giurba, Cabedo, Viuio, & aliis pluribus ego probaui *1. p. decis. Granatens. 48. num. 1. & 3.* vbi de illa questione agimus, an propter vxoris, vel familiaris factum possit iudex recusari, & alia tradidimus *allegation. Fiscal. 1. p. alleg. 2. per totam*, vbi an fiscalis possit recusari, & nouiter Doctissimus Petrus Fontanella *in decisionibus Senatus Cathalonie*, plures causas recenset, ex quibus poterit iudex reddi suspectus, *decis. 2. 7. 8. 9. 10. cum seqq. vsque ad decis. 17.* & passim omnes, Lanfrancus *de recusationibus*, Hieronymus Laurentius *de iudice suspecto*, Scipio Robitus *in Pragmatic. de suspicionibus Officialium*. Thoro *in compend. decisionum Neapolit. verb. suspecti & suspicio*. Et Iuris Consultissimus egregius Senatus Italiae, Regens Capicius Galeota *lib. 1. controuers. 39.*

Ex quorum sententia, & omnium qui de recusationibus & suspicione iudicium scripserunt, illud admittitur, vt si iuste timere possit litigator suspectum illi iudicem esse in administratione iustitiae, tunc recusatio procedit, idque prudenti iudicis arbitrio relinquendum, qui causis discussis, an affectata, iniusta, vel vana, & illuloria fuerint, cognoscat, an recte in suspicionem ex praedictis possit induci, qui litigat, vt coram illo iudice recusato causam non peragat, quia cum valde graue sit coram suspecto iudice litigare, *c. quia suspecti 4. q. 5. c. cum inter, de exceptionibus*, inde caute omni iure dispositum, vt litigatores, qui nimis angustiis licium vexantur, vltra à iudice non vexari iura permittant, & ita leuis causa quæ posset in suspicionem inducere, vt alteri ex litigatoribus iudex faueat, poterit admitti, Castrensis *lib. 2. cons. 313.* & pluribus tradit Mascardus *de probationibus concl. 953. num. 29. & 30.* Et leuem causam sufficere ex Marantata, Rotæ decisionibus, Perusino, Osasco, Farinacio, Carolo de Grassis probaui Mastrillus *decis. 151. n. 46.* quem refert, & sequitur D. Capicius Galeota *d. controu. 39. n. 46.* & probat & inimicitiae, vel amoris causas per coniecturas induci, sufficere, ex Panormitano, Butrio, Imola, Milanensi, & Ponte, & praesumptam causam, etiamsi illam iudex ignoret, posse illum remouere, ex Iafone, Paride de Pureo tenet idem Galeota *num. 42. & 43.*

Vnde procedit Doctorum placitum, vt facilius iudex possit quam testis recusari, notauit Petrus Gregorius *lib. 49. Syntagm. iuris c. 3. n. 4.* reddens rationem, quia facilius est aliorum iudicum copia, quam testium, iudex enim quilibet peritus, cui potestas iudicandi conceditur, esse poterit: at verò testes illi solum producendi, qui rem de qua agitur, viderunt, cognoscunt, vel audierunt, & hanc rationem, ex Ioanne de Arnonio, & Mainardo tradit Osvaldus *in notatis Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I I.*

lit. G. c. 25. lib. 17. Commentariorum Donelli, qui de hoc rectè tradit, *generaliter omnem iustam causam reiciendi testem ea instior circa iudicem ob certius periculum, testis enim solum testimonium deponit, iudex ex animi sui sententia iudicium fert.* Et in terminis ex Gaillio, Calderino, & Tuscho tenuit Carrasco *ad leges Recop. cap. 9. num. 60.* & ex praedictis ego probaui *d. decis. 48. n. 1.*

Ex quibus etiamsi iudici aliqualis iniuria fiat suspicione & reculatione *l. litigatores. ff. de arbitris.* ex Baldo, Rebuffo, Angelo, Viuio, & aliis, Giurba *decis. 54. num. 1.* tradit Imola *in c. ad hec 6. in vers. sed fore, ad finem, de appellationibus*, & ideo nostris legibus causae requiruntur vt supremi iudices, & magistratus recusentur, vt Senatores, & poenae indictae contra recusatores, quorum causae non admittantur, vel non probatae. *l. 17. tit. 10. lib. 2. Recop.* Tamen, quia iustum est omnem suspicionem à iudiciis remouere, & litigatores ea vacare, & à quacumque vexatione exemptos reddi, etiamsi in iudiciis supremis causae recusationis iure Hispano requirantur, quæ necessariae non sunt in iudiciis ordinariis, & inferioribus, quia illi possunt recusari sine causae expressione, sed solum sufficeret iudicem allegare suspectum, vt illi adiungatur Collega ad iudicandum, quem dicimus *Acomparado*. Verum in supremis iudiciis causa probata, & admittitur facilius, eorum recusatio debet procedere. Tum, quia vbi maius periculum, cautiùs agi oportet. *c. vbi periculum, de elect. lib. 6.* & quia apud illos grauiora negotia iudicantur, & in eis maius damnum inferre potest iudex suspectus, quàm in leuibus, vt pluribus probat Panormitanus *in cap. proposuit. n. 5. de appellationibus*, quem sequitur D. Capicius Galeota *d. controu. 39. n. 42.* ideo omnium Senatorum Hispaniae praxis admittitur, vt facilius recusatio Senatorum, quàm iudicum ordinariorum admittenda, vt inde velint Reges nostri ab omni suspicione supremos suos Magistratus vacare, & nullam subditis vexationem posse fieri à iudicibus, qui suo nomine indicant, quia quæ à iudicibus ordinariis iudicantur, per appellationem possunt grauamina à superioribus reparari: at verò quando Senatores iudicant, à quorum sententiis appellatio apud nos non procedit, sed supplicatio apud ipsos, cum nullus ad alios iudices grauaminum sit recursus, inde cautiùs, & securiùs in his causis agi oportet, vt ab omni suspicione etiam leui litigatores possint vacare. Et ideo praedicta praxis Hispaniae, & stylus salubris & iustus procedit, & in supremo iustitiae Senatu in Castella obseruatur, vt facillimè ex leui, sed iusta causa Senatores abstinere à iudicando decernatur, vt quotidie experimur.

His iustis fundamentis pro nostrae questionis resolutione, an Senator, qui ad Ordinem senatorium adscitus librum scriberet, in quo egerit de aliqua iuris controuersia, quæ postea in iudicio disceptatur, & potest pertinere ad decisionem causae, de qua agitur, recusari possit ab illo ex litigatoribus, qui contra se opinionem habet illius scriptoris.

Et pro recusante facit primò, quia nulla maior causa est reculationis iudicis, eo, quia votum suum aperuit, & propalauit: nam merito ille, contra quem sententiam ferendam iudex insinuat, vel declarat, eum habebit suspectum, & approbatissima in iure illa causa censetur, ex traditis à Sessè *decis. 415. per totam, lib. 4.* Mainardus *lib. 1. decis. 94.* Rota *decis. 38. tit. de concess. Praebendae.* Giurba *decis. 54. n. 3.* vbi adducit *l. eos, c. de appellationibus.* Abbatem, Francum, Iasonem, Amatam, Riminaldum, Saliceam, Taperum, Crauertam, Menochium, Intrigliolum, & alios plures, Tiberium Decianum *vol. 1. cons. 26. n. 9.* Alexand. Ambrosius *decis. Perusina 50. n. 7. p. 2.* Grassis *exceptione 24.*

num. 103. Gratianus *disceptation. forens. tom. 2. c. 100. n. 57.* ex Portel. ad Molin. & alij, pluribus probauit Fontanella *decis. 9. per totam.* Quod etiam tenuit, & extendit Mastrillus *decis. 151. n. 54. & 55.* vt procedat, nedum si clarè propalauerit votum, sed per coniecturas colligi possit animi sui sententia, vt ex *l. obseruandum. ff. de officio Praesidis. ibi, Cuius animi motum vultus detegit. l. vbi falsi. C. ad l. Corneliam de falsis,* & comprobat ex Abbate, Innocentio, Imola, Curtio, Riminaldo, & alijs. Vnde qui in controuersia & quaestione, de qua in iudicio disceptatur, animum suum scriptis suis declarauit, meritò vt suspectus habeatur, vt recusari possit.

7 Secundò facit, quia Aduocatus, qui alicuius litigatoris causam defendit, & patrocinator, in eadem prohibetur esse iudex. *l. final. C. de assessoribus, l. qui praest. ff. de iurisdic. omnium iudicum. l. si quis. C. de postulando,* vbi exprimitur ratio, ne affectionis suae, vel aduocationis memor incorrupti iudicis non possit nomen proferre, vt tradunt Doctores communiter in eis iuribus, ex Lanfranco, & Vincentio de Franchis probauit Mastrillus *d. decis. 151. n. 53. qui n. 51.* tradit ex eo fiscalem non posse iudicem esse in ea causa, in qua fiscalis munere functus fuit, & omnium communis, & probata sententia, Aduocatum non posse iudicem esse in causa, in qua patrocinium sustinuit, vt apud nos in Castella praxis iudiciorum obseruat, ex *l. 18. tit. 15. lib. 2. Recop. & pluribus probat Fontanella decis. 10. vbi n. 12. cum seqq.* discutit, an possit, qui Aduocatus fuit, à partibus tacitè, vel expresse approbari, vt sit iudex in eadem causa, & *n. 21.* tradit, si Aduocatus subscripsit in causa non posse illum à partibus approbari, & quasi iuri contrarium nunquam in Senatu Cathaloniam receptum, innumeris Giurba *decis. 58. n. 5.* vnde multo magis, qui in ea quaestione, de qua lis disceptatur, opinionem suam protulit, & typis in libro excudit, quasi illam sententiam, quam tenuerit, videatur defendere, vt meritò in eo casu à iudicio ferendo censeatur inhabilis, & recusationem iustam patitur.

8 Tertio, quia cum qualibet affectio iudicis circa aliquam partem iustam reddat causam suspicionis, vt recusatio procedat, inde dubitatum, an possit recusari Episcopus ex causa Vicarij, qui ab eo eligitur, quasi affectus Vicarij influat in eum, vt tenuerunt ex Saliceto, Socino, Abbate, Imola, Felino *in c. insinuante,* per illum text. *de offic. deleg. & ex consil. 6. num. 33. post princip.* Crauet. affirmat Roland. à Valle *in consil. 16. n. 8. lib. 2. Caball. melliloq. 866. p. 2. Ripa in c. 1. n. 44. de iudic. Hieronym. Laurent. in tract. de iudice suspecto, c. 4. n. 7.* & videnda, quae in simili notauit Bobadill. *lib. 1. Polit. c. 12. n. 39.* & inde ex aliquorum sententia potest iudex recusari, à cuius sententia interlocutoria appellatio interposita, etiam non edocto de grauamine potest ab appellante recusari, ne ad iniuriam reuocet appellationem, vt ex *c. ad hac 6. c. proposuit, de appellationibus,* ex Nauarro, Aufrerio, Deciano, & Farinacio probauit D. Capyc. Galeota *lib. 1. controu. 39. n. 20. & 21.* ex quo multo magis censebitur non spernere iudicem opinionem suam, & contra illam iudicare, vt suspicio, & recusatio rectè procedant.

9 Quarto. Quia qualis fuerit animus, ex praecedentibus colligitur in postea gerendis. *l. sed & Iulianus, §. proinde. ff. ad Macedonianum,* quia exitus acta probant. *l. aut fata. §. euenit. ff. de penis,* ex Melo & Crauetta tenuit Surdus *decis. 307. n. 11.* & in terminis recusationis Capycius Galeota *d. controuersia 39. n. 36.* ideo ex eis, quae scripsit in suis commentarijs Doctor, qui aliquam opinionem tenuerit, meritò quid postea debeat in iudicio decernere, poterit colligi. Et si iure

apud omnes Doctores iusta recusationis causa censeatur similem causam habere, & idem iudicium profectui illum, qui sententiam ferre oportet, vt infra notatur. Ideò recusandus, qui in illa opinione fuit, quae contra alium ex litigatoribus iudicium explicat, & decidit, quia mutatio opinionis & animi non praesumitur, iuxta *l. non ad ea. ff. de condit. & demonstrat. ex pluribus Menoch. praesumpt. 40. n. 32. lib. 4. & praesumpt. 165. n. 5.* Si equidem iudex etiam minimum fauens vni ex partibus legitime recusatur, Capycius Galeota *vbi proxime num. 18.* quanto magis recusandus, qui non in minimo, sed in negotij expeditione & sententia pro aliquo ex litigantibus opinionem tueretur, & scriptis in libris suis defenderit. Et haec sunt fundamenta, quae huius dubij recusationem fouent. vt iudex, qui similem causam habet, vel iudicauit, recitari possit, & ex Aretino, Innocentio, Rebuff. Capycio, Menochio, & Zaphalo probauit Intrigliolus *decis. 47. n. 18. & 19. ibi n. 20. & seqq.* tradit, quae dicatur similis causa, & pro hac sententia vidè Robitum *tit. de suspic. officialium, pragmat. 1. n. 50. & 40.* impressionis nouae.

Pro contrario verò, vt in hoc casu, ex praedicta causa recusatio locum habere non possit, suadetur primò, quia cum in eadem lite & ipso iudicio de quo agitur, Doctor non scriberet, sed in discussione generali quaestione, vel controuersia in commentarijs generalibus, vel libro, de ea opinionem proposuerit, non videtur animi sui sensum exprimere quoad disceptationem & litem de qua recusatio intenditur, tum quia, vt aliàs tradit IC. *in l. natura 4. ff. de praescript. verbis,* plura sunt negotia quam vocabula, diuersa valde, & diffimiles possunt esse qualitates & circumstantiae, quae diuersam iuris sententiam suadeant. nam, vt aliàs traditur ex facto ius oriri. *l. si ex plagis 53. §. in clino Capitolino. ff. ad l. Aquiliam. l. fin. in principio. ff. de iur. iurando.* Menoch. *conf. 2. n. 208.* Petr. Barbosa *in l. Titia, n. 25. ff. soluto matrimonio.* Anton. Monach. *Florentin. decis. 38. n. 7.* Ioan. Baptista Costa *de facti scientia & ignorantia inspect. 16. n. 1.* Leand. Galganet. *de iur. publ. lib. 2. tit. 29. n. 17.* vnde argumentum suspicionis sumi non potest ex eo quod generaliter de quaestione in abstracto Doctor scripserit, quia facti species, & qualitates mutare solent, & debent iuris dispositionem, & decisionem eius, quod decernendum, & iudicandum. Quemadmodum qui fuit Aduocatus in aliqua lite, etiam in simili inter alias partes, si fuerit iudex, non potest recusari, vt ex Arimino Tepato, Vincentio de Franchis *decis. 87. n. 18.* ex Rosselio & alijs probauit Giurba *d. decis. 54. num. 5.* & Aduocatus qui fuerit in alia causa penitus separata, non fit ex eo recusandus, tenuerunt Maranta, Niger, Hondedeus, & Menochius, etiam si causa in qua recusatio intenditur, originem haberet ab alia, vel ei esset connexa, Philippus Francus, Bertazola, Aufrerius, Farinacius, Grassis, Gratianus, & Carolus de Tapia, quos refert, & sequitur Giurba *vbi proxime dicto n. 50.* & in terminis, & in causa simili, non possit Aduocatus qui fuerit, etiam si non possit esse iudex in eadem causa, poterit tamen esse iudex in simili, non recusabitur, vt ex Franch. *decis. 87. n. 18.* tenuit Dominicus Iason *Pragmat. de Antefato, vers. 3. obseru. 3. n. 116.* ideo multo magis, qui nec in causa patrocinator, nec in consimili consilium dedit, sed generaliter de quaestione scripserit, quae aliquam affinitatem habere potest cum eo, de quo hodie iudicium disceptatur, non poterit recusari.

Secundò, illud fortius vrget, cui nunquam rectè posse responderi videtur, nam in eadem causa, iudicio, & ex ipsis actis iudex, vel Senator, qui fuerit cum alijs duobus Senatoribus. Vnde necessariò sententiã quam protule

protulerit ab eo probari, & suffragiū illius esse constabit, cum apud nos in Senatibus non possit valere, nec proferri sententia, aut publicari, nisi tria Senatorū suffragia concurrant. *l. 43. tit. 5. lib. 2. Recop.* vbi pluribus notat Azevedo *in d. lege 43. ex n. 1. vsque ad ultim.* Tamen in supplicationis & reuisionis instantia, de qua *tit. 19. lib. 4. Recopil.* ille, qui certè & manifestè liquet, illius voti, & sententiæ fuit, quando nullæ probationes, aut aliquid noui actis accesserit, adhuc is de cuius voti publicatione constat, quia sententia constat illud esse iudicis votum, quia sine illius concordia nullo modo proferri sententia possit, adhuc nullo modo potest recusari Senator & iudex causæ primæ instantiæ in supplicationis gradu, ab eo, qui in prima sententia ab illo Senatore condemnatus fuit, eo solū quod prioris instantiæ iudex fuit, nisi alia causa intercesserit, vt ex recepta præxi, & stylo iudiciorum in nostris Senatibus & Tribunalibus aperte constat, vt de hoc nullus adhuc dubitarit, vt eo ipso, quo iudex animum suum, & votum declarauit in sententia ferenda: nam ex illius suffragio latam necessariò constat quando solū tres Senatores, vel iudices eam pronuntiarūt apud nos in supremis Senatibus Audientiarum, Cancellariarum, & Consiliorum, non possit inde iudex recusari, nisi aliæ extrinsecæ causæ vterius interueniāt, quæ à iure aliunde reculationem inducant, idque fortiùs adstringet, si consideres in eodem iudicio inter eadem partes ex eisdem actis sententia visionis primæ instantiæ Senatus lata fuit, quia nullo alio interueniente, quod possit mutationem voti inducere, non præsumendam. Et supra adductis *num. 9.* animum talem præsumi in sequentibus, qualis antea fuerit in præcedentibus, quod magis procedere debet in Doctore, qui in libris, vel commentariis suis, antequam iudex esset, de aliqua iuris controuersia opinionem suam, & animi motum, vel sensum expressit, non respiciens causam, nec acta iudicialia, de quibus hodie agitur, non vidit, nec pro illis iudicat, sed antequam iudex esset in abstracto, & generaliter de opinione quæ potest aliquo modo pertinere ad litem, in qua hodie reculatio intenditur, scripserit, & animi sui sensum explicauerit, & minus litigator suspicari poterit, vel timere de prædicto scriptore, qui non visis actis illius iudicij, nec litigatorum qualitatibus perpensis, aut facti circumstantiis, quam de alio iudice, qui in eadem causa inter eadem partes, & ex ipsis actis contra illum iudicauit. Vnde si apud nos iste iudex & Senator nullo modo ex prima sententia recusari potest in supplicationis instantia, & causæ remissione, multo minus talis Doctor, & scriptor, quia in libro suo aliquid de quæstionis controuersia scripserit quod possit ad præsentem quæstionem pertinere, non visis probationibus, quæ sunt vehicula ad iudicium, & quæ iudicem cogere videntur ad ferendam sententiam, vt iuxta allegata, & probata ferri debeat. *l. illicita. §. veritas. ff. de officio Præsidis. Ordinat. Lusitanor. lib. 3. tit. 63. in principio, & tit. 66. in principio. D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 7. Lessius de iustitia & iur. lib. 1. c. 29. dub. 10. n. 84. Ludouic. Torres in 2. 2. D. Thom. de iustitia disputat. 48. dub. 1. num. 4. & 5. Ex pluribus Valasco axiomat. iuris verb. iudex num. 115.*

12 Nec poterit elidi hoc argumentum eo quod ab aliquibus in contrarium dicebatur differre causam necessariam à voluntaria, quia in iudice muneris iudicarij necessitas illum cogit ad sententiam ferendam *l. de qua re. ff. de iudiciis*, Bartol. *in l. 1. n. 3. in princip. de iurisdict. omnium iudic. & in l. qui potior. num. 1. ff. de iudiciis*. Ab scriptore qui non habet necessitatem scribendi, vt iudex ex necessitate muneris iniuncti excusetur, & immunis reddatur à reculatione; Doctor verò

quia nulla cogente necessitate commentaria sua & scripta ediderit, valeat & possit recusari, iuxta quod de differentia causæ necessariæ & voluntariæ notarunt. *l. uxorem. §. pater naturalis. ff. de legatis 3.* Cardinalis Tusch. *practicar. concl. litt. N. concl. 23.*

13 Quippe id potiùs respicit euasione (vt sic dicamus) non responsum, aut congruam, vel iustam rationem, quia censerī non potest causa volūtaria scribere de iuris scientia, quando valde Reipublicæ expedit in quacumque disciplina scientiarum quæ quis ac omnium vtilitatem viderit expedire, scripserit, typis excuderit, & sapientiæ suæ documenta ediderit, & quàm vtilis & necessarij sunt scriptores, & valde honorandi, & adiuuandi, statim dicemus. Sed etiam nullo modo ultra id causa voluntaria scribendi non potest considerari in eo, qui antequam in albo Senatorum adscriptus, ad munus iudiciorum assumeretur, non præsumens de hoc casu, nec posse iudicium dari, de ea re scripserit; quia nunquam dici potest ex voluntate tua in illam indicandi necessitatem se concessisse, de qua hodie disceptatur; quia regulariter iudicia redduntur in inuitum, ex parte iudicis & litigantium, & illorum euentus, casus fortuiti censentur in iure, vt notatur *in l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio.* Bart. *l. tam ex contractibus. ff. de iudiciis.* Et differentia quæ solet in iure, & à legum Doctoribus considerari inter causam voluntariam & necessariam, nullo modo in hoc casu procedit, iuxta quæ de tali differentia notarunt Doctores *in l. uxorem. §. pater naturalis. ff. de legat. 3.* Signorolus *conf. 148. n. 1.* Castrensis *consil. 133.* Tusch. *verb. causa necessaria, & voluntaria, litt. C. conclus. 149.* Ex quibus apparet nullatenus posse congruere talem differentiam nostræ quæstioni, & cum reculatio, & eius causæ, & forma omnino æquiparentur appellationi, vt ex pluribus tenet Robertus Lancellotus *cap. 12. & c. 6. de attentatis post reculationem iudicis, n. 8. tom. 5. tract. Doctor. p. 340.* inde qui fuit iudex in prima instantia, & de eius suffragio constat, vt prædiximus, nullo modo potest recusari in secunda instantia supplicationis; multo minus ille, qui antea scripserit, non respiciens eam controuersiam, vel iudicium in quo reculatio intenditur.

14 Tertio, etiam quia cum scriptor non egerit in specie de hac quæstione, aut iudicio, de quo disceptatur, sed generaliter de iuris quæstione, quæ aliquo modo potest id respicere, non ex eo iusta potest in iudice suspicio ad reculationem præsumi, quia diuersitas facti, & casus circumstantiæ diuersum ius constituere possunt, *d. l. si ex plagis 53. S. in clino. ff. ad l. Aquiliam,* eis verbis: *Respondi in causa ius esse positum.* vbi plura exempla tradit IC. Alphanus & Duarenus *lib. 1. disputationum, c. 41.* & vt notauit Dec. *conf. 584.* quælibet mutatio circa factum ius facit variare, & Cagnolus *in l. 1. n. 11. C. de edendo,* vt non possit bene determinari quæstio iuris, nisi plenè constet de facto & eius circumstantiis, ex Baldo, Iafone, Fulgoso, Corneo, Ripa, Orasco, & aliis tradit Petrus Barbosa *in l. Titia 35. num. 24. & 25. ff. soluto matrimonio.* Et in terminis reculationis notanda sunt verba Catralci *ad leges Recopilationis c. 9.* agens, quando consimilis causa dicatur, vt iudex possit recusari, & adducto Ioanne Andrea, & Aufrerio tradit *n. 253.* eis verbis: *vbi dicit hoc reliqui iudicis arbitrio, quæ causa similis sit, sed cautè, & perspicaciter hoc est tractandum, & indicandum, cum ex facto ius oriatur, & ex varietate facti, quæ frequentissima est, varietur ius, & solebat dicere Dominus Antonius Padilla, & Meneses, vt audiui à Domino Licentiato Ioanne Fernandez de Boaneius, nunc meritisimo Indiarum Consiliario, Iamas vi pleyto quæ tenga la cara como oira. Quod proclamabat Padilla;*

um esset Regius Auditor, & postea Præses Indiarum. Igitur non qualibet causa dicitur consimilis, & debet ad recusationem allegari, & probari quod talis causa consimilis ei, super qua recusatio cadit, dependens sit, & litigatur super ea ab Auditore, vel iudice Ecclesiastico recusato, quod si nec consimilis sit, ita ex desiderio victoria in sua causa desideratur eadem vincendi causa in aliena, ob quam affectio, vel suspicio sit legitima boni viri arbitrio, merito excluditur recusatio.

15 Quibus addenda sunt verba Plinij iunioris lib. 2. epist. 6. penultima, ibi: *sequutus est varius euentus: nam duobus consiliis vicimus, totidem victi sumus: notabilis prorsus, & mira res, eadem in causa iisdem iudicibus, iisdem Aduocatis, eodem tempore tanta diuersitas accedit, casu quidem, sed non ut casus videretur.* & apud Terentium in Phormione, ex tribus Iurisperitis, qui de causa consulebantur, vnus aiebat, alter negabat, tertius deliberandum censebat, videndus Natta in præmio lib. 3. consiliorum, Afflictus ad constitutiones in præmio num. 19. & de contrarietate Arestorum magnæ Curie Parisiensis, latè Paponius in præfatione Arestorum, colum. fin. referens plura exempla, & de varietate iudiciorum, & praxi Hispaniæ, Emanuel Castro in l. Gallus, §. & quid firantur 2. p. n. 73. ff. de liber. & posthum. Et huius variationis philosophicam rationem tradit Decianus in Apologia aduersus Alciatum c. 10. Marfilius, & alij, quos refert Thesaurus in præfatione suarum decisionum num. 33. quem locum tribuo amico meo Dom. Laurentio Ramirez de Prado in supremis Castellæ & Indiarum Consiliis Senatori: nam de hac re cum illo disputans hunc locum allegauit Thesauri, cuius valde notanda verba referenda d. n. 33. ibi, *Nec mirandum est, quod idem Senatus diuersimodè quandoque iudicet, siquidem natura hominis prona est ad dissentiendum, ut est videre notabile exemplum in l. penult. ff. de acquirend. rerum dom. inter Paulum, & Labeonem, & idem euenit in sacra Rota Romana totius orbis lumine, ut testantur Cassiodorus decis. 9. n. 12. & sequenti, Sarmiento, & alij, quos refert Magdalenus, allegans illud prouerbiale dictum: Rota rotat, cuius variationis ea potissima est ratio, quod in Rota, & in Senatu non semper iidem sunt iudices, & tempore meo vidi quater totum hunc Senatum mutatum, & qui succedunt in demortuorum locum, indicatorum memoriam non habent, prout est hominum diuersa opinio, præsertim in causis dubijs, aliud censuerunt ab eo, quod à prædecessoribus in eodem Senatu indicatum fuerit. Præterea quamuis idem videatur casus, plerumque tamen euenit, ut aliqua etiam leuis circumstantia factum mutet. Quintilianus institutionum Oratorum lib. 5. c. 2. ideo dicere solebat Curtius iunior, qui licet senex esset, & in casibus innumeris consuluisse, nunquam tamen euenit, ut idem per omnia esset casus. Accedit quod quandoque de plano, & sine multorum librorum reuolutione vno modo indicatur, postea verò in alio casu facta maturiori consideratione & studio aliter censeretur, quod conuenientius sit se ipsum corrigere. c. ne innitatis, de constit. Nec id inconueniens indicauit D. Augustinus, qui in multis opinionem suam retractauit, integrum librum retractionum edidit. Et in multis Rotæ decisionibus traditur, Domini recesserunt à decis. Et ego multoties, ut infra num. 18. contra quæ in libris decisionum generaliter, & in abstracto tradideram, ex causæ, personarum, & actorum circumstantiis contra iudicauit.*

16 Tum etiam facit, quod ad diuersitatem, & dissimilitudinem causæ, quam expendimus, notatur circa tres sententias conformes, quæ exequi debent, ex Clem. vnica, de re iudicata, quia si in vna ex eis sententiis aliqua differentia intercedit diei termini assignatio-

nem, vel aliam qualitatem iudices addiderunt, non dicitur sententia similis, seu conformis, nec exequi poterit, ut in terminis Alexander lib. 2. consil. 77. in principio. Tusch. præct. littera S. concl. 172. n. 20. Rota per Farinacium decis. 98. n. 4. ad fin. 1. p. recentiorum, & consil. 103. n. 5. D. Salgado de Regia protectione 3. part. c. 16. n. 48. & quando in vltima sententia additur qualitas, vel referuatio facta partibus, quæ non erat in sententiis anterioribus, non similis, nec conformis sententia dicenda, ut mereatur executionem, sed dissimilis censenda & difformis. Alexander lib. 7. consil. 73. in princip. D. Salgado d. c. 16. n. 43. Amato lib. 1. var. resol. 7. n. 24. Quod etiam locum habet, & procedit, quando in vltima sententia additur forma, modus, aut qualitas diuersa ab alijs, quia tunc non est dicenda similis, vel conformis, Oldradus consil. 188. Burlatus consil. 219. n. 3. 4. & 6. & per totum. Farinacius d. consil. 103. num. 5. Laderchius Tremolensis consil. 173. colum. vltim.

Et confirmatur à Hieronymo Gabriele vol. 1. consil. 56. vbi reprobans D. Couarrunjam, & alios, tenuit sententias quæ continent diuersas summas, non esse concordēs, vel similes etiam in minori summa, si actio, quæ intenditur, est indiuidua, & summe sunt diuersæ, & separabiles, & exequi non possunt, & rectè comprobatur Barcius decis. 112. n. 6. cum seqq. Et notanda verba Ferentilli in additionibus ad Buratum decis. 368. n. 8. ibi: *Sententia concepta per vnicum capitulum, & vnica verborum structura, si est excessiua in parte, est nulla ratione indiuiduitatis, quia in indiuiduis in minori summa non est minor, & vtile per inutile vitatur, iuxta decisionem Putei 315. in correctis, quem passim Rota sequitur, ut in decisione 221. n. 2. & seqq. 2. p. diuersorum, & decis. 333. sub n. 3. p. 3. recentiorum, & in Perusina societatis 20. Maij 1624. coram bona memorie Vallis, & in alijs, & sufficit quilibet excessus & differētia etiam in modico, Rota d. decis. 221. n. 1. p. 2. diuersorum, ad d. decis. 333. n. 3. p. 2. recentiorum. Et in compromissis, & arbitrijs, quæ ad instar iudiciorum redacta. l. 3. §. tamen si, ff. de arbitris, procedit sine dubio; ex Hieron. Gabriele consil. 56. Barcius d. decis. 112. ex n. 4. vsque ad n. 8. Surdus consil. 452. n. 61. vol. 3. Ex quibus si quælibet causæ dissimilitudo, aut differētia summe diuersam sententiam inducit, ut ex diuersa qualitate non possit causa similis censerī, etiam si aliàs qualitas à iure inesse videatur, & in maiori summa minor comprehendatur. l. 1. §. si stipulanti, ff. de verb. obligat. l. cum furti 9. in fine, ff. de in litem iurando. l. diem proferre. §. si plures, ff. de arbitris, l. si quis cum totum 7. ff. de except. rei iudicat. cap. 1. de arbitris lib. 6. ex Tusch. Pichardo, Ioanne Maria, Nouario, Afflicto, & Thesaurio tradit Valasco axiomaticæ iuris litt. M. n. 3. fol. 301. Multo magis non erit causa similis dicenda illa, in qua vltra facti illius qualitates, & circumstantias iudicij, Doctores scripserit circa quæstionem iuris, ut inde quasi ex simili causa possit haberi suspectus, cum quælibet minima, & diuersa qualitas processus & partium possit omninò iuris decisionem mutare.*

Quod magis procedit, si consideres multoties in nostris Senatibus, vbi Magistratibus secretum iniunctum suffragiorum, ut non reuelent ea, quæ à iudicibus de causa, aut animi sui motu censerint, iuxta l. 36. tit. 4. l. 6. tit. 5. lib. 2. nouæ Regipilationis, ipsos litigatores sapius falli, quia suspectum censent illum iudicem, quem fauorabilem sibi habuerunt, & circa recusationes multi errores, & iniusta suspensiones partium quibus Senatores, qui iudicant recusationes, non debent indulgere, ut in terminis suspensionis causas odiosas censerī oportere, nec adiuuandas, ex Boherio & Tapi

Tapia tradit *Mastrillus decis. 214. n. 20. cum D. Conar-
ruvia & Rotæ decisionibus Fontanella decis. 25. n. 27.*
etiam sæpe falluntur litigatores. Et quotidie ego ex-
pertus litigatores iudices aliquos habere suspectos,
& contra illos querelas proponere, qui in illorum fa-
uore suffragia dederunt, & nihil magis apud nos vsi-
tatum, & sæpius vidi in Cancellaria Granatensi, & his
diebus in Collegis Senatoribus supremi Consilij, &
apud me expertus, quia cum intenderetur reculatio,
quæ postea effectum non habuit in lite iam visa, & in
prima aula datis suffragiis eo prætextu; quia i. p. deci-
sionum Granatensium, quandam opinionem retulerim,
quæ vni ex partibus fauere non videbatur, suspi-
cio, & reculatio contra me opposita est; tamen ego in
fauorem eius partis, quæ intenderat reculationem, suf-
fragium dederam, & causam in discordia remiseram
ad aliam aulam Collegis iudicibus eum condemnan-
tibus.

17
19 Quod sæpe procedit ex Aduocatorum consilio, qui
intendunt iudicia protrahi, & longas moras cõtrahe-
re, vt quod Paulus Iouius refert *in vita Marchio-
nis Piscarij*, dum Præfectus Gallorum in propugna-
culo vrbs Pizignitoni suasit militibus, quibus præ-
erat, qui accedentem Piscarium belligerum, & cele-
brem Ducem ad mœnia propugnaculi, vt recognos-
ceret per se, vt moris habebat quomodo expugnatio-
nem pararet, cum vellent ictu fluminis tormentarij
illum occidere, subiunxit hæc verba, quæ Aduocatis
rectè possunt congruere: *Sinimus illum, vt ex bellis
bella ferat, vnde nobis stipendia procedant.* Et valde con-
ducere possunt notanda verba Barclaj, in sua Argeni
lib. 3. pag. 661. dum Ibburanem Consiliarium Regem
monentem introducit eis verbis: *Nunc æterna sunt
iurgia, vt si cum sumptibus sit molestiarum ratio, grauius
putes sic vincere, quam confestim damnari: illud est po-
tissimum quod exigit tuam curam, amputa ambages, con-
stitueque spacium, vltra quod nullis litibus fas sit senesce-
re: nam & modum, & numerum progressa sunt artes, ac
nomina, quibus miserrimos clientes Patroni, & Iudices
frustrantur articulatum, & lentè hos discerpunt, qui se-
mel perire potuerant. Sæpe itur ad iudices, causa narra-
tur, aliquot anni abeunt, necdum contestatio litis (vt
vocat) audita est, hærent Patroni in causis minoribus,
quæ nunc sponte, nunc eorum studio nascuntur à prima
hac præludia adornant, his proclamant inauditis iter
ad verum iudicibus esse non posse. Sic dubia ex dubiis
feruntur, sic immani dilatione pereunt litigantes: ma-
gna ô Rex in insontes, inopesque iniuria: nam qui in diui-
tem inimicum pauper incidere, tam longo, & sumptuo-
so itinere conficitur procumbitque. Denique lassus,
nec recuperatur iure inultus. Amulo minus suo quam
huic prolixæ aequitati irascitur, nec quare cum tandem
iudicibus placeat, & patronis, ad se delatos cruciari,
nempe ex mora, & tempore sua opera estimatur, sic pa-
tronis, inquam, crescit merces, multa scripsisse, mul-
ta audiuisse, quamquam ea præstabat compendio fieri,
acerrimè vendunt. Eo peiores quod quæ peccant ipsi
iustitiæ imputant, imò multoties iudicum iniustitiæ im-
putant suam auaritiæ, & praua consilia. Præterea
consuetudine videndi miseros, & deinde faciendi Ad-
uocati exuunt humanitatis sensum, aut potius miserum
esse non credunt litigare; ita duri ad questus, parum
supplicibus mouentur, & ab his tantum culti, saltem
amant longiora ipsos exercere imperia. Hæc non de do-
ctissimis Patronis, qui in nostris Senatibus interce-
dunt, doctrina, iustitiæ, & virtutibus pollentibus, sed
de rabulis, qui moras iudiciorum necunt, & vt diffe-
rant litis reculationes iudicium iniustè affectant, quæ
rectè nostris legibus ad certos terminos & causas cir-
cumspectæ, & similiter iudiciorum instantiæ limitatæ.*

1.9. tit. 6. p. 6. l. 7. tit. 29. p. 7. & circa terminos & for-
mam reculationis Senatorum l. 1. 2. 3. 4. 12. 14. 15.
l. 20. & 21. tit. 10. lib. 2. Recop.

20
Quartò denique in terminis nostri casus, vt qui do-
ctrinam in Commentariis iuris scripserit, non ex eo
possit reculari, si postea iudex fuerit in lite, ad quam
prædicta doctrina pertinere possit, tenuit Rouitus in
eadem specie ad Pragmat. 1. de feudis n. 43. eis ver-
bis: *Ipse Marchio proposuit reculationem aduersus
personam meam, quasi quod ex his à me scriptis inter
alios; in eodem tamen articulo ego propalassim votum
meum; sed iunctis duabus aulis fuit reiecta hæc, vti non
legitima per decretum SC. die 16. Aprilis 1623. penes
Secretarium.* Quod etiam idem Rouitus probat Prag-
matica 1. de suspicionibus officialium n. 49. & 50. Et
quamuis Aduocatus nullo modo possit esse iudex in
eadem causa, in qua antea fuit Aduocatus, vt etiam si
à parte non opponatur, sit remouendus à iudicando, &
quæ contra fierent sint nulla, & adducit nostram l. 10.
tit. 5. p. 3. & Zafium, Lancellotum, Aymonem, Cra-
uettam, & Auilesum Doctorem Hispanum; tamen
qui fuit Aduocatus, poterit vt iudex interuenire in
alia causa, simili, scilicet, vbi controuertitur idem iuris
articulus, sed inter diuersas personas, & vti que si illa
causa, in qua fuit Aduocatus, est finita, vel ipse non in-
teruenit amplius, vt Aduocatus poterit interuenire, vt
iudex; secus autem si ipse interueniat vt Aduocatus,
siue in prima, siue in secunda instantia, vt vtrumque
casum decisum refert Franchis *decis. 87. num. 18. prope
finem.* Et notanda verba eiusdem Rouiti d. n. 50. ibi.
*Et illud idem decisum fuit per sacrum Consilium iun-
ctis aulis post longam disputationem in suspitione propo-
sita aduersus me per Marchionem Larenii in causa con-
tra eum mota per Ioannem Vincentium Branciam, sub
prætextu, quod in ea venit disputandus idem articulus,
de quo ego scripsi consulendo vt Aduocatus, pro Ioanne
Vincentio Pena in allegationibus insertis in Prag. 11.
n. 2. cum sequentibus, sub die 16. Aprilis 1622. Et ite-
rum sub die 1. Aprilis 1623. iunctis Consiliariis qua-
tuor aularum in suspitione proposita aduersus me per
Illusterrimum Ducem Nuceria in causa vertente cum
Domina Hieronyma Pignatella super successione status
Montisleonis ex his, quæ ego scripseram pro Comite Sa-
penaria in tribus primis Consiliis meis, volumine 1. Et
in specie Ioannes Maria Nouarius in *Collectan. Prag.
15. tit. de suspitione officialium*, postquam num. 41. plu-
ribus probauit esse iustam causam reculationis, si ante
sententiam iudex animi sui votum aperuit. Sed n. 42.
tradit hæc verba: *Sed cessabit suspicio respectu iudicis,
qui composuit librum, & ibi suam patefecit opinionem
de articulo, de quo tractandum erit, vt ita deci-
sum, &c.**

21
Rursus in eisdem nostris terminis plura pro hac
sententia notauit & tenuit Thoro in *compendio deci-
sionum*, verb. *suspicio proposita aduersus iudicem, qui li-
brum composuerat.* vbi tradit, si in his scriptis aliquam
opinionem iuris autoritatibus corroborando firma-
uerit, si fortè contigerit de aliqua consimili quæstio-
ne, in qua opinionem suam tenuit, in iudicio deducta
iudicari deberet, an obster, vt tanquam votum suum
propalans suspectus reddatur, & contrariam senten-
tiam tenet, vt non possit reculari, & distinguit de
exemplo Aduocati, quia aut tractatur in materia con-
siliorum à Doctore prolatorum, siue òretenus, siue in
scriptis, & potissimum typis traditorum, ex quo Do-
ctores & Aduocati licitè vendere possunt iustum con-
silium. *cap. non licet 11. q. 3. Cagnolus in l. 2. n. 579. ff.
de regulis iuris*, ex Fulco, Viuio, & aliis comprobatur,
& tunc ob tale interesse facillimè ad suam opinionem
sustinendam variis legum rationibus comprobare ni-
tantur

tantur Aduocati, vt rectè dixerit Grammaticus *decif. 104. num. 1. Illi negant plerumque piper esse nigrum, & aliquando dicunt illud esse album.* Et vt dixit Gratianus *tom. 2. disceptation. cap. 186. n. 64. Nulla mala causa est, quam perius non facit bonam, & quia Doctores consulentes corrumpi facile possunt pretio, aut precibus.* Gratianus *ibi n. 65.* Antonius Maria Corratius *lib. 1. comm. opin. tit. 6. n. 47.* idcirco non ita creditur Doctoribus aliquid asserentibus in consiliis, quam in lecturis, Cæsar Barcius *decif. 50. n. 13.* Hieronym. Laurentius *decif. 78. n. 7.* Menochius *lib. 2. de presumpt. 9. 71. n. 48.* Si igitur ageremus de Doctore, qui in tractatibus, lecturis, vel potius Commentariis de aliqua opinione egerit, vbi poterit cessare pretij occasio, & inde magis ei creditur, & facilius contingere posset variatio opinionis, cum eo casu variare licitum esse probant supradicti, & mutationem inde procedere; quia quotidie nouæ meditationes & phantasmata in nobis generantur, Baldus *in l. 1. n. 5. C. de his qui ante apertas tabulas.* Sylua nuptialis *lib. ultimo in tit. Quomodo iudices per communem opinionem, n. 26.* & illud cui magis credi oporteat contulenti, vel qui in lecturis, aut Commentariis scripserit, non oportet attendi, quando in materia iudicandi, vt nostra versamur, non attenduntur ea, quæ à Doctoribus consulta sunt, vel tractata, aut lecta in scholis, vel typis tradita. Etenim, inquit textus *in cap. iudicantem 30. q. 5. Iudicantem oportet cuncta rimare, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi, respondendi, obiciendi prabita patientia ab eo, vt ibi actio ambarum partium illuminata sit, & tandem actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perueniatur;* quocirca non solum iudicare debet iudex secundum allegata & probata, *l. illicitus, §. veritas, ff. de officio Prætoris;* sed etiam omnes iuris rationes inuestigare, cum inciuile sit iudicare nisi tota lege perspecta. *l. inciuile, ff. de legibus,* contingere quoque posse diuersitas facti. Et quemadmodum pro vtraque parte consulere non prohibentur, quando factum variatur, vt ex Cassaneo *in consuetudinibus Burgundia* probat Thoro, similiter ex noua phantasia Doctor, qui hodie consuluit pro vna opinione, cras pro alia consulere poterit. Vt illud *decif. 1. n. 1.* Similiter in iudicando etiam refragantibus quæ Doctor scripserat, cum in iudiciis veritas magis exquiratur, & variatio opinionis facilius admittitur, & potissimum ex diuersitate facti, ex qua ius oritur. Et similiter ex variatione personarum posse ius mutari, notat glossa antepenultima *in l. iurisurandi, ff. de iurciurando.* Ita quoddam sicut facta mutantur secundum naturæ cursum, eadem glossa *in §. 1. in principio, Authent. de consanguineis, & uterinis fratribus.* Ita pariter & homines in eorum opinionibus, cum tot capita, tot lententiæ, glossa *in cap. quorundam, de verbor. significat. in Extranag. vers. vt capita,* & hac ratione perpensa tradit Cassaneus *decif. 9. n. 15. de caus. possess. & propriet.* Rotam tam in antiquis, quam in nouis, in quampluribus decisionibus contrarium iudicasse ex diuersitate Auditorum, cum nihil inter eos tam stabile esset, quod non aliquam patiatur mutabilitatem, *§. vt autem, Authent. de non alienand. aut permutandis rebus Ecclesiæ,* & hoc contingit ex naturæ conditione mutabilitatis capaci. Vnde mortales ipsi ob varietatem ipsorum varij esse monstrantur in voluntatibus. *l. quia poterat, ff. ad Trebell.* Sic circumscripta hominum conditione, in quolibet homine varietatis, seu mutabilitatis ratio contingere posset, vt hodie pro vna opinione, cras pro alia consular, ex noua ratione, quod non erit adscribendum ignorantia, sed potius sapientia, cum mutatio consilij, vel iudicij sit sapientia. *l. nonnumquam, in principio, vbi Glossa ff. de collatione bonorum.* Hoc ex

Ronito, & aliis tradit Thoro *vbi supra,* cuius ad litteram notanda sunt verba *d. verbo suspicio, ibi. Quapropter contingere posset, vt si quispiam, vel consulens, vel legendo, aut libros edendo, vnam sequatur opinionem, tamen in iudicando aliter determinare posset ex circumstantiis requisitis in iudicio ex debito indicantis officio. Idcirco officere non videtur indicanti, si opinionem aliquam in lucem ediderit, vt propterea suspicione aliqua redargui possit, maxime si idem casus inter alias personas contigerit, in quibus suspitioni litare non possit, per ea, quæ in consimili iudicatum per sacrum Consilium reliquit Franchis *decif. 87. in fine, in sua propria persona decisum circa suspitionem allegatam, eo quoddum in simili causa iudicaturus erat, pro alia simili fuerat Aduocatus: nam per sacrum Consilium non fuit admissa talis suspicio, quamquam causa similis relicta sit iudicis arbitrio, fundat. Giurba decisione Sicilia 54. n. 6.* Hac ille.*

De quo meam sententiam non exprimo; quia in hoc supremo Consilio iustitiæ causa nunc pendet, an ego pro opinione, quam in decisionum libris scripsi, suspectus in lite, quæ vertitur, habendus. Et semper quoddam Senatus tot sapientissimis Consiliariis assidentibus in hoc & in omnibus decreuerit, pro iusto, & certo existimauerim, & circa id consideranda erit affectio, quam qui Aduocatus consulens, vel scribens poterit habere in puncto iuris, vel causa, cum iudex fuerit, & an iuste in sententia ferenda de illo suspicio sumatur, vt iuri litigantium succurratur, & iudicia ab omni suspicione, & lorde possint vacare.

Denique tamen illud animaduertendum, ne ex hac causa leuiter, vel sine affectione iudices vt suspecti remoueantur, aliter iuste ab scriptione, & doctrina, qua honorandi, & præmiis afficiendi possent deterreri, si pro scriptione suspectus, aut iniuria recusationis afficiatur, cum illud maxime in cura Principibus esse debet, ingenia & artes maxime fouere, vt de Vespasiano laudat Suetonius, & sanè magna parentibus debemus, quoddam sumus, illorum est, sed plura doctis; quia quoddam tanquam moriamur illorum est, parentes vitam dederunt, sed perituram, nec vltra mortem vitam; scriptores vero post mortem viuere docuerunt omnium lectorum oculis, auribus, animis, ex quo plus scriptoribus, quam parentibus debemus, cum ab illis non morituram, ab his morituram vitam acceperimus. Et merito laudata pulchra Sigismundi Imperatoris digna vox: *Ego illos amo, quos natura aliis anestare voluit, atque doctissimum quemque Regni, muneribus admovebat factum etiam hoc ab Alexandro Senero, de quo Lampridius tradit, & de Gratiano de Constantino patre refertur dicere solito, quando doctis viris præmia, & honores conferebat, Solui quod debu, & adhuc debeo quod solui, vt refert Carolus Sribanius, de instit. Politic. Christian. lib. 1. cap. 26. qui etiam lib. 2. c. 14. post plura elegantissima, quæ in laudem, & vtilitatem Scriptorum tradiderat. Eius notanda verba ad solatium, & exhortationem scribentium ad litteram subiungenda, & ad fin. cap. 14. subdit ibi: de fructu, & sperata è scriptionibus opinione quid dicam? Incerta hæc, nec tamen idcirco animus deponendus, firmandus magis, & generoso ausu accendendus, nihil sperare possit ignarus calamus, audacia sæpè pro eruditione est, & vouisse etiam in magnis magnum est. Respondet optatis euentus? Bene est; non respondet. Conatus semper in laude fuit; neque enim tam tenuis scriptio, qua non aliquam referat laudem. Non places omnibus? Ne Deus quidem; displicet multis factum maximis viris. Placet paucis? maximum laboris speique suo factum retulit, si vel vni prudenti, doctoque placuit; satis enim magnum Theatrum doctus docto, prudens prudenti est. Non pla-*

et patria? placebit exteris, & latius nomen diffundet.
 Non placet suis? placebit alienis, & mirari discent, quos
 domestici negligunt. Non placet atati sua? placebit se-
 cutura. Patitur obrectatores? Nullum magnum factum
 sine criminatione fuit, mutuo innectuntur virtus, &
 emulatio, eruditio, & obrectatio, nec metue, crescunt
 laudanda aduersis, & clarior scriptio est, que amulum
 patitur, inuidia virtutis sol est, iaceret hac sine illa den-
 sa obrebrata nocte: in lucem illa amula protrudit.
 Non viuerent quorundam scripta, si inuida manus, &
 lingua defuissent, vitam inuidia dedit. Aliorum etiam
 non viuerent, si persecutor non fuisset, fuit, vixerunt.
 Quid. Quod ab ignibus non vni vita, & a tortoris ma-
 nu nemo legisset, ni tortor accessisset, desiderium carni-
 fex provocauit, sitim etiam & famem. Iam quoties per-
 secutor gladius seuit, non vita vixerunt meliore? Non
 deponat ergo scriptor animum; neque obiciat metu.
 Quid si nulli placeat? Placeat sibi vel hoc solo beatus,
 quod horas bonas expleuerit bene, fors male expleturus,
 si scriptio defuisset. Et sane hac una plurimorum scele-
 rum occasionem precisam negare nemo potest, hac enim
 una vitiiis depulsis virtutes succrescere sciunt omnes. Di-
 spliceat ergo licet liber, sat digna labori merces, ut vir-
 tus sibi, sic scriptio auctori suo est, ut vel sola orti, quod
 criminum prope omnium mater esse consuevit, fuga sat
 ampliter scriptorem suum remuneretur. Hæc doctè &
 eleganter Scribanus.



ALLEGATIO CXIX.

De officiorum venditione à Rege fa-
 cienda, & nouis officiis creandis.

- 1 Rex potest officiales creare, ut fructus iurisdic-
 tionis, & in eis habet fundatam intentionem.
 Rex quomodo possit officia augere.
 c. ea qua ad decus, de constitutio.
- 2 Princeps an possit præiudicare iuri alterius in offi-
 ciorum creatione, quando non principaliter, sed
 causatiuè agit.
 Authent. ut determinatus sit numerus clerico-
 rum.
- 3 Officiorum venditio an licita sit.
 l. 1. ff. de constit. Princip.
- 4 Officia in Principis patrimonio indicantur.
 Officium qui renunciare potest, nisi in manibus
 Regis, facere non valet, aliter nulla est renun-
 ciatio.
- 5 Reges cum queritur, an aliquid facere possint, non
 iam de potestate, quam de voluntate disputa-
 tio.
- 6 Contractus Principis illum ad obseruantiam obli-
 gat.
 l. digna vox. C. de legibus.
- 7 Princeps in his que respiciunt contractum, utitur
 iure priuati.
 c. 1. de probationibus.
 Deus etiam ex promissione obligatur.
- 8 Princeps an de plenitudine potestatis, vel Ponti-
 fex possint contractum suum reuocare.
- 9 Contractus Principis vim legis habet.
 §. sed quod Principi, Inst. de iure naturali.
 l. 1. de constit. Princip.
 l. Casar. ff. de publican. & vectigal.
 l. penult. C. de donation. inter.
- 10 Principis contractus, si non obligarent ad obser-
 uantiam, esset Princeps extra commercium, &

deterioris conditionis, quam priuatus.

Contractuum obseruantia pertinet ad ius gen-
 tium.

Fidem obseruare est iuris naturalis.

- 11 Officia pro quibus Princeps pretium recepit, non
 potest reuocare, vel dimittere.

Authent. de Referendariis sacri Palatii. §. maneat
 igitur.

c. unico, ut ecclesiastica beneficia sine diminutio-
 ne conferantur.

Princeps remonere non potest officium, quod pecu-
 nia accepta concessit.

- 12 Verba Principis, y lo asseguramos pro nuestra
 palabra Real, habent vim iuramenti.

Princeps tenetur ad obseruantiam eius quod iur-
 auit.

Iuramenti infirmitas & relaxatio fieri non pos-
 test à seculari potestate, sed per Ecclesiasticum
 facienda.

- 13 Officij concessio pro pecunia transit in contra-
 ctum.

- 14 Immemorialis præscriptio habet vim tituli vali-
 dioris, qui possit excogitari.

l. 3. §. ductus aqua. ff. de aqua quotid. & æstina.

l. 8. tit. 15. lib. 8. Recop.

c. super quibusdam. §. præterea, de verbor. signi-
 ficat.

l. 1. §. fin. ff. de aqua pluua arcenda.

l. lumina. ff. eod.

- 15 Immemorialis fortioreim titulum tacitum inducit,
 quam expressum, quia titulus expressus potest à
 Principe reuocari, non autem immemorialis.

- 16 Facultatum ius solum dicitur quando aliquis
 potest uti facultate sine ministerio alterius; se-
 cus verò quando eget alterius ministerio, quia
 potest præscriptioni immemoriali facultas tolli.

- 17 Interpretatiua consuetudo multum prodest ad de-
 clarandas concessionis factas à Principe.

l. si de interpretatione 27. cum l. seq. ff. de legi-
 bus.

c. cum dilectus, de consuetudine.

c. cum venissent. de institutionibus.

l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil.

l. cum de suo 10. C. de legib.

- 18 Hispani Doctores, qui tenuerunt Principem non
 posse in præiudicium tertij, cui officium vendidit,
 alia officia concedere.

l. studentibus. C. de officio Præfetti vrbis.

- 19 Doctores Hispani qui idem tenuerunt, & n. 20.

- 20 Itali Doctores pro eadem sententia.

- 21 Decisiones plures referuntur contra Fiscum, ut
 Princeps non possit venditis officiis in eorum præ-
 iudicium alia noua vendere, vel concedere.

Authent. de Referendariis sacri Palatii.

- 22 Galli Doctores qui eandem sententiam tenent, ut
 Princeps non possit augere officia, qua venditis
 præiudicium afferant.

- 23 Author suspendit iudicium suum in hac quæstio-
 ne, quia lis de illa pendet.

Principi suadendum ut officia pro pretio non ven-
 dat, licet facere possit.

- 24 Princeps semper debet suos contractus seruare, &
 quantum illi damnum irrogent Consiliarij, qui
 suadent, vel insinuant à fide data Principem
 posse desistere.

De iure Regio ad creanda noua officia Decurionum, Tabellionum, & similium, & an procedat, si in iam creatis, aut venditis Rex se obligauerit ad noua officia non prestanda.



ET Regem posse creare Magistratus, & ad illum pertinere officia Reipubl. constituere, vt ex Baldo, Ioanne Andrea, Laudensi, Raucate, Afflicto, Capolla, Rolando, Boffio, Oldrado, Deciano, Corseto, & aliis innumeris probauit Mastrillus *de Magistratibus libro 1. capite 4. per totum*, vbi plurima congerit. Et id non solum in officiorum creatione, sed etiam in augmento, & ampliatione, vt cum Bartolo, Baldo, Nigro, Valasco, Mario, Muta, Luca de Peña, Platea, & aliis idem Mastrillus *d. lib. 1. de Magistr. cap. 18.* id quia creatio Magistratum, & officiorum est fructus iurisdictionis, Baldus *tit. de pace iuramento firmanda. §. ad hoc, num. 4. & in l. 1. §. initio, ff. de officio Praefecti urbi.* Alexand. *lib. 4. conf. 25. n. 2.* Ioan. Andreas *ad tit. qua sint Regalia, per textum in cap. ea qua ad decus, de constitution. idem Baldus & Doctores in l. 1. q. 6. ff. de officio Consulis, & in l. fin. C. de officio praefecti vigil.* Franchis *decis. 166. num. 3.* Cancernus *lib. 3. var. c. 9. n. 4.* Camillus Borrellus *de praestant. Regis Catholici, c. 21. n. 19. & 20.* Bobadilla *lib. 1. Politic. c. 16. n. 42.* qui tenent creationem officialium esse commo- dum fructus veri dominij iurisdictionis, & illius dominus habet fundatam intentionem, Felinus *in c. cum olim, num. 2. de maioritat. & obedientia.* Menoch. *lib. 3. praesumpt. 97. n. 30.* D. Molina *lib. 1. de Hispanor. Primogen. c. 25. n. 1. & 2.*

Secundò. Rursus, vt possit Princeps prauidicare iuri alterius in officiorum creatione, & augmento, quando id principaliter non facit, nec id praecipue intendit, sed causatiue, vt in terminis tradit Cabedo *1. p. decis. 132. n. 3. & 4.* Cassaneus, Bossius, D. Couar. & Valasco. Idem Cabedo *4. part. decis. 12.* Et faciunt quae notant idem Cabedo *decis. 18. & decis. 22. & 23.* & per textum in *Authent. vt determinatus sit numerus clericor.* Et Angelus tradit, quod licet qui fundauit Ecclesiam taxauerit numerum Clericorum, tamen auctis facultatibus potest augeri, Felin. *in c. cum accessissent, de constit. & in terminis officiorum Antonin. Maurus alleg. 18. per totam, vt Princeps officia augere, & videndus Iacobus Gallus conf. 58. vt possit in prauidicium Tabellionum, qui creati fiscus possit, praetextu augmenti litium, alios Tabelliones creare.*

Tertiò, quia non solum id procedit in creatione officiorum, sed in eorum venditione, quam licitam esse, argum. *l. 1. ff. de constit. Princip.* Bart. Bald. & Doctores *in l. Barbarius, ff. de officio Praetoris.* Cynus *in l. 1. C. ad leg. Iuliam de ambitu.* Archidiaconus *in c. non debet 23. dist. cum Afflicto, Cassaneo, Castaldo, Nauarro, Matienzo, D. Thoma, Caietano, Bañez, Azor, Salon.* tradit Mastrillus *de Magistrat. lib. 1. c. 20. n. 1. 2. 3. & 4.* cui addendus Menchaca *controu. illustr. c. 43. n. 1.* Cabedo *2. p. decis. 24. n. 3.* quia dominium officiorum in Principe consideratur, & ideo vendere illa poterit, quia cum bona temporalia sint, possunt aestimari pretio, ne fructuosa officia dicerentur, si Rex, vel Princeps gratis illa inferre cuique deberet, vt ex Baldo, D. Thom. Caietano, Soto, Azore, Rebello, tradit Mastrillus *dict. c. 20. num. 7. cum seqq.* & ex communi Theologorum

sententia officia ex sua natura esse vendibilia, & pretio aestimabilia, cum sint temporalia, honorifica, & utilia, & venditio procedat, si non habent aliquid spirituale annexum. Aragon, Bañez, Michael Salon, Syluester, Medina, Lessius & omnium Theologorum schola admittit, tribus tamen qualitatibus, vt tradit Mastrillus *vbi proxime n. 15.* vt vendatur personae dignae, pretium sit moderatissimum, & fiat ex magna necessitate, cui non possit alia commodiori via occurrere.

Quartò, quia aded Regis officia censentur eius iurisdictionis, & illius fructus, vt quamuis Princeps concedat facultatem nominandi illi, cui datum officium, adhuc nominatio fieri non potest sine permisso, licetia & facultate Principis, vt praxis quotidiana apud nos obseruat, & legibus Hispanis cauetur, & multis probauit Mastrillus *d. c. 20. n. 5. 4. cum seqq. vbi supra n. 7.* tradit officia numerari inter bona, & in patrimonio Regum, quia officiorum iurisdictionis, exercitium, & administratio à Principis auctoritate & potestate dependet. Simanchas *de Repub. lib. 6. c. 26.* Bobadilla *lib. 1. Politic. c. 14. n. 17.* Menchaca *lib. 1. illustr. c. 42. & 43. n. 9. cum seqq.* Gutierrez *lib. 2. Practicarum q. 64. n. 5.* Azcu. *conf. 8. n. 6.* & ideo officij renunciatio nisi in manibus Regis concedentis fieri non potest, aliter censetur nulla, vt ex *l. legatis, & ibi gloss. ff. de officio Praesidis.* cum Bartolo, Baldo, Panormitano, Butrio, Zabarella Corraio, Parisio & aliis pluribus probauit Mastrillus *de Magistrat. lib. 1. c. 24. n. 11. cum seqq.*

Sed contraria sententia, vt quando Princeps in venditis officiis se obligauerit alia noua non vendere, vel creare, aut si ex venditione noui officij, aliorum, quae iam vendita, exercitium impediatur, vel emolumenta diminuatur, non posse Principem id facere, & ius acquisitum tollere, pluribus rationibus, & auctoritatibus comprobatur. Nec agimus de potestate Principis, sed de voluntate, vt alias diximus *1. p. decis. Granat. 8. n. 1.* quia semper creditur Principem iustum quod fuerit, decernere velle, & nunquam blandiri debet Principibus, vt illis velimus periuadere, eorum potestatem ultra leges, & iustum extendant.

Pro quo primò facit, quia contractus Principis illum ad obseruantiam obligat. *l. digna vox, vbi Bartol. Castrensis, & alij. C. de legibus.* idem Bart. *in l. penult. C. de donat. inter virum, & in l. fin. C. de transact.* Bald. & Iason *in l. 1. ff. de constit. Princ.* Socinus *vol. 1. conf. 32. & vol. 3. conf. 4.* Grammatic. *conf. civil. 100. & decis. 65. n. 26.* Roland. à Valle *vol. 2. conf. n. 26. & conf. 66. n. 22. & vol. 3. conf. 45. n. 8.* Becius *conf. 56. n. 8. vol. 1.* Peregrinus *de iure fisci lib. 1. tit. 3. n. 44. & lib. 6. tit. 1. n. 8.* Menoch. *lib. 2. praesumpt. 10. n. 49.* Mench. *illustr. c. 51. n. 29.* Tapia *in l. fin. c. 9. n. 5. in 2. p. de const. Princ.* Panormit. Decius, Ioan. Andr. Butrius, Imola, & reliqui Canonistae *in c. 1. per text. ibi, de probat.* idem Decius *in c. relatum, notabili 2. de praebend.* Felinus *in c. qua in Ecclesiarum, de constit.* Alciatus *de praesumptionibus regul. 3. praes. 8.* Rodolphin. *de absoluta potestate Principis c. 6. n. 171. cum seqq.* Afflicto. *decis. 282. & 361.*

Cuius ratio est: nam in his quae respiciunt contractum, Princeps utitur iure priuati, vt notatur *in d. c. 1. de probat.* Bald. *in c. 1. §. de inuestitura, tit. de noua forma fidelitatis, in vsibus feudorum.* Franchis *decis. 17. n. 6.* Crauetta *conf. 640. n. 9.* Surd. *decis. 2. num. 21. cum seqq.* Menoch. *conf. 201. n. 138.* qui & supradicti tene- runt, etiam contrahendo cum subdito Principem efficaciter obligari. Abbas *vol. 2. conf. 94.* Castrensis *vol. 1. conf. 317. n. 5.* Ruinus *vol. 1. conf. 90. n. 4. & vol. 5. conf. 130. n. 19.* Paris. *vol. 1. consil. 111. num. 53.* Corneus *vol. 2. conf. 70. n. 10.* vt de Deo omnium conditore ex promissione obligatur, tradit Bald. *in l. 1. ff. de pactis.* adducens Magistrum sententiarum, Decius *in c. rela-*

rum, de prebend. & conf. 689. n. 7. & in l. debitori. n. 14. ff. si certum petatur. Crauetta conf. 241. num. 12. Curtius senior confil. 68. n. 2. Follerius in praxi censuali, verb. & summi iuris. n. 4. Ferretus volum. 1. conf. 32. Rodolphinus ubi proximè c. 6. n. 18.

8 Et adeò procedit, vt nec de plenitudine potestatis possit Princeps contractũ suum reuocare, vt per Canonistas in d. c. 1. de probation. Baldus in c. 1. §. ad hac, tit. de pace iurament. firmanda. Ioannes Orotus in l. omnes populi, colum. 21. vers. secunda declaratio. ff. de iust. & iure. Socinus vol. 4. conf. 86. n. 14. vbi tradit hoc etiam intelligi in Romano Pontifice, prout similiter tradit Iafon vol. 3. conf. 86. n. 9. Decius conf. 286. n. 6. & conf. 689. num. 7. Grammatic. d. decis. 65. numero 27. & conf. 100. in fine. Burlatus conf. 160. n. 36. vol. 2. Follerius, Zephalus, & alij plures, quos refert Rodolphinus d. num. 170.

9 Et adeò verum est, vt contractus Principis vim legis habere tradatur §. sed quod Principi. Instit. de iure naturali. l. 1. ff. de constit. Princip. l. Caesar. ff. de publican. & vectigal. l. penult. C. de donatio. inter; in quibus iribus Doctores notarunt communiter, & tenuerunt Menoch. conf. 1. n. 241. Bartol. in d. l. Caesar. Iafon in l. ciuitas, num. 5. ff. si certum petatur, Carolus Ruinus lib. 1. conf. 9. num. 11. Stephanus Gratian. lit. 4. disceptationum forens. c. 310. num. 9. Gaillius lib. 2. obseruationum c. 127. n. 8. ex Valasco, & alijs Osvaldo ad Donnellum lib. 12. comment. c. 22. in notatis lit. Z. ex quo ibi lit. Q. Cabucio, Petro Gregorio, Zafio, Castalio, & D. Gregorio Lopez, Madera lib. singular. animaduersionum iuris; c. 35. ego notauit i. p. Fiscalium all. 3. n. 1.

10 Necessarium enim fuit hanc potestatem, & auctoritatem habere Principis contractus, aliàs enim deterioris conditionis esset Princeps, quàm priuatus, quasi ad obseruantiam contractus non teneretur, esset extra omne commercium, vt tradit Bald. in l. Princeps, lectura 1. ff. de legibus. Iafon in l. 1. ff. de pactis. Rolandus à Valle vol. 3. conf. 43. num. 10. cum à contrahendo cum Principe omnes fugerent, & quia, vt notant Doctores, hoc casu Princeps cum sit omnium Præsul, esset omniam exul. Peregrinus de iure fisci lib. 1. tit. 3. n. 44. Tapia dec. 23. n. 103. Gloritus in responso 1. 2. p. n. 80. Nam licet Imperatori & supremo Principi Deus subiecerit leges, non tamen contractus ex quibus obligatus, vt quamuis etiam si lege generali dominium adimere Principi concedatur, tamen contractus ab ipso Principe initus non poterit lege reuocari: nam etsi propter causam possit Princeps alicui dominium rerum suarum adimere; tamen non poterit tollere ius quæsitum ex suo contractu, quoniam Princeps auferendo dominium subdito non venit contra fidem suam, vel promissam, vt quoties reuocat suum contractum, & dominia fuerunt inuenta à iure gentium; sed fidem seruare est de iure naturali. & Bart. in l. si id quod, ff. de condit. indebiti, comprobatur, quia seruus est capax obligationis naturalis, & tamen non est capax dominij, & obligationem quæ ex iure naturali ad fidem seruandam, potentior est, vt tradit Castrensis lib. 1. confil. 317. n. 5. qui inde colligit concessionem Principis, quæ transferunt in contractum, reuocari non posse, vt notatur in litem eorum, §. Decurionis, ff. quod cuiusque vniuers. nomin. & pluribus hanc distinctionem probauit Antonius Petra de potestat. Princ. c. 32. n. 145. & cum Surdo, Peregrino, Paschalio, Mandello, Syluano, Tuscho, & alijs ego notauit d. all. 3. n. 3. 4. 5. & 6. & per totam latè probauit, quod solum ex causa publicæ utilitatis, vel iniustitia contractus possit Princeps illum refrænare, ab eo recedere, vel reducere ad æquitatem, aut æqualitatem.

11 Secundò: nam quamuis officia iurisdictionalia sunt ad libitum reuocabilia, quasi precario à Principe con-

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I.

cedantur, id tamen non procedit, quando in præmium, vel pro seruitiis concessa, vel pro pretio essent empta, quia tunc non possunt ad libitum reuocari, quali ex pretio, quod Princeps recepit necessitate Regia urgente, vt hodie fit, dominium officij in subditum transit, vt nullo modo possit reuocari in totum, vel in parte, aut aliquo modo mutari effectus cõcessionis, vt notauit Bald. in l. qui se patris. n. 34. C. unde liberi, & addenda verba Auth. de Referendarius sacri Palatii. §. maneant igitur, ibi: Maneant igitur secundum quæ prædiximus, nunc in eadem figura; hac autem tua eminentia cognoscens custodiat, vt nullo tempore transgrediatur aliquid eorum, quæ à nobis sancita sunt, c. vnic. vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, in Decretalibus, §. omnibus, eis verbis: Quia non licuit ex pactione, vel conuentione quacumque sub modo, ac tenore præscripto cõcedere nullum officium, & tibi retinere prouentus. Belluga in speculo Principum, rubr. 9. n. 30 & 31. Guillel. de Perno conf. 16. col. 2. Rebuff. in tract. de nominat. q. ult. n. 22. Camill. de Curtis tract. de feudis lib. 1. §. potest quoque. Bernard. Laurent. de potest. Regia c. 28. n. 19. Vincen. de Anna all. 44. n. 6. Franchis dec. 370. n. 4. vsque ad 7. post Bart. l. in concedendo. C. de aqua pluuiæ arcenda. Menoch. conf. 1105. & conf. 34. n. 13. Bertaz. lib. 2. conf. criminali 267. Petra de potest. Principis c. 24. n. 245. Carol. de Tapia de conf. Princ. c. 9. n. 94. Soto de iust. & iure lib. 3. q. 6. art. 4. Greg. de Valent. q. 7. de acceptatione person. puncto 2. §. 5. & faciunt verba Guillelmi Benedicti in c. Rainutius, verb. duas habens filias. n. 35. vsque ad 38. de test. Vnde Principes illi, qui pro beneficijs concedendis pecunias accipiunt, officarios, à quibus præmium habuerunt, reuocare non possunt, cum beneficium, aut priuilegium accepta pecunia concessum non possit à concedente reuocari, nec à suis successoribus, secundum Baldum, & c. quia tunc ex contractu sunt obnoxij ad verbum suum non faciendum irritum, ex contractu enim, cum sit de iure gentium, etiam Imperator, imò summus Pontifex ligatur.

Maximè quando contractus fuit iuratus, vt hodie in omnibus similibus concessionibus adiicitur clausula: y lo asseguramos por nuestra fee y palabra Real, quæ habet vim iuramenti, vt tradit Nicol. Moron de tregua & pace vers. & ubi, sub verb. Principis. Surdus dec. 119. n. 20. & decis. 234. n. 9. & 10. Bertrand. conf. 262. n. 5. vol. 7. Burlat. conf. 78. n. 19. vol. 1. ibi, quod hoc ipsum etiam inuatur consuetudine, quia Principes sub his verbis iurare soliti sunt, & censetur argumento textus in l. semper in conuentionalibus 9. de regul. iuris. Idem Burlatus conf. 304. n. 31. Iaf. lib. 3. conf. 91. ex n. 6. vsque ad n. 11. Aymon Craueta vol. 6. conf. 639. n. 22. Neufan. conf. 68. n. 44. & quod prædicta verba Principis promittentis sub fide, verbo, & dignitate sua, ibi, pro nostra fee, y palabra Real, sint irreuocabilia; in terminis ultra prædictos probauit Mynfingerus centuria 1. obseruat. 17. n. 1. & 2. & accedente iurifurandi religione Imperatoria potestas, & maiestas ei subiicitur, vt quadam lege inuolabili. Bald. vol. 3. conf. 161. n. 4. Mandel. Albenis vol. 1. conf. 185. n. 26. vbi tradit contractum Principis iuramento firmatum non posse ab illo tolli, vel infirmari, etiam in vim legis, vel statuti, & procedit, etiam si iusta causa reuocationis interuenierit, quia excedit potestatem sæcularem iuramenti infirmatio, & ideo relaxatio iuramenti, quando facienda, per iudicem Ecclesiasticum fit, vt notarunt Iaf. in l. fin. n. 26. ff. qui satisdare cogantur. Ludou. Rom. conf. 437. n. 6. ad fin. Becius vol. 2. conf. 116. n. 3. 4. & 5. Beroius vol. 1. conf. 180. n. 11. Crau. vol. 5. conf. 963. n. 15. & 16. & iuramenti relaxationem esse solum priuatiuam iudicis Ecclesiastici, notarunt post Doctores in c. 1. de iureiurando, & in cap. fin. de foro competenti. Guido Papæ, Aufrelius, Gutierrez, Salcedo, Farinacius & alij plures, quos latè

In terminis tradit Bobadilla *lib. 2. Polit. c. 17. n. 5 2. in gloss. litt. C.* vbi multis probat tantam esse vim iuramenti, & ad iudicem Ecclesiasticum eius obseruantiam & relaxationem pertinere, & propter illud laicum fieri posse de foro Ecclesiastico, & ideo dubitat, an Princeps secularis possit legibus suis prohibere, ne in contractibus iuramentum adiiciatur in fraudem iurisdictionis Regiæ, & secularis, & omnino iudicis Ecclesiastici esse omne, quod pertinet ad vim, & dissolutionem iuramenti, constanter & sine dubio tenet idem Bobadilla *d. lib. 2. Polit. c. 18. num. 173.* & praxis apud nos sine dubio obseruat.

13 Tertiò, quia negari non potest hanc venditionem, vel concessionem officiorum pro pretio esse contractum onerosum. Bald. *in d. l. qui se patris. C. vnde liberi, Natta conf. 511. n. 9. & conf. 512. n. 15. Roland. vol. 3. conf. 13. n. 11. Surd. conf. 419. n. 53. Gozadinus conf. 14. ad fin. & conf. 62. n. 19. Tapia in l. fin. 2. p. c. 9. in princ. ff. de const. Princip. Felinus in c. qua in Ecclesiarum, n. 51. de constit.* Quia vbi interuenit pretium, intelligitur emptio, & venditio, & sic dicendus contractus, Bartol. *in l. 1. §. 1. ad finem. ff. de superficiebus*, vbi Alexander *in additionibus*, Romanus *conf. 25. n. 3. Natta conf. 673. n. 3. vol. 4.* & addenda quæ ego notauit *decif. Granatensi 12. n. 17. 18. 1. p.* pro explicatione, & conciliatione *l. naturaliter. §. & si quidem. ff. de prescriptis verbis, cum l. fin. ff. de condit. causa data*, & ideo, quælibet concessio obtenta pro pretio, vel vbi de eo mentio fit, transit in vim contractus. Lofredus ex Baldi autoritate *decif. 125. Iason vol. 1. conf. 105. vers. sexto. Abbas in c. notauit, de iudiciis. Anchar. inc. 1. n. 8. de constit. Ioan. Beroius decif. 38. n. 4.* ex quibus & aliis comprobatur Antonius Petra *de autoritate, & potestate Princ. c. 32. in 2. dub. n. 136. cum seqq.*

14 Præsertim si obseruantia subsequuta, maximè consuetudine, & præscriptione immemoriali, firmetur prædicta concessio, quia ita obseruatum, vt Princeps officia concessa non reuocet, diminuat, & alia non augeat; quia cum immemorialis habeat vim tituli validioris, & qui à Principe concedi potest, vel aperte excogitari, vt latissimè innumeris relatis D. Ioannes del Castillo *lib. 7. de tertiis, cap. 27. per totum*, & insinuat vulgaris *l. 3. §. ductus aqua, ff. de aqua quotid. & astin. ibi, iure constituti*, quasi non solum ex ea constitutum aliquid censetur, sed iure constituti loco habeatur; & operetur omnes effectus, qui possunt à iure produci, quasi priuilegium ex immemoriali producat cum omnibus clausulis, & qualitatibus necessariis ad eius validitatem, & robur, & denotat expressè lex nostra *8. tit. 15. lib. 4. Recop.* vbi loquens de præscriptione immemoriali, tradit eis verbis: *que sea auida en lugar de titulo bastante.* Et inuuant verba Zeph. *conf. 4. conf. 459. n. 1. & 2. ibi, quod hæc præscriptio, vel consuetudo dicitur habere vim legis, constitutionis, decreti, priuilegij, solemnitatis, vel expressi pacti, & præsumptiois iuris & de iure.* Et colligitur ex *c. super quibusdam, §. præterea, de verb. significat. l. 1. §. fin. ibi, vetustatem vim legis obtinere. l. lumina, in principio, ibi, vetustas, qua semper pro lege habetur. ff. de qua pluuia arcenda*, & comprobatur Bellonus *consil. 1. n. 5. & 6. & conf. 458. n. 86. vsque 71. & conf. 459. num. 7.* & tradit pactum legem dici inter paciscentes, etiam inter Deum & homines omnino obseruandam.

15 Et quia priuilegium tacitum, quod ex immemoriali causatur, potentius, & firmitus est, quàm expressum: nam istud potest à Principe reuocari, cum voluerit: at verò quod ex immemoriali procedit, non potest reuocari, iuxta Decium *in l. creditori, C. de pactis.* Aymon Crauetta *conf. 649. n. 9. & 10. vol. 4.* & præscriptionem immemorialem æquiparari veritati, pacto, titulo, & concessionem expressæ, sic perinde habetur, ac si titulu,

legitimus, & potentissimus produceretur. Et apparet videri Principem ex fortiori titulo, qui excogitari posset, concessibile. Sic sanè omnem, & quemcumque titulum includit, fortioremque, quam alium specificum, cum aduersus alium multa obiici possent, quæ contra titulum, quæ ex immemoriali inducitur, non admittuntur, vt latè probauit D. Castillo *tom. 7. de tertiis c. 3. n. 8. 10. & 14. c. 7. n. 13. c. 22. per tot. & c. 28. per tot. & n. 7.* & vt tradit Tusch. *Pract. lit. T. concl. 4. per totam*, & Franciscus Becius *conf. 180. n. 22.* Quemadmodum si aliquid in priuilegio Principis esset expressum, non dubitaretur de eo, ita etiam dicendum extante immemoriali. Et ideo, vt tradit Castillo *c. 25.* contra immemorialem non admittitur in integrum restitutio.

16 Quod etiam procedit, quamuis non fuerint actus negatiui, vel prohibitiui, ex quibus videatur incipere prohibitio, & causari immemorialis, si actus, ex quibus causetur, publici, & notorij fuerint Regis Magistratibus, & Ministris, vt de illis dubitari non possit, quia inde inducitur scientia, & patientia Principis irrevocabilis, vt aliud non requiratur, Antonius de Butrio *in c. cum tanto, n. 35. de consuetud.* Natta *vol. 2. conf. 406. n. 20.* D. Castillo *d. cap. 28. num. 4. vers. verè tamen*, & illud vulgare placitum Doctorum, vt in negatiuis, nisi à prohibitione, non causetur præscriptio, etiam per mille annos, quasi in facultatiuis, quia id procedit, & locum habere potest, quando in casu contra quæ opponitur præscriptio, potest aliquis vti suo iure absque aduersarij ministerio; quia tunc quidquid permiserit, videtur actus solum facultatiuis, & non potest incipere contra illum præscriptio: at verò cum necessarium est alterus ministerio vti, vt in electione officialis, si aliquis vteretur eo iure, quod spectat ad Principem, videlicet solum munere fungeretur; nec Princeps cum posset aliud eligere, non fecisset, tunc non debet censeri actus facultatiuis, sed quod respicit ius partis, & iudicium, & potest intendi, & locum habet, & incipere præscriptio, vt in reliquis aliis actionibus. Ita distinguunt Bald. *in rubrica n. 3. & 4. C. de conditione ex lege*, Romanus, Angelus, & Imola *in l. si finita. §. postea autem, ff. de damno infecto.* Aymon Crauetta *vol. 1. conf. 111. n. 23. vsque ad finem*, & mirabiliter, & in specie tradit Zephalus *conf. 176. n. 47. vsque ad 50. vol. 2.* statuens prædictum, vt in facultatiuis præscriptio non censetur, procedere in iuribus negatiuis, quibus potest vti is, cui competunt ex se ipso, absque ministerio aduersarij, vt in iure ædificandi in suo, vel si mihi competat ius coquendi panem adquemlibet furnum, vel vti molendino, tunc si per mille annos non vtar hoc iure, non propterea illud amittitur. *l. viam. ff. de via publica.* Et in casu procedunt, quæ in contrarium expendunt Doctores; secus si competat aliquod ius dependens à ministerio alterius, sine quo illo iure vti non possum, vt in fidelitate, qua dominus ex se ipso frui non potest, sed opus est facto communitatis, quæ iuret, & impleat contenta sub fidelitatis iuramento: ideo hæc non dicitur facultas, sed est ius, quod in iudicio deduci, ac peti potest, si non præsterit, ideo præscriptione rectè tollitur, & illa causatur, & Zephalus *n. 51.* subiungit hæc verba. *Quod illa est mera facultas, cui non præscribitur, qua competit affirmatiuè, & negatiuè ex voluntate eius, cui competit, vt Canonice facultas oprandi, & non oprandi, atque ita utroque modo sua facultate vtuntur, veluti declarat Felinus in cap. cum accessissent, n. 41. de constit.* Hactenus Zephalus. Ex quo cum Princeps venderet officium absque eo quod pactum intercederet, ne aliud crearet officium; sed tamen per tempus immemoriale non creabit, vel si pactum in venditione adiiceret, ne posset aliud vendere, quia non potest ex sua voluntate solum vti facultate nominandi alium officialem; qui

quia in primo casu non dependet solum ab ipso Principe facultas, sed illa ut debet cum ministerio alterius nominandi, & in secundo quando se obligavit nouum officium non creare, multo magis ex sola facultate Principis non dependet nominare, quia ad id non faciendum sibi legem imposuit, & obligavit, nullo modo ius facultatum respicit nominatio, ut prescriptione tollatur ex predictis.

17 Quartò id maiorem rationem habet quando consuetudo firmata interpretatione, & obseruantia subsecuta, ex qua Princeps non consuevit alia officia, quam vendita, & creata de nouo concedere, si damnum ex noua concessione iam venditis officiis sequeretur; quia videtur obtinens illa possidere, ut prædecessores possederunt, ut ex Baldo, Menochio, Deciano, Ponte, Fabio de Anna, Morosio, Crauetta, Surdo, Guterio, & aliis, extante obseruantia subsecuta, & consuetudine interpretatiua non esse necessarium tempus immemoriale, sed sufficere tempus breue decem, vel viginti annorum, probauit Dominus Capycius Galeota tom. 1. controu. 5. 1. per totam, maximè n. 41. agens de officiis, ut videatur concessa, ut prædecessores habuerunt, ex Bartolo, Mastrillo, Petto Gregorio, Isernia, Ioanne Andrea, Peregrino, & aliis tenuit idem Galeota contr. 5. 2. n. 3. 1. Et notanda verba Tiberij Dec. conf. 44. n. 17. vol. 2. vbi post Antonium de Butrio, & alios Doctores tradit ibi: *Quòd standum est interpretationi, quam tribuit consuetudo, licet postea appareat eam non esse bonam, quia talis obseruantia non dicitur noua consuetudo diuersa ab ipsamet lege, vel statutis, sed imò verè dicitur ipsum statutum loqui per consuetudinem sic interpretatum.* Et iterum ibi: *Quia licet verba statuti, vel instrumenti non seruiant, & licet consuetudo sola per se non stringeret, tamen statutum, & interpretatio per consuetudinem simul iuncta operabuntur, quòd in tali lege, vel statuto videatur expressus ille casus, quem consuetudo interpretatiua comprehendat.* Et addenda sunt l. si de interpretatione 37. cum l. seq. ff. de legibus, c. cum dilectus, de consuetudine, c. cum venissent, de inst. & de iure nostro Hispano l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. & quæ ibi notauit Azevedo n. 31. Cumanus conf. 162. n. 2. & 3. Crauetta vol. 5. conf. 942. n. 35. post Bartolum in l. neque lege 3. ff. de legibus. Salicetum in l. cum de suo. C. de legibus, & addenda quæ de obseruantia interpretatiua ego ex pluribus notauit, quoad electionem, & renouationem officialium, 2. p. decis. Granat. 2. n. 3. & dec. 41. n. 11. & 2. p. dec. 53. n. 22. vbi ex Castrensi, Panorm. Zephalo, Iosepho Ludouico, Menochio, Molina, Mieres, Burgos de Pace & aliis probauit obseruantiam interpretationem in dubiis operari, & licet in præfenti dubium non sit, Principem nõ posse nec velle contractus suos infirmari, & iuri tertio quæsito detrahere; tamen in terminis hanc sententiam ut non velit, nec possit Princeps augere officia, quando expressè se obligavit non augere, vel cum augmento, inferitur maximum damnum iam electis, plures & maioris authoritatis Doctores tenuerunt.

18 Denique quintò hoc in specie probarunt, ex nostris Tellus Ferdinandus in l. 26. & 29. Taurin. 10. vbi postquam tradiderat posse officia à Principe, quasi iurisdictionis origine vendi, & augeri, nec alij Decuriones habentes similia officia possent contradicere, ex Alberico per textum ibi in l. studentibus. C. de officio Præfetti, vbi tradit ex eis verbis: *Minuere autem non potest sine causa, propter præiudicium eius, qui tolleretur, secundum Iacobum Rebuffum, & Bartolum in l. comperimus. C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 1. 2.* Et iterum ibi: *licet respectu augmenti quando officia non sunt iurisdictionalia, sed tabellionatus, & similia, tunc fortè esset necessaria causa, cum propter eius augmentum diminuatur utilitas, & valor eius officij, & sic tollitur & diminuitur*
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I I.

substantia, & patrimonium subditi, quòd ratio, & iura vetant; & hoc est, quòd sensu Baldus d. conf. 327. vol. 1. n. 3. ibi: *Bene tamen concedo, quòd Imperator & Papa possunt creare & suppressere dignitates ibi, quia ius quæsitum alteri non potest suppressere. Item Princeps de perpetuo potest facere corruptibile, non tamen in præiudicium alterius, licet mundi sit dominus.* Et rursus idem Tellus tradit ibi: *Idem in his, qui perpetuo conduxerunt, & similibus, vnde eorum possessio debet esse inconcussa, & si tale augmentum fieret sine causa, possessio illius quæ habet officium, quòd prius emerit, concuitur, minuitur, & suppressitur illius substantia. Quid enim interest, quòd manu Regia pecunia, vel possessio alicuius rei subtrahatur sine causa à subdito, vel habente officium reddendi tot fructus secundum leges nostras, alteri ei addatur, propter quòd dimidijs fructus ei auferuntur, dimidijs etiam valor proprietatis eius consumitur, & in effectu auferitur possessori eius substantia. Ideo quando talia similia augentur, non solum causa hoc fit, sed & ulterius damnum sarciant possessori, cerio modo ex liberali munificencia Regis.*

Sed Auendañus de exequendis mandatis c. 10. n. 4. 19 dum ex Cassaneo, Alberic. Decio, Rebuffo, & aliis tradit ibi: *Non debet Rex antiqua officia augere extra antiquum numerum.* Et quando ex iusta causa, quæ concernit publicam vtilitatem, augerentur officia, cum Garcia, & aliis tradit Tho. Sanch. lib. 2. conf. moral. c. 1. d. 37. n. 3. damnum, quòd ex augmento prouenerit, refarciendum. Et idem ex Bardaxi probauit Sesse de inhibitionibus c. 1. §. 4. n. 6. & 7. vbi tradit actuarios augeri non posse, & in terminis Notariorum augeri non posse vltra numerum designatum, & si augerentur, consumendos, probauit D. Valenzuela Velasquez lib. 2. conf. 21. num. 51. & 52.

Sed etiam pluribus relatis, Baldo, Crauetta, Surdo, 20 Rolando, Mauro, Soto, & aliis probauit D. Petr. Nog. all. 5. n. 28. 29. & 30. dum tradit quando venditur officium à Rege cum certis salariis, & emolumentis, ut à Principe auferri non possunt, nec fieri ordinationes, ex quibus proueniat diminutio emolumentorum, ut ex multis Theologis refert Mastril. de Magistratib. lib. 1. c. 22. n. 33. Et si emolumenta diminuatur, Princeps debet interesse officiali soluere; quia exercitiu prouenit ex causa onerosa tempore quo fruebatur emolumentis taxatis, & moderatis, tradit idem Noguero l. n. 29.

Sed vltra Hispanos hanc sententiam tenuerunt plures Itali, quos refert Noguero n. 32. & supra relati Paulus de Castro in l. si eadem pecunia. ff. de officio Assessorum, Baldus, Alberic. in l. 1. ff. de officio Præfetti urbis, Surdus vol. 1. conf. 227. n. 3. & conf. 532. n. 11. Iacobus Gallus conf. 59. per totum, vbi tradit ita contra fiscum iudicatum, Hieronymus Maurus in additione ad all. 18. Antony de Mauro patris sui, idem tenet, & tradit, ita iudicatum in Camera fummaria contra fiscum, & de simili decisione testatur etiam Thoro in compendio decisionum, verb. an Princeps possit numerum Scribanorum augere in præiudicium eorum qui emerunt. Et similiter ita decisum refert Regens Salernitanus, quem refert Noguero l. d. all. 5. n. 32. & eandem opinionem tenuerunt Mastrillus lib. 1. de Magistratib. c. 22. n. 36. & 37. per textum in Auth. de Referendar. sacri Palatii, & aliis pluribus Riccius 5. p. Collectan. 2025. qui similes decisiones tradit, & comprobat Steph. Gratianus tom. 5. discept. c. 89. n. 13. 57. & 58. vbi tenet Pontificem non posse creare nouum officium in præiudicium alterius venditi, Crauetta conf. 95. vol. 1. D. Capycius Galeota lib. 2. controu. 5. 0. & 52. ex n. 20.

Et idem tenuerunt ex Doctoribus Gallis Cassaneus 22 in consuet. Burgund. rubr. 1. in princ. n. 104. Rebuff. in l. comperimus. C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 12. & alij, videndus Bobad. lib. 3. Pol. c. 8. n. 16. ut quando electio

à Principe fieret contra suam promissionem, posse suspendi admittere officialem, etsi Rex dicat in Titulo, habeatur pro admisso.

23 Ex quibus lector, quid in casu quando obuenerit, poterit decidere, quia facile est ex prædictis resolutionem admittere, ego interim animum non exprimo; quia plures hodie de hoc controuersia sub iudice pendent, & in re dubia nolim vel iuri Regali præiudicium inferre, aut partium, ne videatur blandiendo Principis potestatem damnum irrogare. Illud tamen monendum cenfeo, ut quævis officia publica vendi possint à Principe, ex supra traditis *num. 3. & 4.* tamen nunquam ego venditionem Principem consulerem, sed quanto possit excusandam, quia, ut dixit Azor. *lib. Moralium 3. c. 7.* turpe lucrum esse, cum talia officia venduntur, quia qui emerit officium, illius exercitium vendere debet, & si cum iustitia venditur, nihil boni in Republica esse potest, & citò eam perituram notarunt Aristoteles *lib. 2. Polit. c. 9.* Plato *lib. 8. de Repub.* Salustius in oratione ad Casarem de Republica ordinanda, & Alexander Seuerus, & alij iusti & prudentes Imperatores venalitatem officiorum abhorruerunt, ut tradit Lampridius in eius vita; & quamuis impudentissimus Nero, tamen illud optimum, & bonæ indolis de illo tradit Cornel. Tacitus *lib. 13. annal.* edixisse nihil venale, aut ambitiosum in regimine permissurum, & ex D. Thom. cum officium sub mercede venale admittitur, nihil nisi ad recuperandum, & rebusandum quod datum attenditur. Et ut tradit D. Greg. *lib. 7. ep. 110.* nulla venditis officiis de moribus sollicitudo, nulla de vitæ defensione, sed ille solum dignus, qui pretium suffecerit, æstimetur, ita eis relatis Soto, Caietano, Afflicto, Conrado, Petro Gregorio, Bobadilla, Azeuedo, & *l. fin. C. ad l. Iuliam repetund.* probauit latè Mastrillus *lib. 1. de Magistratibus c. 20. num. 27. vsque 47.* ut quamuis possit Princeps ex sua potestate vendere officia, nunquam tamen poterit Reipublicæ conuenire illorum venditio, nec aliquo modo admittendo in officiis iurisdictionibus, vel ut fiat à dominis inferioribus, nisi à Principe supremo. Et valde notanda sunt verba *l. 8. tit. 2. lib. 7. Recop.* vbi sapientissimi Reges, Ferdinandus, & Isabella constituerunt, nec munera Decurionum, in quibus minus damnosa venditio, apud nos vendi possint. Et addenda quæ de similibus venditionibus officiorum, ut licet fieri possint, non tamen expedit ea facere, quippe venduntur ut plurimum indignis, & homines inde prouocantur magis ad adquirendas pecunias, quam ad studia litterarum & probitatis, & qui hæc officia emunt, ut pretium recuperent, non administrant ea ut debent, sed multa iniuste extorquent, unde talis venditio pestis Reipublicæ censenda, & exercenda, ut ex Adriano, Medina, Turriano, & aliis probat Diana *Moralium 3. p. tract. 5. resol. 108. & 6. p. tract. 6. resol. 3.* vbi ex Ponte, Fragofo & aliis pluribus exemplis adductis hanc venditionem officiorum improbat in terminis iustitiæ & optimæ regendi rationis; & videndus Diuus Saluianus Episcopus Masiliensis, dum de venditione officiorum Hispaniæ *lib. 4. de Prouidentia*, tradit, ibi, *Hispania*, in quibus solum nomen Hispania relictum est, periit propter impuritatem Nobilium, propter improbitatem criminum, propter officiorum venditionem, propter præmiorum malam distributionem, & quia potestas que prohibere debebat, non prohibuit, in cuius enim potestate est prohibere, si non prohibet, ea iubet agere, que non prohibet adimplere. Et notanda sunt verba Caroli Scribanij de institutione Polit. Christian. *lib. 1. c. 27.* ibi: *Imitetur in hac re Alexandrum Seuerum Princeps, quem narrant ampla stipendia omnibus, quos in Concilio adlegisset, numerasse, vetuisseque, neque dona acciperent, neque concessa à Principe munia venderent,*

cum diceret eos, qui munia vendunt, ad operarum suarum venditionem necessario cogi, ne fraudi emptio esset. Emit aliquis munus aureorum millibus sedecim, quod ei annuè supra quingentos aureos non pendit. Quid faciet hic emptor? Ne emptiois pretium pereat, operas locat, & vendit, atque ita ex pretij magnitudine sua causarum stat iustitia pro pecunia magnitudinè metienda; exiguam numerabit, iustitiam referet exiguam; numerabit amplam? iustitiam referet amplam, ut mensura equi, bonique non ius, non ratio, sed pecunia sit. Nam quò aliò se vertat. Alenda vxor, libri, familia, & pro muneris dignitate, pro Regis, aut Principis magnitudine. E sociorum etiam more alenda, domestica interim res tenuis, parentum sape opes modica, vxoria modica, muneris annuus proventus modica omnia, tenuitatem, ac quasdam muneris maciem non incrassabit probitas, non virtus. Ab improbitate ergo, & doctis malis maiora speranda, adipanda nimirum. Ex his magis fortiter in tales Valens, Valentinianus, Iustinianus sanium, securi priores, virgis posterior, alij muneris abdicatione. Quis mihi nunc paries concedat? Vouere possum, sperare non ausim: num venditionem munerum permittere, non permittere operarum, durum, utrumque permittere improbum, neutrum probum, ita tamen ut Alexandri exemplo quoique in munere sunt diuite, pro muneris conditione stipendio Princeps remuneretur.

Postremò etiam, nunquam ego consulerem Principem, ut à fide data vel contractu aliquo modo defleat, quia cum nullum pretiosius Principis pignus, quam eius verbum, & fides, & non obseruando vilescit, ut nullus ex vassallis de Principe confidat; ideo ex plurium sententia Regalium alienationes, quæ possunt, & debent reuocari, non esse congruum, ut Princeps reuocet, sed abstineat à reuocatione, ut notatur in *l. perfecta donatio. C. de donation. quæ sub modo*, ut ex Baldo, Molina, Cabedo, Palacio, Rubeo, & aliis notauit Mastrillus de Magistratibus *lib. 1. cap. 18. num. 35.* & de barbaris tradit Iustinus, *Fides dictis, promissisque nulla, nisi quatenus expedit.* Et Liuij sunt notanda verba, ibi: *Fædus Regi cum Carthaginensibus erat grauius, sanctiusque, quam Barbaris, quibus ex fortuna pendet fides.* Et pluribus sacre Scripturæ locis, auctoritatibus, & exemplis comprobatur Magister Marquez in *Gubernatore Christiano lib. 2. c. 23. §. 2.* in quo multa refert in confirmationem, ut Principes quomodocumque fidem datam obseruent, & ex D. Thoma, Gabriele, Vasquez, & aliis probatur *dicto lib. 2. cap. 39. §. 2.* Principem, etsi censetur esse supra ius ciuile, non tamen censetur esse supra ius gentium, ex quo ad fidei datæ obseruantiam adstringitur. Et vltè videndus Carolus Scribanius de Politico Christiano *lib. 2. cap. 6. pag. 121.* mendacium Principi quantum dedecet, postea *pag. 128.* subiungit hæc verba. *Fidem etenim semel datam intactam, & sacrosanctam seruet, turpissimum superiori rescindere, fidem fallere, & indignum munere est, magis sceptro, qui sponsiones vilitate sua metitur, nec diutius illis inheret, quam priuata emolumenta deponunt, certè si omnium gentium sententia muliebri, & ignaui animi est promissa infringere, quid de superiore & Principe censendum, qui quod dignitate, & potentia Deo propinquior, hoc etiam promissionum constantia esse debet. De bonis mihi verba, aut quibus nulla improbitas permixta: nam & in impiis, & sceleratis rescindenda, non implenda fides est, ne quis duplici de crimine maculet, sceleratam sponsonem, sceleratiore opere signans. Hinc damnatus merito Herodes, qui stolidam inter mensas, & pocula promissionem fatuo iuramento firmatam: nouo in innocentis sanguine scelere funestauit, cum impuris oculorum scintillis Propheta caput saltrice puella merus & ferculum constabellatur. Hæc ille.*



ALLEGAT. CXX. & VLT.

De cessione retractus, quando procedat.

- 1 Emphyteusis debitori non licet vendere emphyteusim sine facultate & permisso domini directi.
l. fin. C. de iure emphyteutico.
l. 29. tit. 8. p. 5.
l. 69. tit. 18. p. 3.
- 2 Domino directo emphyteusis recte permittitur eam cuiuscumque vendere sine voluntate domini utrius.
Dominia apud duos insolidum esse non possunt.
l. si ut certò. §. si duobus vehiculum. ff. commo-
dati.
- 3 Licet cui plus, etiam licebit quod est minus.
c. cui licet, de reg. iur. lib. 6.
l. non debet. ff. de regul. iuris.
l. Marcellus, de donation.
Auth. multo magis. C. de sacros. Eccles.
Argumentum de toto ad totum valet, quod de
parte ad partem.
l. qua de tota, de rei vindicat.
- 4 Ususfructus personalis seruitus est, & à persona
non separatur, nec cedi potest.
l. si ususfructus. ff. de iure dotium.
§. 1. Instit. de usufruct.
l. usufructu. §. 1. ff. solut. matrim.
Cedi non possunt, quae à persona separabilia non
sunt.
l. si mulier. §. ex asse. ff. de iur. dotium.
Fructus, & commoditates ususfructus cedi possunt.
l. necessariò. §. ultimo. ff. de periculo & commo-
Decima ecclesiastica laico cedi non potest, ut ius
spirituale.
c. causam quae, de praescription.
c. prohibemus, de decimis.
Laico cedi potest commoditas fructuum decima-
rum quasi quid temporale.
c. 2. de locato.
Decime & tertia à Pontificibus concessa Regi-
bus Hispania, & aliis dominis laicis recte pro-
cedunt.
- 5 Tertiarius concessio quasi regalis patrimonij indi-
catur, ut in censu patrimonij cognoscatur.
l. 2. §. 25 tit. 1. lib. 9. Recopil.
- 6 Transmissibile quod est ad heredes, quando cessibile
indicatur.
l. 3. §. adquirere, de honor. possess.
l. si ex pluribus, de administr. tutor.
l. cum solim, §. si puella, de ritu nupt.
l. si stipulatus fuerim, in princ. ff. de verb. oblig.
Factum quasi cohaereat persona, cedi non potest.
l. fin. in princip. ff. de verb. obligat.
§. sed cum factum, Instit. de stipulat. seruatorum.
Ius quod ex facto producitur cedi potest.
l. si stipulatus fuerim. ff. de verbor. oblig.
l. 1. §. usufructuarius ff. de noni operis nunt.
l. in Prouinciali 3. §. si ergo ff. eodem.
Nunciatio operis conceditur fructuario nomine
domini.
Superficario nunciatio conceditur.
l. operis 6. ff. de noni oper. nuntiatione.
- 7 l. metum. §. sed licet. ff. quod metus causa.
Facultas expellendi alium à detentatione rei, vel
recuperanda possessionis, propria auctoritate ce-
di potest.
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars II.

- 8 Persona, quae committuntur, non delegantur.
l. 1. ff. de officio eius.
- 9 Vindicatio etiam, si ex dominio datur, cedi potest.
l. fin. ff. de rei vindicat.
l. 1. §. de illo. ff. ad SC. Trebell.
Restitutionis auxilium an possit cedi.
l. quod si minor. in fin. ff. de minoribus.
- 10 Doctores qui tenuerunt ius retractus cedi posse, &
consuetudines referunt quibus cessio admittitur.
- 11 l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure dotium.
Patrimonia antiqua interest Reipublica, apud eos,
qui habuerunt, retinere.
Lex antiqua Locrensi, ne quis patrimonium
alienare possit, nisi ex magna calamitate.
- 12 Opera officiales, quae respiciunt personam eius, cui
dantur, cedi non possunt.
l. si non sortem 23. §. libertus. ff. de condict. indeo-
biti.
l. pro herede. §. quid tamen. ff. de acquir. heredito.
l. opera in rerum ff. de oper. libertorum.
l. unica. §. ne autem. C. de caducis tollendis.
Sepeliendi ius in re pignoratata quod debitori conce-
ditur, non potest cedi.
l. 2. ad fin. de relig. & sumpt. funer.
- 13 Iura sepulchrorum extraneis cedi non possunt.
l. quia perinde. §. 1. ff. ad SC. Trebel.
l. vel quae. ff. de religiof. & sumpt.
l. ius sepulchri. C. eodem.
l. quadam 62. de acquir. rer. dom. & n. 24.
- 14 Actiones directae, vel affixae ossibus nostris, nec se-
parabiles, cedi non possunt.
Iura connexa personis, aut in privilegium concessa,
non sunt cessibilia.
l. si ex pluribus ff. de administr. tutor.
l. non solum. §. si puella, de ritu nuptiarum.
l. Cerdonem. ff. de operis libertorum.
Electio quae à lege, vel testatore alicui concessa, an
delegari valeat.
- 15 Declarandi facultas alicui concessa cedi non potest.
Clientela, vel iurisdictio non potest in alium trans-
ferri inuito vasallo, vel cliente.
c. 1. §. praeterea Ducatus, tit. de prohibita feud.
alienat.
- 16 Actio hypothecaria sine personali cedi non potest.
Retractus directi domini sine dominio cedi non
potest.
- 17 l. fin. C. de iur. emphyteutico.
Dictio ipse excludit cessionem.
l. sicut. §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solui-
tur.
l. unica. C. quibus muneribus excusantur ij, qui
post impletam, lib. 10.
Dictio ipse denotat personam ad oculum, restricta
ad eam, & exclusiua alterius.
- 18 l. 7. & l. 13. tit. 11. lib. 5. Recop. & n. 26.
- 19 Doctores qui tenuerunt ius retractus sanguinis di-
recti domini, aut similitum, cedi non posse, & re-
ferunt statuta quibus prohibetur.
Retractus directi domini ab illo separari non po-
test.
- 20 Ius retractus in Catalonia cedi potest.
Dotis privilegium ad alios non transit, praeter-
quam ad eos, quibus concessum.
l. 1. ff. de privilegio dotis.
- 21 l. sordidorum. C. de excusat. muner.
l. atatem. §. fin. de censibus.
l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidian. & asti-
ua, & n. 26.
- 22 Retractus sine directo dominio transferri non po-
test, quasi deficienti qualitate, per quam datur.
l. nemo

- l. nemo plus. ff. de regul. iur.*
- 23 *l. seruus si heredi. ff. de statu liberis.*
- 24 *Seruus adscriptitius vendi non potest sine pradio cui adscriptus.*
l. quemadmodum. C. de agricol. & censit. lib. 11.
l. in modicis. ff. de contrahend. empr.
- 25 *Retractum sine dominio cedi non posse plures tenuerunt.*
- 26 *l. 4. §. si sub conditione. de fideicommiss. liber.*
- 27 *Doctores, qui pro cessione retractus adducuntur, eam denegant in retractu emphyteusis.*
- 28 *Decisum in curia Regis Alphonsi Aragonia contra cessionem retractus.*
- 29 *l. fin. §. sed nec hac occasione. C. de iure deliberandi.*
- 30 *Cessibile non est quod ad heredes transmitti non potest.*
Et non omne quod ad heredes transit cedi poterit.
- 31 *Communem & veriorum opinionem, qua negat retractus cessionem tradit Claperius.*
- 32 *Retractus differentia plures.*
Retractus ex reservatione domini directi, vel communitate rei, vel superficie.
Retractus ex iure sanguinis.
- 33 *Retractus ex pacto de retrovendendo conuentionalis cedi potest.*
- 34 *Retractus ex directo dominio, vel sanguine respicit ius reale: at vero ille, qui ex conuentione, solum actionem personalem.*
- 36 *l. 1. ad fin. C. de metallariis, lib. 11.*
Cessio rei criminis in praiudicium fisci non admitenda.

An de iure communi Retractus sanguinis, vel ex directo dominio extraneo cedi possit? Pro explicatione l. 69. tit. 18. p. 3. & l. 29. tit. 8. partit. 5. & l. 7. & l. 13. tit. 11. & l. 1. tit. 15. lib. 5. Recop.

X *l. fin. C. de iure emphyteutico, prohibetur debitori emphyteusis vendere rem emphyteuticam sine permisso & facultate creditoris, qui vendidit, ut si velit pro eodem pretio, quod emptor vendiderit, rem sibi retinere ratione domini directi, non aliter venditio procedere valeat, cui rei aliqua adiciuntur qualitates, de quibus in eo textu, & probatur iure nostro l. 29. fin. tit. 8. p. 5. & formula scripturae, qua de hac re concipienda traditur l. 69. tit. 8. p. 3.*

2 Verum est contrario dominus emphyteusis, & creditor potest sine voluntate debitoris, qui emphyteusis debito subiacet, suam emphyteusim cuiuscumque vendere, & ius illius in alium transferre, ut sine controuersia de hoc nullus dubitauit, quia in re sua quilibet est moderator, & arbiter. *l. in re mandata. ff. mandati, & in terminis notauit Gregor. Lopez in l. 55. gloss. 2. q. 2. tit. 5. p. 5. eis verbis: Quid tamen si dominus directi domini vendat suum dominium, an habens utile dominium habeat ius retrahendi, per istam legem, videtur quod non, cum ista lex dicat communalmente des vno. Et utilis dominus non habet dominium communiter cum directo, sed subalternantur ista dominia, quia non potest idem dominium esse apud duos. l. ut certo. §. si duobus. ff. commodati. Sunt ergo diuersa dominia, ut notat Bartol. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquirend. possess. Ad decisionem huius questionis facit, quia si*

dominus directus vult dominium suum vendere, non tenetur emphyteutam requirere, an ipse velit habere equali pretio, sicut est contra emphyteuta tenetur. Poterit ergo dominus directus vendere, cui libuerit, ut decidit notabiliter Speculator tit. de locato. §. nunc aliqua, versic. 93. licet dicat, quod de consuetudine quorundam locorum ponitur in instrumento, ut si dominus voluerit ius suum vendere, possit emphyteuta praeter ceteris habere, etiam pro minori pretio decem vel viginti solidorum, sed hoc est conuentionis, non necessitatis, prout dicit Iason in suo retract. de iure emphyteutico, ubi refert, & sequitur dictum Speculatoris. Et hoc quasi absque vlla controuersia non fuit necessarium legibus nostris in specie istud decidere, ut liceret domino emphyteusis illam vendere sine voluntate, & consensu emphyteutae, quia inde ius ipsius emphyteuticarij nullo modo laeditur.

Sed tamen difficultas est, an dominus directi domini, etiam si illud in totum, & absolute vendere possit, eius tamen aliquos effectus separatim cedere valeat, ut ius retractus, quod ex directo dominio procedit, & fieri posse suadetur, quia cui licet quod est plus, debet etiam licere quod est minus. *l. non debet. ff. de reg. iur. Auth. multo magis. C. de sacros. Eccles. c. cui licet 53. de reg. iur. lib. 6. l. Marcellus. ff. de donationibus caus. mortis. Farinac. cons. 60. n. 109. lib. 1. Thomas de Thomasset. in floribus leg. regul. 85. Surd. cons. 288. n. 14. Ioan. Maria Nouar. quest. forens. lib. 1. q. 24. n. 6. & idem argumentum est de parte ad partem, quod de toto ad totum. l. qua de tota. ff. de rei vendicat. Euerard. in Topic. legalibus loco 80. Menoch. de presumptionibus lib. 3. q. 35. n. 27. Surd. cons. 435. n. 21. Cardinalis Tuschus lit. A. concl. 499. Flamin. de confident. q. 28. n. 106. Bertaz. clausula instruct. claus. 21. gloss. 19. n. 1. & idem Menochius cons. 72. n. 5. Vnde si certum est posse dominum directi domini in totum illud alienare, & in alium transferre, absque eo quod emphyteuta valeat impedire. Ita similiter in iure retractus dicendum, ut quasi appendix domini, & eius qualitas possit similiter ut dominium directum in alium transferri, praesertim, quia ex eo nullo modo laeditur emphyteuta, cum ipse dominus directus, vel alius tertius eius nomine ius retractus obtineat, vel consequatur.*

Rursus secundo, quia ususfructus, etiam si personalis censeatur, & inseparabilis a persona, ut cedi non possit. *l. si ususfructus. ff. de iur. dotium. §. 1. Instit. de ususfruct. l. ususfructu. §. 1. ff. soluto matrim. & quae a persona sunt inseparabilia, cessibilia non reputantur. l. si mulier. §. ex affe. ff. de iur. dot.* Tamen ususfructus commoditas, & illius fructus possunt ab usufructuario cedi. *l. necessario. §. ultimo. ff. de pericul. & commod. rei vendita. & ex Panormitano, Hostiensis, Fabriano del Monte, Bartolo, Romano, Baldo, Berrando, & aliis probauit Tiraquell. de retract. Lignagier. §. 26. gloss. 1. n. 46. & adducit exemplum: nam licet decima ecclesiastica laico cedi non possit, cum sit quid spirituale, c. causam que, de prescriptionibus, c. prohibemus, de decimis; potest tamen eidem cedi commoditas decimarum. c. 2. de locato, ex Speculatore & aliis confirmat. Et inde procedunt concessionem Apostolicam factam a Pontificibus, Regibus Hispaniae, & aliis Principibus saecularibus tertiarum fructuum, quae sunt pars decimarum, ut referantur ad commoditatem fructuum, non ad ius decimas percipiendi, & iuste fieri posse hanc concessionem tenuerunt D. Thomas 2. 2. q. 100. art. 4. gloss. in cap. peruenit, verb. laicabilis 1. q. 3. c. quoniam, verb. non licere 16. q. 1. Panormitanus in cap. ad haec, de decimis. Felinus in c. causam que, n. 4. de prescription. n. 69. Soto omnino videndus lib. 9. de iustitia, q. 4. art. 3. ex D. Couarr. Zuallos, Barbosa & pluribus D. Castell*

D. Castello de Tertiis c. 12. num. 21. & facit l. 1. tit. 5. lib. 1. Recop.

5 Et ideo, quia commoditatis fructuum decimarum capaces sunt laici, ideo, quia in Regali patrimonio sunt tertia incorporata, de illis cognoscitur in Senatu Regis Patrimonij Hispania, & tenuerunt in terminis, vt ex l. 2. §. 25. tit. 2. lib. 9. Recop. notauerunt Couarru. Azeuedo, Castillo, Gratianus, Rodoanus, & alij plures, ex quibus ego probaui in allegat. fiscal. 27. per totam.

6 Tertio, quia quod est transmissibile ad hæredes, cessibile est. l. 3. §. adquirere. ff. de bonor. possessionib. l. si ex pluribus, ff. de administr. tutor. l. non solum, §. si puella, ff. de ritu nuptiar. l. si stipulatus fuerim, in principio. ff. de verbor. obligat. cum Bartolo, Dino, Baldo, & Doctoribus in eis iuribus probauit Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. gloss. 1. n. 47. ex Angelo, Castrensi, & aliis idem Tiraquell. ibi gloss. 3. n. 29. & iuuat, quia licet factum quasi cohæreat personæ, cedi non possit. l. ultim. in princ. ff. de verbor. obligat. §. sed cum factum. Instit. de stipulation. seruorum. Tamen ius ex quo factum producit, cedi potest, vt declarat Bartolus in l. si stipulatus fuerim. ff. de verbor. obligat. Iason in l. 1. §. usufructuarius. ff. de noui oper. nunciat. Et facit lex in provincial. 3. §. si ergo. ff. eodem. nam quemadmodum usufructuario etiam nomine proprio non competat nunciatio noui operis: eam tamen facere poterit procuratorio nomine. Ita etiam conceditur superficiario in eo textu, & addenda, quæ notantur à Doctoribus in l. superficiario §. ff. de rei vindicat. Videndi Iason in §. aquæ si agat, n. 12. Instit. de actionib. Menoch. de arbitr. controu. 1. casu 31. Pinellus in l. 1. 3. p. n. 6. C. de bonis maternis. Morla in empor. tit. 6. in premissis n. 52. Donellus lib. 15. comment. c. 32. Euginarius Baro lib. 6. manual. tit. 18. Baconius lib. 2. declaratione 43. n. 23. Si igitur nunciatio operis, quæ in rem fit, l. operis 6. ff. de noui operis nunciat. ad alios præter dominos transfertur, & illis competit: ita etiam eius retractus poterit cedi, & in alterum transferri.

7 Quarto facit l. metum, §. sed licet. ff. quod metus causa, vbi traditur licere dare pecuniam alteri, vt me à violentia vindicet, & inde admissum, vt facultas, vel ius expellendi alium à detentatione, vel ius occupandæ, vel recuperandæ possessionis in alium transferri possit. Castrensis, Romanus, Imola, Alexander, Baldus, Aretinus, Barbatia, Decius, Guido Papæ, & alij, quos refert Tiraquellus d. §. 26. gloss. 1. n. 63. & 64. quia quod licitum est facere, licitum etiam est alteri mandare id fieri, vt tradit Baldus lib. 3. consil. vbi inquit, quando licitum est bannitum occidere, possum alteri mandare, vt occidat.

9 Tum etiam, quia ius vindictæ, quod alicui communi competit, rectè potest alteri cedi, & solum prohibetur, quando ius vindictæ ex privilegio competit, argument. l. 1. ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio, vbi causæ quæ ex privilegio speciali personæ competunt, non possunt delegari; secus verò, quæ à iure proueniunt. Ita voluit Felinus in c. que in Ecclesiis, col. 4. d. constit. Alexander in l. 1. §. usufructuarius. ff. de noui operis nunt. & in l. si cum dotem, §. transgrediamur, col. penult. ff. solut. matrimon. Baldus in l. per diuersas, q. 26. C. mandati. Romanus in d. §. usufructuarius, cum Angelo, Aretino, Claudio de Seifell. Saliceto, & aliis, quos refert Tiraquellus d. §. 26. gloss. 1. num. 69. 70. & 73. Igitur si ius nuntiandi potest per alium fieri, & ius vindictæ quod respicit propriam iniuriam, in alium cessione transferri, multo magis ius retractus cessibile censerit oportet.

10 Quinto, nam quælibet actio, vel ius, quod ex contractu competit, vt ex hoc retrahendi rem, vel reuo-

candi alienationem, potest, vt reliquæ actiones, cessione transferri, vt in pacto retrovenditionis, & iure retractus tenuerunt Paulus de Castro vol. 2. consil. 1. per totum. Alexander vol. 6. consil. 228. n. 4. Barbatia vol. 1. consil. 31. n. 19. & 20. Rubeus consil. 146. n. 3. Cassaneus consil. 11. n. 35. & quia omnis actio potest cedi, vt in tit. ff. de heredit. vel actione vendita, & potest etiam cedi rei vindicatio, quæ prætextu dominij, vt retractus conceditur. l. ultima. ff. eodem, & utilis actio cessa, vltèrius cedi potest. l. 1. §. de illo. ff. ad SC. Trebellian. & ex Baldo, Cassaneo, Parisio, Barbatia, Cyno, & aliis probauit Tiraquell. d. §. 26. gloss. 3. per totam, vbi num. 1. tradit neminem id negare præter Angelum, vt retractus conuenientialis cedi possit, sicut cessio procedit, vt illius ius in alterum trāsferatur, quamuis vt minori restitutio concessa, Petrus de Bellapertica in l. ad officium. C. commun. diuidun. & Enricus Boic. in cap. sanè, in fine, de privileg. ex l. quod si minor, in fin. & ibi Albericus & alij. ff. de minoribus, cum Baldo, & multis Tiraquell. vbi proximè, d. gloss. 3. n. 13.

11 Sexto. Hanc sententiam in terminis, vt possit cedi, & delegari ius retractus, tenuerunt, Paulus de Castro vol. 1. consil. 335. n. 1. & vol. 2. consil. 1. per totam, Henricus Boic. in c. 1. de privileg. Collectarius in c. posuit, n. 48. de locato. Rosenthal de feudis c. 9. memb. 2. concl. 92. num. 6. & 9. Franciscus de Claperius decis. 100. q. 1. n. 26. Roland. à Valle vol. 2. consil. 28. num. 35. & seqq. Boherius decis. 191. n. 1. Cassaneus in consuetudinibus Burgundia, rubric. 5. verb. ventes, ventes, §. 1. q. 5. n. 29. Aymon Crauetta consil. 191. n. 2. vsque ad n. 8. Azen. in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recop. n. 30. Et Andrea Siculo, Decio, & aliis probauit Fachinæus lib. 2. controuers. c. 11. cum Baldo, Alexandro, Barbatia, Parisio, Cagnolo, Antonio Rubeo, & aliis tenuit Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. gloss. 3. n. 1. cum seq. Et consuetudines Borbonienles, Aucnienles, Marchienles, Cenomanorum, & Andeganorum refert, quibus ius prælationis, seu retentionis emphyteutæ, vt alteri cedi possit, refert idem Tiraquell. d. §. 26. gloss. 1. n. 44. & gloss. 3. per totam, vbi quadraginta & septem argumenta pro hac parte expendit, & addendum ita in Dolano Senatu decisum apud Griuellum decis. 45. n. 5. cum sequentibus vbi pluribus probat.

12 Sed contraria sententia, vt retractus, vel retentio rei, quando competit iure sanguinis, vel ex retentione directi dominij, nullo modo possit cedi, probatur ex seqq. Primum l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure dot. vbi fideicommissarius alteri ius suum cedere non potest, antequam fideicommissum sibi restituatur, & quia emptor emphyteutis facultatem redimendi, vel retinendi concessit venditori, ob singularem forsan affectionem in rem, quam vendidit, quia vel maiorum suorum fuerit, vel ab eo adquisita, & ideo redimendi ius ad personam tantum venditoris videtur esse restrictum, & cessibile, vltra illam non censendum, & cum hæc qualitas sanguinis, vel affectionis transferri in alium non possit, vel dominium directum non transferatur, quando eius venditor retinet illud, inde cessio non admittenda, Ioannes Faber in §. ex contrario. Inst. de legat. Ioann. Igneus in repetit. l. dudum. col. 14. vers. his adde vnum articulum. C. de contrab. emptione. Et quia maximè interest antiqua patrimonia apud eos, qui habuerunt, retineri iure illorum, nec in alios transferri, & firmatur lege antiqua Locrensi, ne quis patrimonium alienare posset, nisi euidentem calamitatem superuenire ostendisset, vt ex eo antiquæ hereditates conseruarentur, vt tradit Aristoteles lib. 2. Polit. cap. 5. Et hanc rationem, vt retractus iure sanguinis concederetur, ex Baldo, Castrensi, Rosello, Igneo, Decio, & aliis, quos refert Tiraquellus

lus de retractu lignagier. §. 26. gloss. 1. numero 39. 40. & 41.

- 12 Secundum, etiam operæ officiales, quæ respiciunt personam eius cui præstantur, cedi non possunt, *l. si non sortem 26. §. libertus, versic. finali, & ibi Iafon de condition. indebiti. l. pro herede. §. quid tamen, ff. de adquir. heredit.* quia huiusmodi operæ adhærent personæ, *l. operæ in rerum. ff. de oper. libertor.* ideo nec delegari possunt. *l. unica, §. ne autem, C. de caduc. tollendis.* Baldus in *l. liberti. C. de operis libertorum.* Alexander in *dist. §. libertus, in ultimo notabili.* Et huc etiam respicit ius sepeliendi in rem pignoratam concessum à lege debitori, non potest alteri cedi. *l. 2. ad finem. ff. de religiosis & sumptib. funer.* quia, vt tradit Romanus *consil. 484.* incipit, *Hoc quod dicimus,* & ius à lege ex humanitate, vel æquitate alicui concessum in re alteri obnoxia ad ipsius commoditatem, & alterius incommodum cedi non potest, quod nostræ quæstioni rectè conuenit.
- 13 Et facit iura sepulchrorum extraneis cedi non posse, *l. quia pereinde, §. 1. ff. ad SC. Trebellian.* licet transeat ad hæredem extraneum. *l. vel qua, in princ. ibi. qualescumque sint. ff. de religiosis, & sumpt. funer. l. ius sepulchri. C. eodem. l. quedam 62. ff. de adquir. rerum dominio,* vbi monumentum cedi non potest, nec ad alium transferri sine vniuersitate, vt notarunt Bartol. in eodem textu, & in *l. pro herede, §. si quid tamen, ff. de adquir. heredit.* Ioan. Faber in *§. 1. ad fin. Institut. de adquisit. per adrogat.* Igitur quidquid respicit ius sanguinis, vel causam hæreditatis, vel vniuersitatis, si cessibile non est: ita similiter retractus, qui conceditur ex iure sanguinis, vel directo dominio, ab illo separari non debet, vt solum cessione ad alium transeat.
- 14 Tertium, omnes actiones directæ, velut affixæ ossibus nostris, nec separabiles, cedi non possunt, gloss. & Castrensis in *l. si Stricho. ff. de peculio. gloss. in l. 3. in princ. ff. pro socio, & in l. 1. & ibi DD. ff. de obligat. & action.* Speculator tit. de cessione actionum, vers. quod si habens directum. Afflictus *decis. 333. ad fin. cum Paulo de Castro, Iafone, Platea, & aliis probauit Tiraquell. dict. §. 26. gloss. 1. n. 58.* & quia iura annexa certis personis singulariter, & in priuilegium cedi non posse, tenuit Bartol. in *l. etiam. ff. de iureiur. per l. si ex pluribus. ff. de administr. tutor. l. non solum. §. si puella. ff. de ritu nuptiar.* & argument. *l. Cerdonem. ff. de operis libertorum;* quia ius merè personale, quia personam non egrediatur, cessione transferri non potest. Dinus in *cap. priuilegium personale, de regul. iur. lib. 6. & ibi Archidiaconus,* & addenda plura iura, quæ latissimè ego notauit, an electio alicui concessa censetur personalis, vt ad alium transire non possit, nec personam excedat illius, cui eligere conceditur, & cedi non valeat, in *1. parte decis. Granatens. 31. num. 1. vsque ad num. 10. & à num. 20. vsque ad 27.* vbi multa inuenies, quæ ad hoc mirè conducunt; quia in hac quæstione de illo quæritur, an electio, quæ concessa à lege, vel contractu domino directi dominij, vt possit ex contractu recuperare, quod vendidit, aut omittere possit cessione eius personam egredi, vel in alium transferri.
- 15 Quartum prædictis accedit, vt sicut facultas eligendi non debeat excedere personam illius, cui cessione cedi possit, vt ego latissimè notauit *dict. decis. 31. & in terminis nostris ex Bart. in l. si stipulatus fuerim. ff. de verbor. obligat.* Castrensi, Aretino, & aliis expendit Tiraquell. *dict. §. 26. gloss. 1. num. 76.* ita etiam ex eodem Tiraquello *num. 77.* facultas declarandi cedi non potest, nec à persona, cui concessa, auelli, gloss. in *l. idem Pomponius. §. ultimo. ff. de rei vindicat.* Bartol. & alij in *l. inter stipulantem, §. 1. de verbor. obligat.* & quemadmodum iurisdicctio, & clientela, quam

debet dominus vasallo, vel clienti illis inuitis, non potest cessione in alium transferri, ex *cap. 1. §. præterea ducatus, tit. de prohibita feudi alienatione per Fredericum,* & ex Cyno, Baldo, Iafone, Curtio iuniore, Ioanne Andrea, Guidone Papæ, & aliis pluribus probauit Tiraquell. *dict. §. 26. gloss. 1. num. 78.* ita ius retractus non poterit inuito debitore emphyteusis in alium cessione transferri.

16 Quemadmodum actio hypothecaria sine personali cedi non potest, cum sit eius accessoria, gloss. in *l. ultim. verb. pateat. C. de hereditate. vel actione vendita.* Baldus, Cynus, Albericus, Salicetus, Castrensis, Carolus Ruinus, Egidius Bellamera, & alij, quos refert Tiraquell. hoc ad nostram quæstionem expendens, vbi proximè *num. 74.* multo minus ius retractus poterit cedi absque eo quod dominium directum transeat, cui omnino adhæret retentio rei pro eodem pretio, & si dominus directus velit retractum transferre, non aliter facere poterit, quàm si omne dominium transferat, aliàs per se solus, & separatus retractus cessibilis non est.

17 Quintum, etiam ex ipsis legibus, quæ retractum concedunt, probari videtur: nam in *l. fin. C. de iur. emphyteutico,* traditur ibi, *Disponimus attestationem domino transmitti, & prædicare quantum pretium ab alio re vera accipi potest, & si quidem dominus hoc dare mauerit, & tantam præstare quantitatem, quantâ ipsam re vera emphyteuta ab alio accipere potest, ipsum dominum omninò hoc comparare.* Ex quo denotari videtur hoc solum vero domino permitti, non cessionario, qui dominus directus non sit: nam dictio *ipsum* respicit dominum verè existentem, vt in terminis nostris notauit Tiraquellus de retractu conuentionali *§. 1. gloss. 6. num. 25.* facit gloss. in *§. fuerat, verb. ipsa. Institut. de actionibus.* ibi, *vis facienda est in eo, quod dicit ipsa: nam alius non admittitur ad tale priuilegium.* Et comprobatur Baldus *volum. 5. consil. 304. n. 1.* Geminianus *consil. 108. num. 2.* & licet Franciscus Claperius validissimus assertor, contrariæ opinionis, vt supra retulimus, tamen eius doctrina suffragatur nostræ interpretationi *d. l. fin. in prædict. decis. 100. q. 1. num. 2.* vbi loquens in simili de statuto concedente prælatione debitoribus in pignore iam distracto, & mouens quæstionem, vtrum istud ius prælationis esset cessibile, concludit nullo modo alienari, aut in alium transferri posse, propter verbum *pars ipsa,* quo utebatur illud statutum. Nota ibi, *Quia pronomen ipse, est demonstratiuum, habetque præcisam, ac veluti personalem demonstrationem eius, cui adicitur, & significat personam verè existentem, ideoque cum persona stat permissio, non transit ad extraneum. l. sicut. ff. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur.* Et addendi Ancharam *lib. 2. q. 45. num. 4.* ex Ripa, Cephalo, Cagnolo, & aliis, vt illud pronomen *ipse* personalissimum sit, probauit Menochius *tom. 2. consil. 143. num. 25.* & facit textum in *l. unica,* & quod ibi notant omnes, *C. quibus muneribus excusentur ij, qui post impletam militiam, lib. 10.* & addenda, quæ de dictione *ipse,* vt demonstrat personam ad oculum sic personalissima, restrictiua ad personalitatem, & exclusiua alterius, cum Baldo, Romano, Zasio, Socino iuniore, Rolando, Cephalo, Grato, Gratiano, Natta, Seraphino, Chalda Pereira, Surdo, Tuscho, & aliis innumeris probauit Augustinus Barbosa *dict. 177. num. 2. 4. 5. 6. & 7.*

18 Rursus in terminis retractus sanguinis iure nostro hæc sententia probatur; ibi, si ille, qui fuerit proximior, noluerit retrahere rem ipsam, tunc etiam post nouem dies alter consanguineus non poterit retractu vti *l. 7. tit. 11. lib. 5. Recop. &* quod magis est, in retractu conuentionali valde notanda est *l. 13. eod. tit. 11. lib. 5.* expende

expende verba: *Quando concurrerent in facer la cosa vendida por el tanto, el pariente, mas propinquo con el Señor del directo dominio, o con el superficionario, o con el que tiene parte en ella, porque era comun; preferase en el dicho retracto el Señor del directo dominio, y el superficionario, y el que tiene parte en ella, al pariente mas propinquo.* Igitur si in retractu sanguinis proximior ille, cui competit, ita eius persona adherere videatur, ut alius proximior post tempus nouem dierum uti retractu non possit, quasi præoccupet proximior ex sua persona ius retrahendi, & in alium non transferatur, si omiserit proximior uti retractu in termino à legibus statuto, & aded retractus conuentionalis coheret dominio directo; quia ut eius appendix censetur, ideo in d.l. 13. dominus directus superficiarius, aut qui commune dominium habet, contanguineo in retractu præferatur, inde apparet personalissimum esse ius retractus, & dominio directo coherere, ita ut sine translatione, aut venditione domini; directi non possit ab illo separatus retractus cedi, aut delegari.

19 Denique lex d. hanc sententiam in terminis tenuerunt Ruinus lib. 1. conf. 72. & ex sententia Petri, & Cyni, idem tenuit Angelus in l. ad officium. C. communi diuidendo. Vbi tradidit non licere consanguineo, qui ius redimendi habet ex statuto, vel consuetudine illud alteri cedere, & innumeros pro hac sententia post Baldum, Angelum, Salicetum, Boherium, Paulum Parisium, Corrasium & alios refert Tiraquell. d. §. 26. gloss. 1. vbi n. 2. ex Philippo Decio consil. 222. mentionem facit statuti Lucani Turmonensis, Arberuensis, Borboniensium, Engolimorum sanctorum, Angeriarum, Altimarchiensium, & aliarum consuetudinum, & constitutionum, ex quibus consanguineus qui cesserit retractum, ab eius iure cadit. Et hanc eandem sententiam relatis contrariis opinionibus tenuit Guido Papæ decis. 411. n. 1. vbi resoluit ius retractus non esse cessibile, nec separabile à directo dominio, & ita semper decisum in Parlamento Delphinali; idem docuit Petrus Iacobus ad titulum de actione in rem pro emphyteosi, vers. Quid si directus dominus, columna 10. Cassaneus in consuet. Burgund. tit. de censibus, §. 1. verb. retenué, n. 1. fol. 1372. ibi *Istud ius retentionis est ius, quod habet dominus censualis, ut si res vendatur, possit eam retinere pro eodem pretio. Intellige tamen quod poterit eam retinere pro se, non pro alio, cui cedere vellet, quia hoc ius prelationis cedi non potest*, Ioan. Igneus in repet. l. dudum. C. de contrahend. empt. vbi expenditur verbum ipse dominus, quo vtitur l. vltima. C. de iure emphyteor. & addit ibi, quod si talis facultas fuerit cessa, non poterit cessionarius uti eiusmodi facultate, per textum notabilem in l. vnica. C. quibus muneribus excusentur hi qui post impletam milit. lib. 10. Nicol. Boherius ad consuetud. Bituricensis tit. de la retenué des choses vendues, §. 1. vers. & intellige, fol. 48. atque iterum sub tit. de retract. lignag. §. 3. vers. & idem est in domino, ut non possit ius prelationis alteri cedere. Canetius in Extrauagant. Volentes, §. sed an ius istud, n. 1. vsque ad 13. fol. 202. & 203. Vincent. de Franch. decis. 17. num. 7. Mastrillo consil. vnico, post primam partem suarum decisionum n. 30. vsque ad 32. Chaldas Pereyra conf. 30. num. 49. vsque ad 51. ex Petro Iacobo Aurelio, Alberico, Saliceto, Iafone, Baldo, Alexandro, Guidone Papæ, & aliis probauit Griuellus decis. Dolana 45. n. 5. etsi contra ab eo senatu decisum.

20 Et eandem sententiam, ut ius retractus d.l. fin. C. de iur. emphyteut. nullo modo possit cedi iure communi, adductis Guidone Papæ, Ranchino ad Cassaneum, Ludouico Peguera Solsona in lucerna laudemiorum, & Ioanne de Sacares probauit doctus Fontanella de patris nuptialib. 1. p. clausula 4. gloss. 12. num. 37. vbi ali-

ter tradit procedere ex constitutionibus, & consuetudine Cathalonæ, in qua dominus directi domini potest uti fatica, ita retractum appellant per se, vel per alios, ex Bartolo, & Guidone Papæ, idem tenuit D. Cardinalis Tuschus practicarum lit. C. concl. 212. n. 28. ibi, *Extende, quia ius preferendi in emptione rei emphyteutica, quod habet dominus, cedi non potest*, Bart. in l. 4. §. cum igitur in 1. q. C. de in diem adiection. Guid. Pap. dec. 411. Quod similiter amplectitur Caballinus milloquio 88. n. 1. & in nostris terminis ex Baldo, Cyno, Castrensi in l. 3. in fine. C. comm. diuidendo, Boherio, Parisio & Tiraquello probauit Petrus Gregorius lib. 26. Syntagm. iuris c. 18. per totum, vbi resoluit proximum hoc ius retractus alteri non posse cedere, & addit rationem: *Etenim propter affectionem in res maiorum, & ut conseruentur integra familia, privilegium hoc indultum est proximis, & perinde per cessionem extendi non debet ad extraneos.* Et iterum prosequitur, & tradit ibi, *Quemadmodum nec ius prelationis, quod competit dominis directis vendentibus, clientibus res emphyteuticas, vel censuales, non potest cedi extraneis, nec pro alio, quam pro ipsis ab illis retineri.* Et confirmat exemplo dotis, quia eius privilegium ad alios non transit ab illis, quibus nominatim datum. lib. 1. ff. de privileg. dor. & reprehendit Franciscum Mignonum, qui in consuetudinibus Andegauensibus tenuit hoc ius cedi posse, & ex Tiraquello de retractu lignagier. §. 26. gloss. 3. n. 45: tradit Petrus Gregor. d. cap. 18. n. 1. pro nostra opinione iudicatum fuisse Parisiis, & valde notanda sunt verba eiusdem Tiraquelli d. num. 45. vbi postquam in præcedentibus numeris neruose defenderit, & fundauerit opinionem, quando non ex iure sanguinis, aut dominio directo emphyteusis competat retractus, sed ex conuentione inter contrahentes, tunc sine dubio cedi possit, tradit, ibi: *Verum audio contrarium à sanctissimo nostro Senatu Parisiensi fuisse iudicatum, id quidem sanctissime & optimo iure, quia si aliter dicerem, esset semper in facultate contrahentium fraudare consanguineos iure retractus, id scilicet pactum retrahendi apponendo in contractu, & postea altero amico emptoris id ius donando, ideoque & facillime nostra constitutio retractus eludi posset, contra l. vltim. §. vbi autem. C. de bonis, que liberis, & c. commissa, de electione lib. 6. cum similib. Nec vero simile est statuentes id intellexisse, inò verò si interrogati fuissent, id quod diximus statuturos fuisse, ideo pro statuto habendum esse, ex sententia glossæ, & c. vbi ita explicat Tiraquell. Gallie constitutionem, verb. Du conuentional, ex qua admittit ius retractus ex conuentione proueniens posse cessione in alium transferri.*

Facit etiam pro eadem nostra opinione doctrina Baldi in l. si seruus, lectura finali, n. 1. ff. ad legem Aquilianam, ut concessio facta respectiue ad præminentiam domini, non potest transferri ad eum, qui dominus directus non fuerit: nam deficit essenziale subiectum huius prærogatiue. l. sordidorum. C. de excusationibus munerum lib. 12. Canetius in Extrauag. Volentes, §. sed an ius istud, vbi huic rei consentit, & Signorolus consil. 81. num. 7. eis verbis. *Cum ergo in persona cessionarij deficeret illa causa, debet deficere effectus illius beneficij luitionis. l. atatem. §. fin. ff. de censibus. l. 1. §. permittitur, de aqua quotidiana & aestiua.*

Vlteriùs Mastrillus in consilio vnico post partem suarum decisionum tradit n. 30. vsque n. 32. ibi: *Nulla lege cauetur, quod alius, quam directus dominus ad ius prelationis, quando utilis dominus rem vendit, eamque ob causam, qui dominio directo caret, huiusmodi prelationem obtinere nequit, tanquam destitutus primordiali qualitate, & fundamento recognitionis præstanda ab inferiori domino, vnde cessionarius simplicis retractus,*

ut aduersarius noster, beneficio pralationis non utitur. Et videndus Afflictis in tractatu de iure Protomiseos. §. 12. intra triginta dies, num. 52. ibi: Quia ius congrui potest cedi cum re ipsa, & consequenter transmittitur ad heredem cum ipsa re, sed iure congrui separato à re, quis non potest heres institui, & sic non intelligitur ista materia. & aptissime notauit Baldus in eodem tractatu Protomiseos num. 5. vbi vt traderet retractum ex communiione, vel vicinitate, non esse cessibile sine ipsis bonis, in quibus fundamentum vicinitatis, vel communiionis consistit, tradit eis verbis: Quoniam ex coniunctione ipsa acquiritur & nascitur tale ius, unde volens tale ius, quod quis habet, alteri cedere, vel donare, oportet quod faceret cum coniungi, sicut ipse est: nam sicut ipse sine predicta coniunctione nullum ius haberet, sic & alius; quoniam sine ipsa re coniuncta tale ius nasci non posset, seu transferri, quia nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habet. l. nemo. ff. de reg. iur. & sic contractum facere non posset nisi traderet rem, quam coniunctam habet fundo vendito, qua non tradita illud ius remanet apud eum, ac per consequens cessio est inutilis.

23 Deinde cum qualitas hæc directi dominiij sit natia originali, & comitantia (vt sic loquar) huius prælationis, sine illa cessio procedere non potest, argumento textus singularis in l. seruus, §. heredi. ff. de stat. liberis, vbi cum seruo relicta esset libertas, si decem aureos heredi dederit, & dominus seruum vendiderit, & postea relicta heredibus decesserit, in quæstione, an statu liber debeat decem dare heredibus, aut domino eius emptori, tradit Iurifconsultus decem emptori danda, quia, respectu dominiij serui heredem in conditione comprehensum, & cum dominium non habeat, quia vendidit, non illi, sed emptori domino serui decem præstanda, & nota verba nobis aptissima ad ea, quæ notauimus ibi: Quæ causa facit ambulatoriam, vt ita dixerim, conditionem, due sunt enim cause per quas in primi heredis persona conditio impletur dominiij ratio, item personæ demonstratio prior causa transit in omnem successorem, ad quem peruenit statuliber per dominiij translati continuationem sequens personæ dumtaxat eius, qui demonstratus est heredi. Ex quo cum directi dominiij ratio ad ius prælationis & retractum consideretur, non potest cessio procedere absque eo quod simul dominium respiciat, & separatus ab eo retractus cedi non valebit.

24 Inuat doctrina Castrensis, etsi pro contraria parte adducti in l. apud antiquos. num. 8. C. de furtis. vbi adducit similitudinem serui adscriptij, qui non potest vendi sine prædio dominante. l. quemadmodum. C. de agricolis & censuris lib. 11. nec locus sacer de per se, sed cum vniuersitate fundi. l. in modicis. ff. de contrahend. emptione. l. quadam. ff. de acquirendo rerum dom. Et idem tradit Tiraquellus de retractu lignagier. §. 26. gloss. 1. num. 39. vbi loquitur de vicino & consorte, & postea hoc ipsum extendit ad contractum emphyteuticum, num. 43. ibi: Et id quidem, quia ista qualitas dominiij cessat in extraneo, nisi totum ius emphyteusis cederet, vt diximus supra in vicino; quod etiam admittunt ex nostris Chaldas Pereira consil. 30. n. 51. & Aduendañ. de censibus c. 87. n. 4. vbi postquam cum hac distinctione intelligendos Castrensem & Collectarium, qui contra tenuerunt cessionarium posse vt iure prælationis, tradidit hæc verba: Si vero cessio fiat, non totius iuris, sed retentionis, vel prælationis tantum, & dominus in se reseruauerit directum dominium, non competeret cessionario ius retractus, atque ita intelligendi sunt plures maximi nominis viri, dicentes dominos feudi, vel emphyteosis, non posse cedere ius prælationis, seu retentionis, quod habet in re feudali, siue emphyteutica.

Sed in terminis nostri casus, vt ius prælationis in fructibus fundi emphyteutici, quod domino datur ratione directi dominiij, non possit ad alium cessione transferri, quia est priuilegium personale, & quod magis, procedit ex æqualitate, quam iuris rigore, cum Cyno, Baldo, Alberico, Saliceto, Signorolo, Castrensi, Alexandro, Afflicto, Barbatia, Bologneto, Igneo, Iacobo Bruno, Marino, Freccia, Rebuffo, & Romano, qui in specie tenuerunt, & aliis relatis probauit Surdus 2. p. cons. 205. num. 20. vsque ad 24. Et hanc eandem sententiam ex Montaluo, Antonio Gomezio, Ioanne Fabro, Platea, & innumeris probauit Matienzo in l. 7. gloss. 2. n. 23. cum sequentibus, vsque ad fin. tit. 11. lib. 5. Recop. & solum limitat n. 27. ex retractu, qui non procedit ex reseruatione dominiij directi, sed solum ex conuentione, quasi quando procedit ex iure sanguinis, vel reseruatione dominiij, tunc nullo modo cedi possit, & circa id videnda plura, quæ præter supra adductos notarunt Galbanus consil. 10. Chaldas Pereira de iure emphyteutico lib. 4. c. 16. Camillus Borrellus in tom. summa decif. tit. 35.

Præterea, quia cum ex legibus hoc ius tribuatur domino dicto emphyteusis, vt constat d. l. fin. C. de iure emphyteutico, quam supra num. 17. ita explicatam relinquimus, & ex nostris legibus Regni lib. 7. tit. 11. lib. 5. Recop. de qua supra num. 18. & ultra expendenda sunt verba d. l. 7. ad finem, eis verbis: y iure que la quiere parasi, y que no lo haze por otro engano, quasi personallimum censeatur retrahendi ius, unde cum id habeat relationem ad ius sanguinis, vel ad directum dominium l. 13. tit. 11. lib. 5. Recop. ideo omnino excludendus cessionarius, in quo prædictæ qualitates non existunt, vel dominium directum non translatum. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidian. & æstina, vbi ius aquæ ducendæ quod fuerat concessum personæ respectu prædiorum, non ad quemlibet heredem porrigitur, sed solum ad illum, ad quem illius prædij dominium transierit, quia ille solus habet ius impetrandi tale priuilegium. l. 4. §. si sub conditione. ff. de fideicommiss. libert. eis verbis: Et magis est, vt ei dari debeat, cui bona adiecta sunt, quasi translata conditio videatur. & addenda glossa singularis in cap. bone memorie 2. verb. pallium, de postulatione Pralatorum. Decius vol. 1. consil. 78. n. 3. & 4. Franciscus Becius consil. 28. num. 53. Aymon Crauetta vol. 6. cons. 984. n. 54.

Postremò hæc sententia confirmatur ex ipsis Doctoribus, qui pro contraria adducti, unde simul eis, quæ in oppositum expensæ, poterit responderi, quippe Paulus de Castro, qui Achilles oppositæ opinionis vol. 1. consil. 335. num. 5. & vol. 2. consil. 1. nihil contra hanc sententiam tenuit, imò illam apertè probat, quia solum loquitur in iure prælationis, & retractus, quod prouenit ex pacto de retrouendendo, quia tunc quasi quælibet actio personalis cedi potest: at verò in casu nostræ quæstionis in retractu iure sanguinis, vel ex directo dominio emphyteusis. Idem Castrensis expressè contrarium tradit num. 1. ad finem, eis verbis: Nam queritur, vtrum talis proximior possit tale ius, quod cepit, tibi competere, vendere, vel cedere alicui extraneo, si forte ipse non habet pecunias pro re emenda, & determinat ipsi quod non. Et ex Baldo, & aliis comprobatur, & quamuis in simplici pacto de retrouendendo admittat cessionem, tamen id procedere, & limitandum tradit, quando cessio fieret creditori, d. consil. 1. ibi: Et istam partem teneo, scilicet quod dicta cessio valuerit potissime, quia facta creditori, & sic videtur facta ex causa necessaria, posito etiam quod esset facta alteri, quam creditori, non valeret. Igitur ultra quam non procedit opinio Castrensis in nostro casu, sed in longè diuerso, de quo statim dicemus, quando prælatio, &

retractus competit ex pacto de retrovendendo, quod valde differt à retractu sanguinis, vel dominij directi, & similia, vt statim dicemus. Sed & idem Castrensis d. consil. 335. nihil contra facit, quia nihil de hoc casu, sed in diuerso omnino loquitur, vt ibi apparet.

28 Sed etiam Collectarius in c. potuit, de locato, nihil contra statuit, & solum concludit dominum directum posse habere prælationem nomine suo domus, aut prædij, & postquam vsus fuit retractu, poterit ipsam rem, quam retraxit, in alium transferre; non verò disputat an possit ante retractum eius actio cedi, & ea vti, & ipso retractu cessione eius, quod pertinet ad nostram disputationem, de qua nō loquitur Collectarius & Rosenthal, qui in contrarium expenditur de feudis c. 9. membro 1. concl. 92. n. 6. & 9. Potius pro hac sententia, vt cedi retractus non possit, facere videtur: nam quamuis in eis numeris cessionem admitteret, id ex arbitrio suo sine iure, vel auctoritate tradit, solum ex mente, & voluntate conficto fundamento, videlicet, quia ratio principalis, cuius intuitu dominus feudalis præfertur extraneo emptori, non est consolidatio vtilis dominij cum directo, sed vt dominus pro arbitrio suo, re iam retracta vti possit, vt propter liberalitatem suam hanc habeat etiam spem reuersionis, & tanto citius feuda à domino concedantur. Sed id solum ex arbitrio tradit Rosenthalius, nec de illo aliquod fundamentum adducit, imò postea ad casum, de quo quærimus, transit, & tunc solum tradit valere cessionem retractus, quando dominus directi dominij non solum vendit retractum, sed etiam dominium, vel ius feudale, & in additione litt. G. in terminis emphyteusis, vel casus, resoluit non posse cedi priuilegium retractus, & adducit auctoritatem Antonij Cannetij in Extrana. Volentes. §. sed an istud, n. 4. & 5. qui tradit ita in Curia Regis Alphonsi Aragonia indicatum fuisse.

29 Similiter Franciscus Claperius decis. 100. q. 1. n. 28. pro ea sententia, vt cessio retractus denegetur, retorquendus, quia licet distinguat inter iura dominij præminentia, vt hæc transferri non valeant, nec discedere à dominio, tamen ea quæ sunt commoditatis, velut retractus, & ius prælationis, possunt in alium transferri, vt vsusfructus quasi seruitus personalis cedi non potest; tamen eius commoditates sunt cessibiles. Sed circa hanc distinctionem animaduertendū, quia siue prælatio consideretur in domino directo ante factam venditionem, vel post illam perfectam, nunquam debet censi simplex commoditas, sed præminentia superioris dominij directi, & ab eo non separabilis, vt notauit Guido Pap. decis. 411. n. 1. ibi: Dominus directus potest rem emphyteuticariam, quando alienatur, retinere; sed hoc est verum, si velit eam retinere nomine suo: nam si velit nomine alterius eam retinere, non possit. l. fin. §. sed nec hac occasione. C. de iure deliberandi, Auth. vt de catero non fiant commutationes, circa medium, collat. 5. & Additionator Stephanus Ranchinus in annot. vlt. d. decis. tradit, ibi: Ius prælationis, quod habet dominus in re censuali, que venditur, vt eam possit retinere pro eodem pretio, per l. fin. C. de iure emphyteutico, ipse dominus habet illud ius in suam utilitatem, vt eam rem possit pro sua causa retinere. Neque in alterius gratiam poterit illud ius cedere, cum sit personale & affixum ossibus ipsius directi dominij, imò quod magis est, si dominus ille directus ius istud prælationis alteri vendiderit, talis emptor non poterit eam rem censualem ab emphyteuta venditam retinere iure directi dominij, cum tale ius prælationis sit quoddam ius personale, quod soli domino directo competit.

30 Pro quo etiam expendendus Antonius Cannetius ubi supra n. 6. & 7. & nota verba: non enim ius redimendi, quod competit ex hac lege, alia ratione competit

respectu persone: ideoque non potest transire ad quamlibet personam, in qua non transit eadem qualitas, quia illud quod non est transmissibile ad quemlibet extraneum, non est cessibile. l. ex pluribus, de administrat. tutorum. Quia licet negatiue procedat hoc argumentum, non verò è conuerio, vt omne quod est transmissibile ad hæredes, continuò sit cessibile, vt cum Alexandro, Iafone, Decio, Bertrando, Ruino, & aliis reprehendens eos, qui contra tenuerunt, tradit Tiraq. d. §. 26. gloss. 1. num. 48. videlicet retractus ad hæredem transeat, non ideo erit cessibilis. Et iterum addit n. 9. vsque ad n. 12. ibi: Pro qua opinione facit ratio Baldi in rubrica. C. de nouo Codice componendo, col. fin. dicentis, quod illud quod conceditur alicui vigore alicuius præminentia, non potest in alium transferri: quis enim negabit hoc ius redimendi domino concessum fuisse ob præminentiam directi dominij, ideo non posse cedi, unde videtur, quod ista opinio est vera & tenenda, quinimo communis, à qua non est in iudicando recedendum. Et postea respondet Collectario, & quia ille opponebat de praxi, & stylo Tribunalium, quo cessio admittebatur. Et iterum tradit n. 12. ibi: Nec obstat quod ita obseruatur, quia de ista obseruantia non constat, quinimo contrarium fuit decisum in Curia Regis Alphonsi, & sic seruata opinio que videtur vera, &c.

Vnde cum appareat hoc ius prælationis non censi commoditatem rei, sed qualitatem dominij directi, videtur ex sententia eiusdem Claperij non posse procedere cessionem, sed & ille apertius denotat in d. decis. 100. q. 1. n. 18. dum tradit quod ab illo admissum cessionem retractus procedere iuxta consuetudinem suæ Prouinciæ, ex qua fieri potest, cum consuetudo possit contractum de nouo inducere, & stipulationem de iure inutilem efficacem reddere. l. 1. princ. C. de rei uxoria actione. Nota verba Claperij ibi: Et si cui forsitan duo priora responsa non plenè satisfaciant, accipiat tertium, vt dicamus tria argumenta contraria procedere de iure communi, quo iure secundum communem, & magis approbatam sententiam ius prælationis cedi non potest, vt superius probatum est: questio autem nostra procedit secundum consuetudinem huius Prouinciæ, & statutum, quo ius prælationis domini est vendibile, cessibile, & à persona domini separabile. Et idem Claperius, n. 18. de sententia, quæ non admittit cessionem, tradit hanc partem veriore esse, & melius fundatam, atque approbatam à peritis. Et rursus iterum ibi n. 31. subiungit, ibi: Quo ius prælationis dominicum secundum communem scribentium opinionem non est cessibile, nec separabile à persona domini, & re dominante; sed nos loquimur inspecta consuetudine nostra, ac statuto quibus ius prælationis domini, cum sit apud nos cessibile, alienabile, ac vendibile cuiuscumque. Igitur ex eisdem, qui contrariam tenuerunt, hæc sententia confirmatur.

Sed vt omnino res ista manet explicata, distinguendum est de differentia specierum prælationis, & retractus. Quia prima est, quando procedit ex reservatione dominij directi, vel ex communi rei proprietate, aut quia in illa quis superficiem habet, quo casu ex qualitate retentionis dominij directi, aut rei communi, vel iure superficiei retractus, qui conceditur hac de causa ex Doctoribus supra relatis, non erit cessibilis, propter rationem, quam expendit Ioannes Igneus in repetitione l. dudum, n. 52. vsque 59. C. de contrahend. empt. & Chaldas Pereira conf. 30. num. 49. affirmans, nota verba: Quod talis cessio existit apud cessionarium sine effectu, sine robore, sine succo, sine vita, sine spiritu: quoniam qualitas à lege requisita ubi cessat, etiam in casu particulari, cessat quoque legis dispositio. l. 4. §. toties, ff. de damno infecto, c. indemnitatibus, §. penult. de elect. lib. 6.

33 Altera verò species prælationis, seu retractus præcedere potest, quâdo ex sola partium conventionione inducitur absque eo quod aliqua lege specialiter indicatur, vt in *d. l. fin. C. de iur. emphyteut.* vel lege nostra *29. tit. 8. part. 5.* & aliis de iure Hispano, de quibus supra *num. 1. & 18.* ex iure sanguinis, vel dominio directo emphyteusis, sed solum contrahentes paciscantur, vt etiam si dominium directum non reseruetur, tamen pactum fieret, vt intra certum tempus res vendita non vendatur. Et quamuis non fieret pactum de retrouendendo; conuentio tamen in venditione facta, vt quâdumque emptor vellet alteri rem vendere, tunc primus venditor in illa præferendus esset, si illam vellet, quo casu non ex iure dominij directi consideratur retractus, sed quædam prælatio ex conventionione, & cum illius ius solum respiciat actionem personalem, vt reliquæ actiones personales cedi possunt, ita hoc ius, & in his terminis loquuntur Castrensis *vol. 2. consil. 1.* Alexander *vol. 6. consil. 228. n. 4.* Barbaria *vol. 1. consil. 51. n. 19. & 20.* Cassaneus *consil. 111. n. 15.* Rubeus *consil. 146. n. 3.* & plures alij, quos refert Tiraquellus *de retractu conuent. §. 26. gloss. 3. n. 1. & per totam.* Rolandus à Valle *vol. 1. consil. 28.* Crauetta *consil. 191. n. 2. vsque 8.* Fachinæus *lib. 2. controuersiar. cap. 11.* Azeuedo *in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopilat. num. 30. vers. secundo limita,* vbi postquam cum Mancino & aliis expressè tenuit retractum ex directo dominio, vel iure sanguinis, non esse cessibilem, limitat quando solum procedit ex conventionione; & ita distinguit Hermosilla nouiter *1. part. resolutionum, ad Partitas in additione glossæ 2. & 3. l. 42. tit. 5. partita 5. n. 3. & 4.* Sed etiam in hac specie conventionalis retractus cessionem nec dum admittent-

dam tradit additio Parisiensis ad Rosenthalium *de feudis tom. 1. cap. 9. memb. 9. concl. 92.*

34 Et huius rei differentia ratio in eo consistit, quia quando solum ex conventionione prælatio inducitur, non est aliquod ius reale, vt ex directo dominio emphyteusis, aut communitate rei, vel superficie, sed solum quædam actio personalis quæ ex sua natura cessibilis, & ita hanc differentiam expressè distinguentes prædictos casus tenuerunt Tuschus *practicar. lirt. C. conclusione 212. n. 28. & 29.* Guid. Pap. *dist. decis. 411.* Cabalinus *milleloquio 88. n. 1.* Petr. Gregor. *lib. 26. Syntagm. iur. c. 18.* & hanc differentiam, vt cedi non possit retractus sanguinis & emphyteuticus, licet conventionalis cedi possit, notauit Parladorius *sesquicenturia differentia 109. n. 3. & 4.* Hermosilla *vbi proximè.*

35 Denique in hac controuersia meum sensum non ex primo, quia sub iudice quæstio, & cum Senator sim, solum relinquo lectori, vt iudicium ex prædictis Doctoribus & rationibus quid statuendum eligat; in causa verò fisci, cum prælationem habeat ius fiscale, si colonus fisci vendere velit fructus, quo casu fiscus in eis præferendus, vt notatur ex textu, in *l. 1. ad finem. C. de metallariis, & metallis, lib. 11.* ex qua id deducunt Bartolus, Ioannes Platea, Lucas de Peña, & Rebuffus, vt tradit Surdus *consil. 205. num. 1.* & quoties se obtulerit casus decidendus, & illud certius credo, etiam si ex conventionione prælatio inducatur, & illa competat ei qui reus fuerit criminis, etiam si possit cedere prælationem & retractum; si tamen ex hoc damnum fisco inferatur, nullo modo nescio admittenda in præiudicium fisci, ex eis, quæ latè ego notavi in decisionibus Granatenf. *2. p. decis. 55. per tot.*

F J N 7 S.



INDEX



INDEX

Rerum & Verborum, quæ his duabus Partibus Allegationum Fiscalium continentur.

Prior numerus partem; Alter paginam; Tertius eiusdem paginae sectiones margini adscriptas designat.

A

Abbas.



ABBAS potest præcipere Religiosis cum vitæ periculo, quod pertinet ad bonum religionis. 2.181.22
Potest præcipere subditis & Religiosis, vt tempore pestis infirmis ministrent, etiam cum vitæ periculo. ibid.

Ablatiuus absolutus.

Ablatiuus absolutus inducit necessitatem. 1.184.41
Inducit conditionem. 1.251.23

Absentia.

Absentiæ impedimentum extenditur ad ægritudinem, & quodcumque impedimentum. 1.264.64

Absurdum.

Absurdum vitandum. 1.189.25
Absurdi vitandi argumentum validum. 1.27.10

Accessio.

Vide *Argumentum.*

Accessorium.

Accessoria corruunt cum principali. 1.156.39
Accessorium non venit cum principali in translatione iuris de vno ad alium, quando accessorium diuidi potest à principali. 2.17.32
Accessoria, vel connexa non dicuntur quæ ex diuersis causis proueniunt. 2.25.6

Accidens, & Accidentalium.

Accidens & qualitas rei non potest superesse re consumptâ. 2.61.10
Accidentalium quæ in consequentiam veniunt, non attendenda. 1.89.17.1.289.8.9. & 292.8

Accrescendi ius.

Accrescendi ius non datur, nisi inter coniunctos. 2.140.32.
Non procedit in contractibus, etiam lucretiuis. ib.

Accuso, & Accusator.

Innocentius III. non credidit Regi Hispaniæ accusanti Episcopum. 2.123.17
Accusare qui non debet iudicialiter, tenetur tamen denunciare. 1.340.77
Accusator & testis vt idem sit non admittendum. 2.123.17.

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. Pars II.

Acta.

Acta iudicialia faciunt rem notoriam. 1.93.13
Actis iudicialibus fides adhibenda, quia eorum magna auctoritas. 1.356.88
Acta sunt vehicula ad iudicium. 2.210.11

Actio.

Actionem fisco vtilem fiscalis potest intendere, etiam si requirat speciale mandatum. 1.6.24
Fiscalis etiam si à Rege prohibeatur contra aliquem actionem intendere, poterit iustam proponere. ib.
Actio popularis est recuperare quæ ad Regis Patrimonium spectant. 1.37.45
Actiones personales nisi viginti annis, reales nisi triginta, non præscribuntur. 1.109.46
Actio extincta transactione, potest suscitari si non impleatur transactio. 1.137.27
Actio extincta suscitatur in fisci fauorem. 1.138.31
Actio inanis ex qua non potest debitum consequi. 1.171.11

Actio pro dote rei vxoriæ bonæ fidei est. 1.176.15
Actio iudicati an ex sententia confirmante, vel ex confirmata nascatur. 1.192.18
Nascitur ex condemnatione. 1.193.28
Actiones mixtæ quæ. 1.287.11
Actionem qui ad rem habet, re habere videtur. 2.82.11
Actio civilis non tollit criminalem. 2.104.32
Actio civilis & criminalis concurrere possunt. ib. 33
Vide *Delicta.*

Actio mixta dicitur quæ respicit publicam vindictam, & interesse partis. 2.105.35
Actio & passio in eodem concurrere non possunt. 2.175.4

Actus.

Actus voluntarius censetur ab emptione discedere. 1.115.89.
Actus consuetus fieri licitus creditur. 1.118.6
Actu, vel titulo annullato, ex legis resistentia, omnes illius effectus cessant. 1.127.9
Actus conditionalis non dicitur in esse productus. 1.152.3
Actus conditionalis pendente conditione subiaceret resolutioni. 8
Actus conditionalis nullum producit effectum pendente conditione. 9
Actus prohibitus à lege nullus censendus. 1.154.25
Lex quæ permittit actum alicui, & aliis prohibet etfi

Index Rerum,

- etfi non habeat clausulam irritantem, nullum reddit actum contra legem factum. 26
- Actus qui fit in fraudem legis, nullus est, ne claudatur iuris dispositio, etiamsi lex actum non irritet. 27
- Actus qui fit contra legem quando valeat, subiacet rescissionis. 1.155.30
- Actum qui impugnat, non potest eo iuari. 1.174.4
- ex Actu quo quis lucrum capit, dolus magis, quam error præsumitur. 1.195.8
- Actus censetur factus provt fieri debuit. 1.327.40
- Actus voluntarius vt ad necessitatem reducat, requiritur tempus immemorabile. 2.97.8
- Actus est nullus non seruata formâ. 2.155.5
- Actus directè tendens vt quis se occidat, non potest esse licitus. 2.179.6
- Administratio.*
- Administratio generali concessa, non datur facultas alienandi. 1.56.16
- Administratio non committitur alicui, vt perdat. 2.68.5
- Administratio, & omne quod ad illam pertinet, habet priuilegium prælationis. 2.137.9
- Dignitates habentium illi præferendi, qui in actu administrant. 10
- Vide *Dignitas.*
- Administrator.*
- Administrator bonorum non potest deteriorem conditionem domini facere. 1.174.5
- Administrator bonorum debet sibi soluere, & à se exigere, aliàs imputabitur. 2.63.21
- Adulterium.*
- Adulterij nouiter inducta pœna mortis. 2.112.3
- Lenocinium est, adulterium approbare meritum. 6
- Aduocatus.*
- Aduocatus consultus de causa respondens non potest esse iudex. 1.8.4
- Aduocatus alterius partis poterit à litigatoribus Iudex eligi. 5
- Aduocatus partis aduersæ inimicus recusari potest. 1.9.13
- Aduocatis crescit præmium ex allegationum volumine. 1.262.36
- Aduocatus potest compelli suscipere patrocinium. 1.319.30
- Non potest esse Iudex in causa, in qua fuit Aduocatus. 2.210.7
- Aduocatus etfi non possit esse Iudex in causa in qua Aduocatus, poterit tamen iudicare, & non poterit recusari. 10
- Ædificio, & Ædificium.*
- Ædificandi furnos, vel molendina non inducenda probatio, nisi exprimat, quamuis alicui concedatur territorio cum furnis & molendinis. 2.116.23
- Ædificare suo loco cuicumque licet, quamuis præiudicium alteri fiat. 24
- Territorij dominus nec per indirectum potest furnis & molendinis vasallorum præiudicium facere. 27
- Ædificium destructum, & postea restitutum, dicitur nouum ædificium. 1.108.34
- Ædificium solo cedit. 2.163.30
- Æqualitas.*
- Æqualitas contractuum naturalis. 1.83.17
- Æqualitatis seruandæ causa receditur à iuris regulis. ibid.
- Æqualitas, & Æquum.*
- Æquitati repugnat ampliùs quam interesse petere in iudiciis bonæ fidei. 1.162.12
- Æquitas semper in pecunia reddèda seruanda. 1.207.10
- Æquitas nisi scripta non admittitur contra ius scriptum. 1.219.20
- Æquum est naturâ, vt qui locupletior factus, maneat obligatus, nec cum alterius iactura locupletur. 1.180.18
- Æquipollens.*
- Æquipollens non dicitur quod nõ equipollet. 1.155.34
- Ærarium.*
- Ærarium, & fiscus differunt. 1.1.2. & 1.4.6
- Lex Papia inducta propter necessitatem ærarij, cessante bello abolita. 1.3.5
- Ærarium respicit pecuniam publicam populi, non Principis. ibid.
- Seditiones plures ex indigentia ærarij. 7
- Augustus ærarium militare separari à reliquis pecuniis instituit. ibid.
- Affectus.*
- Affectus delicti puniendus, cum procedit ad actum externum. 1.235.12
- Affectus in delictis atrocioribus punitur, quamuis non pœna ordinaria, sed extraordinaria. 14
- Agens.*
- Agens pro pretio non renunciat actioni aliàs sibi competenti. 2.142.12
- Alcalde.*
- Castellæ populi regulariter eligunt Alcades ordinarios. 2.18.1
- Alcauala.*
- Alcauala à pecho distinguitur. 1.67.14
- Vide *Gabella.*
- Alienatio.*
- Alienationem regalis Patrimonij non potest nec debet permittere Rex vt administrator regni. 1.36.40
- Alienationes in Regni præiudicium non valent, etiam iuramento confirmatæ. 37.41
- Alienatio regij Patrimonij facienda cum consilio Senatus. 42
- Consilio alienationem fieri valdè vtile. 1.55.14
- Administratio generali concessa, non datur facultas alienandi. 1.56.16
- Fisci res sine fiscalis interuentu alienari non potest. 1.57.25
- Alienatio quæ fit in maioratus perniciem, censetur prohibita. 2.32.4
- Alienatio permessa, vt aliquid ex pretio fiat, an emptor teneatur curare, vt in illud conuertatur. 5
- Alienatio reseruata fieri potest, etiamsi fraude alienetur; reseruantis alienationem bona possunt vendi pro soluendis eius debitis. 2.33.9
- Alienationis nomine continetur quælibet hypotheca, vel obligatio bonorum. 10
- Alienatio permessa vt subrogaretur pretium in maioratu, vt vellet, alienam non inducit conditionem, sed modum. 18
- Vicinis inuitis non debet Princeps alienare. 2.141.5
- Populi non possunt bona, quæ ad vsum publicum destinata, alienare. 2.151.6
- Vide *Populus.*
- Alienatio omnis emptionis verbo explicatur. 2.161.8
- Aliud est esse ex aliquo, aliud eius occasione. 2.25.10
- Ad Alius significat rem diuersam, non similè. 1.201.12
- Ad Alius arguit similitudinem. 2.43.30
- Allegatio.*
- Allegationem in lite fieri cum scientia & consultatione domini litis, præsumitur. 2.76.4
- Alphonsus R.*
- Alphonsus Rex, nomine Castus, pluribus calumniis à domesticis ex agitatus. 2.122.9
- Alphon

& Verborum.

Alphonſus VI. Rex Caſtellæ. 2.126.7
Almozarifazgo non ſoluebatur quo rebus quæ ad exercitum adducebantur. 1.285.4

Aluarus de Luna.

D. Aluarus de Luna, Magiſter Ordinis D. Iacobi, fuit capite punitus à Rege Ioanne II, 1.324.26
 Regem Ioânem II. petiſſe abſolutionem à Pontifice pro ſupplicio Magiſtri, non liquet, & fuit tempore quo nondum factæ concordia. *ibid.*

Ambitio.

Ambitio euellenda. 1.276.47
to Amplius denotat inſuſionem præcedentē. 1.147.6
to Amplius non includit, & ampliat in diuerſis perſonis. 1.177.23

Angaria.

Angarium uſus. 1.259.6

Animus.

in Animo quæ, difficilis probationis ſunt. 1.195.12
 Animus talis præſumitur, qualis fuit præcedentibus. 2.210.9

Annexio.

Annexio probanda ab eo eo qui allegat. 1.260.21

Annibal.

Annibal coactus deſerere Italiam ex pecuniæ indigentia. 1.3.3

Antecedens.

Antecedenti deſtructo, debet conſequens deſtrui. 1.268.103

Apes.

Apum rex ſine aculeo eſt. 1.9.15

Appellatio.

Appellationis effectus tollitur, quando periculum in mora. 1.21.12
 Appellatio à Prætoribus Curia in cauſis uectigalium, ad Senatam regalis Patrimonij interponitur. 1.282.27
 Appellatio eſt de iudice inferiori ad maiorem. *ibid.*
 Appellatio, an in locis dominorum vaſallorum poſſit ad dominos interponi. 2.20.16
 Appellari non poteſt à iudice domini loci ad ipſum dominium. 21.18
 Appellatio admitti non poteſt à taxatione legis. 2.48.21
 Appellatio in dubio ſemper admittenda. 2.154.30
 Appellatio ſolet ratiſationem inſinuare eius quod geſtum. 2.169.14
 Appellatio in Hiſpania non eſt à iudicibus ſupremis, ſed ſupplicatio ad ipſos. 1.209.4
Approbare videtur actum qui poteſt reprobare, & non reprobat. 1.345.11

Aqua.

Aquæ uſus communis nec pretio emitur. 1.286.1
 Aqua mulſa unde dicatur, quomodo fiat, & ad quos uſus deſeruiat. 3
 Aqua dum miſcetur amittit ſuam naturam. 1.287.13
